+ Bernardus archidiaconus. + Remundi levite. S+num Iohannes Mironi. S+num Remundi Guilelmi. S+num Poncii Bernardi. S+num Berengarii. S+num Guilaberti Adalberti. S+ Stephanus levite. S+ Dalmacius sace<r>. S+ Mironi presbiteri. + Guilelmi. s+ Bonefilius sacer. S+ Remundi levite.

S+ Poncii levite, qui hoc scripsit ssss die et anno quo supra.

## 1111

1066 juliol 27

*Sunifred Esclua, la seva muller Trasegòncia i Raquel venen a Ermes-senda Domnuç un alou consistent en cases, terres, vinyes i horts,*



*situat al comtat de Barcelona, al Maresme, al terme de Premià, a canvi d'una quantitat de blat no determinada.*

ACB, LA.II, n. 462, f. 159c-d. Rúbrica: "Ermessendis Dunuza emit alode in Primiano". Exterior verso: "n. 462" (Caresmar). Inter columnas verso: "Anno Domini 1067" (s. XVIII). Caplletra "I", tipus F: 10 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 73-74, n. 846.

*In nomine Domini. Ego Sinfred Escluva et Trasgontia, uxor mea, et Ri\ch/el femina, nos in unum, venditores sumus tibi Ermessendis Donutii, emprice. Per hanc scriptura venditionis nostre vendimus tibi alodium nostrum proprium, id sunt, casas cum curtis, solos et superpositos, cum parietes, terras et vineas, Orts cum arboribus, petras et lignas, aquis aquarum, vieductibus et reductibus, et sicut in ipso quadio fuit scriptum. Est hec omnia in comitatum Barchinona, in Maretima, in termine de Primilan. Advenit nobis per genitorum sive per omnesque voces. Et affrontat ipsa omnia supra nominata, et in ipso quadio resonat, de parte vero circi in montes (de)<sup>1</sup> Sancti Mathei, de oriente in arena de Vilazar, de meridie in undas mare, de occiduo in arena de Talian. Quantum iste affrontationis includunt, sic vindimus tibi: ipsa omnia supra nominata, in propter precium per ipsum blat, qui <sup>1</sup> in ipso quadio resonat. Et nichil de ipso pretio apud vos emptores non remansit. Et est manifestum. Quem vero predicta hec omnia de nostro iuramus in tuo tradimus domini et potestate, ab omnem integritatem, cum exiis et regresiis earum, a proprio. Quod si ullus homo ista vinditione inrumpere voluerit, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus tibi in duplo cum omnem suam inmelioratione. Et in antea ista vinditio firma permaneat omnique tempore. Libera in Dei nomine habeas firmam potestatem a tuum proprium.*

*Facta ista carta VI kalendas august<i>, anno VII regni Philippo rex.*

*S+m Sinfret, s+m Trasgontia, s+m Ri<ch>el, nos qui ista vinditione fecimus et firmamus et firmare rogavimus.*

*S+m Gilem Geribert. S+m Franch. S+m Mir Vives.*

*S+ Od sacer scripsit et supra scripsit die et anno sss quod supra.*

1. *Expuntuat.*

## 1112

1066 agost 26

*Amat Oldric i la seva muller Guisla venen a Dalmau Geribert unes terres i vinyes, cultes i ermes, amb tota classe d'arbres, la meitat*

*d'una olivera i cases amb corts, situades al comtat de Barcelona, al terme de Llacera, a la Terve, al lloc anomenat el Celler, que Amat té per donació que li féu Guifré Madezo i Guisla per delme conjugal, pel preu de 3 mancosos.*

ACB, perg. 1-2-1567. Original. Pergamí, 107 × 372 mm. Al verso: "Lazeria" (s. xi); "Scripta" (s. XIII-XIV); "Num... 1400" (s. XVII); "Mitja Escala, Armari 3, n. 1567" (Caresmar); "Antiquit. III. 39" (Mas); "1066" (F-B). Caplletra "T": 3 línies.

ACB, LA.III, n. 39, f. 18a-b. Rúbrica: "Amadus Uldrici vendidit Dalmacio Girberti clerico alode multa in Lacera et cetera". Interior recto: "n. 39" (Caresmar). Inter columnas recto: "Anno Domini 1067" (s. XVIII).

Regest: Mas, Notes, vol. X, p. 66, n. 828.

*In nomine Domini. Ego Amado Uldricii et uxori mea Guilia vinditores sumus tibi Dalmaz Gueribert,<sup>a</sup> emptore. Per ahc<sup>b</sup> scriptura<sup>c</sup> vindicione<sup>d</sup> /<sup>e</sup> nostre vindimus tibi terras et vineas, cultas et eremas,<sup>e</sup> cum omnia genera arboribus qui<sup>f</sup> infra sunt, cum ipsa medietate de ipsa olivaria, et chasas cum /<sup>g</sup> curtibus, cum solos et superpositos. Qui michi advenit ad me Amado per iaquidone et per donacione<sup>g</sup> que michi fecit Guifret Madezo, et ad me Guilia /<sup>h</sup> per meum decimum sive per ullahque voces. Et est hec omnia supr<sup>h</sup> scripta in comitato Barchinona, infra termines Lazaria, ad ipsa Terve, in locho que di- /<sup>i</sup> cunt ad ipso Cellario. Et affrontat hec omnia supr<sup>i</sup> scripta de parte orientis in ipso Petrigene<sup>j</sup> vel in Fontanelles, de meridie in alaude de Remundo Donnucio,<sup>k</sup> /<sup>l</sup> de occiduo in ipso fischo de comite, de circii in alaude de Isarnno<sup>l</sup> Suni<sup>er</sup>/. Quantum istas affrontaciones<sup>m</sup> includunt, sic vindimus tibi: hec omnia supr<sup>n</sup> scrip- /<sup>o</sup> ta, totum ab integrum, cum exiis et regressiis earum, in propter precium mancosos III,<sup>o</sup> quod nos recepimus. Et est manifestum. Quem vero predicta hec omnia supr<sup>p</sup> /<sup>q</sup> scripta, que<sup>l</sup> nos vindimus tibi, de nostro iuro<sup>r</sup> in tuo tradimus dominio et potestatem, ad omnia que volueris facere, ad tuum proprium. Quod si nos vinditores<sup>s</sup> aut ul- /<sup>r</sup> lusque omo<sup>r</sup> qui contra ista carta vindicione<sup>v</sup> venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindichare,<sup>v</sup> set componat aut componamus tibi hec omnia supr<sup>w</sup> scripta /<sup>o</sup> in duplo cum omni sua immelioracione.<sup>x</sup> Et in antea ista carta vindicione<sup>o</sup> firma permaneat modo vel omnique tempore.*

*Facta ista carta vindicione<sup>z</sup> VII kalendas setembris, anno /<sup>1</sup> VII regni Philipii regis.*

*S+ Amado Uldricii, s+ Guilia, nos qui ista carta vindicione<sup>aa</sup> fecimus et firmavimus et firmare rogavimus.*

*S+ Guilielmo Ermumir.<sup>ab</sup> /<sup>12</sup> S+ Petrone Allena. S+ Guilielmo<sup>ac</sup> Onofret. S+ Seniofret Lunes.*

<sup>A3</sup> Sss Bonefilio sacer, qui ista carta vindicione<sup>ad</sup> scripsit sss die et anno quod supra.

LA. a. Geribert. b. hanc. c. scripturam. d. vinditione. e. heremas.  
 f. que. g. donacione. h. supra. i. supra. j. petrigine. k. Donnutio.  
 l. Isarno. m. affrontationes. n. supra. o. tres. p. supra. q. quod.  
 r. iure. s. venditores. t. homo. u. vinditione. v. vindicare. w. supra.  
 x. immelioratione. y. vinditione. z. vinditione. aa. vinditione. ab. Erme-  
 mir. ac. Guilelmo. ad. vinditione.

## 1113

1066 agost 29

*Odó Guifré i la seva muller Ermessenda venen a Guillem Bellit i a la seva muller Aissulina una mujada i mitja de vinya en un lloc i mitja mujada en un altre, situat tot al territori de Barcelona, a Provençals, pel preu de 6 unces d'or de moneda de Barcelona a pes de deu l'unça.*

ACB, LA.II, n. 353, f. 119a-b. Rúbrica: "Carta quod Guilelmus Belliti emit modiatam unam et mediam vinee et aliam mediam in Proven<cialibus>". Interior recto: "n. 353" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1067" (s. xviii). Capletra "I" ornamentada, tipus F: 5 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. XII, p. 282-293, n. 2672.

*In Dei omnipotentis nomine. Ego Odoni Guifredi una cum uxori mea Ermesindis femina venditores sumus vobis Guilelmus Belliti et uxori tue Eiculine femine, emptores. Per hanc scripturam venditionis nostre vendimus vobis modiatam et mediam vinee, et in alio loco mediam modiatam vinearum, cum eadem terra in qua iacent. Quam habemus in territorio barchinonensi, in Provincialis. Advenerunt mihi hec vinearum ad me Odoni per vocem uxori mee iam dicte, et ad me Ermesindis per vocem genitorum meorum vel per ullasque voces. Affrontat hec modiatam et mediam vinearum a parte circi in terram et malleolo de vos emptores, ab aquilone in torrentem et in vinea Sancti Michaelis de ipso Fallo, a meridie in strata publica, ab occiduo in vineis de vos emptores. Ipsam autem mediam modiatam vinearum affrontat a parte circi in terra de vos emptores, ab oriente in terra Sancti Pauli et de Sancti Laurentii cenobii, a meridie in strata publica, ab occiduo in vineis Sancti Laurenti prescripti. Quantum isti termini ambiunt atque includunt, sic vendimus vobis: iam dicta omnia integriter, simul cum exiis vel regressiis earum, in aderato et definito precio uncias VI auri vel monete Barchinone, <sup>b</sup> pensatas a penso de decem in uncia. Quod*

*vos emptores precium nobis dedistis et nos ad presens manibus nostris accepimus. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia, que vobis vendimus, de nostro iure in vestrum transfundimus dominium et potestatem, ab omni integritatem, ut quicquid exinde facere vel iudicare volueritis, liberam in Dei nomine habeatis plenam potestatem, simul cum exiis vel regressiis earum, ad vestrum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc venditione venerimus aut venerit ad inrumpendum, nil valeat, set componat aut componamus vobis iam dicta omnia in duplum cum omni sua melioratione. Et insuper hoc maneat firmum omne per evum.*

*Quod est actum IIII kalendas septembris, anno VII regnante Philippo rege.*

*S+<sup>l</sup> Odoni Guifredi, s+ Ermesindis femine, nos qui hanc venditionem fecimus et firmavimus et testibus firmare rogavimus.*

*S+ Vivani levite. S+ Compan levita. S+ Bonucio Guda. S+ Berengarii levite.*

*S+ Arluvinus sacer, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

*1. Manquen els punts de subscripció.*

## 1114

1066 setembre 5

*Bonfill Gerard ven a Bernat Guifré i a la seva muller Orumbel·la quatre mujades de terra situades al territori de Barcelona, a Banyols, pel preu de 10 mancosos d'or en moneda de Barcelona.*

*ACB, perg. 1-2-1407. Original. Pergamí, 110 × 280 mm. Al verso. "Num... 1120" (s. xvii); "Mitja escala, armari 3, n. 1407" (Caresmar). Caplletra "T": 28 mm.*

*In nomine Domine. Ego Bonefilio Gerallo venditor sum vobis Bernardus Guifredi et uxori tue Orumbella femina, emptores. Per hanc scripturam <sup>l</sup> vendicionis mee vendo vobis modiatas duas de terra herema et alias duas modiatas de terra culta. Et est hec omnia in territorio Barchi-<sup>β</sup>nona, in Bagneolis. Advenit mihi predicta omnia per donatione que mihi fecit mater mea et fratri meo Poncio sive per ullasque voces. Et afrontat <sup>l</sup> predicta omnia de circi in via, de orient in alaude Ollegarii, de meridie et de occiduo in alaude de predicta mater mea et fratri meo. Quan-<sup>β</sup>tum istas afrontaciones includunt, sic vendo vobis: predicta omnia ad integrum, in propter precium mancosos X auri puri monete Barchi-<sup>β</sup>nona, quod vos*

*emptores mihi dedisti. Est manifestum. Prescripta quoque omnia, que vobis vendo, de meum iure in vestro trado dominium /<sup>7</sup> et potestatem, ut quiquit exinde facere vel iudicare volueritis, cum exios et regresios earum, ad vestrum plenissimum proprium. /<sup>8</sup> Quot si ego venditor aut aliquis homo sexus utriusque contra ista vendicione pro inrumpendum venerit, nil valeat, /<sup>9</sup> set componat aut ego componam vobis predicta omnia in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista vendicio firma /<sup>0</sup> permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc nonas setember, anno VII regni Philipo rege.*

*\*S+ Bonefilius\*, qui ista vendicione /<sup>1</sup> feci et firmavi et testes firmare rrogavi.*

*S+num Arnallo Honofre. S+num Stephanus Iohan. S+num Iohan Oliba. /<sup>2</sup> S+num Guilielmus Guifre. \*S+ Benedictus subdiaconus\*.*

*/<sup>3</sup> S+ Guilielmus sacer, qui hec scripsi et sss die et anno quod supra.*

## 1115

1066 octubre 25

*Bonadona, anomenada Gasca, fa donació al seu fill Guillem de les cumpras, cases i béns mobles que té a la parròquia, cementiri i sagrers de Sant Julià de Lliçà d'Amunt i de la desena part de l'alou que fou del seu marit Bernat Guifré. També fa una donació al monestir de Sant Pere de les Puelles de Barcelona.*

ACB, perg. 1-2-1443. Original. Pergamí, 111 × 242 mm. Al verso: "Mitja Escala, Armari 3, n. 1443"; "(Num... 953, ratllat)" (s. XVIII). Caplletra "I": 12 mm.

*In nomine Domini. Ego Bonadona, quam vocant Wascam, donator sum tibi Wilelmo, filio meo. Per hanc scripturam donationis /<sup>2</sup> dono tibi ipsas cumpras quas abeo intra parroechiam de Sancto Iuliano de Liciano, et ipsas mansiones quas abeo /<sup>3</sup> in ciminterio Sancti Iuliani, simul cum ipsam partem decimam de ipso alode qui fuit de Bernardo Gifredo viro meo. /<sup>4</sup> Et dono tibi ipsum mobilem quem abeo in ipsos sacrarios Sancti Iuliani de Liciano. Et dono ipsum alodem de Ausona quem /<sup>5</sup> Wilelmus episcopus emendavit michi per ipsum alodem Sancti Petri de Auro, dono Beato Petro in monasterio /<sup>6</sup> Puellarum de Barchinona.*

*Sig+ Bonedonne, (in)<sup>1</sup> quam vocant Wascam, que hanc donationem /<sup>7</sup> scribere iussit et fecit et testes firmare rogavit.*

*/<sup>8</sup> \*S+ Reimundus subdiaconi +\*. Sig+ Girberti. Sig+ /<sup>9</sup> Regimundius Bernardi. Sig+ Petri Mironis.*

*/<sup>0</sup> Facta carta ista donationis VIII kalendas novembris, anno millesimo LXVI<sup>o</sup> (re)<sup>2</sup> Incarnationis Domini.*

*/<sup>1</sup> Sig+ Bernardi monachi, qui hanc donationem iussus scripsit die et anno quo supra. /sss\.*

1. *Segueix una n ratllada.*
2. *Segueix re raspat.*

## 1116

1066 novembre 21

*David, jueu, ven a Company Tudisclre unes cases i una mujada i mitja de vinya, situades al burg de la ciutat de Barcelona, prop del Rec, que tenia com a penyora de Miró Tudisclre a qui havia prestat vuit sesters d'ordi en mesura nova, pel preu de 35 mancusos en moneda de Barcelona.*

ACB, perg. 1-4-238. Original. Pergamí, 185 × 380 mm. Al verso: "Carta in burgo Barchinone" (s. XIII-XIV); "LXII"; "Extravagancium, littera hebraica" (s. XVI-XVII); "Saeculi XII" (s. XIX); "1066" (Mas).

SCHWAB-MIRET, *Documents*, p. 7 i 12-15, també a *Boletín de la Real Academia de la Historia*, vol. 69 (1916), p. 576-579, qui publicat tant el text llatí i l'hebreu (aquest en facsímil, acompanyat d'una traducció francesa).

*In nomine Domini. Ego David hebreo venditor sum tibi Compagni Tudiscli emptori. Per hanc scripturam venditionis mee vendo tibi casas cum solos<sup>1</sup> et suprapositis<sup>2</sup> et cloacis, guttis et stillici-<sup>2</sup>diis, et modiatam unam et mediam vinee. Sunt namque ipsas casas in burgo civitatis Barchinone, prope ipso Rego. Affrontant<sup>3</sup> namque prefatas casas ab oriente in casis Remundi Guitardi <sup>β</sup> heresque suos, a meridiana vero parte in ipsa via, ab occiduana vero parte in casis de Baroni Tudiscli, a septentrione in orto de Bernardi Remundi. Et ipsa vinea supra scripta est in <sup>α</sup> terminio de Cirsano, et affrontat a parte orientis in vinea de Donutio Mironi, de meridie in ipso torrente, ab occiduo in vineis Sancti Petri cenobii et de Berengarius Remundi, a parte <sup>β</sup> vero circi in vineis de Baroni Tudiscli et de Sancti Petri. Advenerunt autem mihi David hebreo supra scripta omnia per cartam impignorationis, quod mihi fecit Mironi Tudiscli, propter sexta-<sup>β</sup>rios octo ordei ad mensuram novam, quod ego ei prestavi et ille mihi debuerat reddi ad placitum constitutum et minime fecit. Et est manifestum. Idcirco iudice Remundo Guitardi cum honestis <sup>γ</sup> viris Bernardi archilevite et Vivanus prepositus et Stephanus Adalberti et Bonifilius Petri et Donutius Mironi et Remundi Vitali et Guilelmi Geriberti et Remundi Guitardi <sup>β</sup> appreciaverunt et laudaverunt hec<sup>α</sup> omnia pre-*

*scripta iuste precium, sicut mos est civitatis huius et lex continet. Et appreciatum est hab eis triginta et quinque mancuis monete Barchinone. <sup>ρ</sup> Propterea ego David hebreo sic vendo tibi Compagni Tudiscli: hec omnia supra scripta, quantum supra nominatas affrontaciones includunt, totum ab integrum, exceptus directum de Sabro-<sup>ρ0</sup>sa, cum exiis et regressiis earum, ad tuum plenissimum proprium, in aderato et definito precio, quod desuper appreciatum est. Et de isto precio accepi ego David supra scripto, propter meum <sup>ρ1</sup> debitum, mancusos XVII. Aliud quod exinde remansit, in potestate de Compagni supra scripti remansit.<sup>5</sup> Quod si ego venditor aut aliquis homo utriusque sexus hoc disrumpere vo-<sup>ρ2</sup>luerit aut voluero, nil valeat, sed componat aut ego componam tibi prefata omnia in duplo cum omni sua melioratione. Et postmodum hec venditio firma permaneat omni tempore.*

*Facta <sup>ρ3</sup> ista venditione XI kalendas decembris, anno regni Philippi regis VII. <sup>ρ4</sup>*

אני דוד בר' יעקב עשיתי מכירה זו לדון סנפייט תודישכלו מכל כוח חכות הכתוב לעיל בסתבה שלהם שהיה לי בבית ובכרם שמשכן לי מיד תודישכלו אחיו במסון הכתוב לעיל וקבלתי אני את שלי והשאר נשאר ביד סנפייט אחיו כמו כתוב לעיל ואין לו ולהבאון מאחוריו עלי ועל הבאון מכוחי שום אחריות אבל מכוחי חכותי שמכרתי לו ופיסתי לחתמה בשלישי בשבת בראש חודש כסליו שנה שמונה מאות ושבעה ועשרים לבריאת עולם. נחמן בר' יהודה ערא בר' מאיר

*\*S+ Vivas, levita aIt/que prepositus, sss\*. \*S+ Guilelmus sacer\*.  
<sup>ρ0</sup> \*+ Bernardus archidiaconus\*. S+ Guilelmi levite, qui et caput-  
scole. <sup>ρ1</sup> \*S+ Reimundus presbiter\*. \*S+ Reimundi levite, qui et  
iudicis\*. \*S+ Stehpanus levite\*. \*S+ Donucio levita\*. S S+m  
Remundi Guitard. <sup>ρ2</sup> S+m Bonifilii Amalrici.*

*S+m Baroni Tudiscli, qui omnes meas voces et omnem meum  
directum in ista omnia supra scrip-<sup>ρ3</sup>ta quod ibi habeo vel per  
qualicumque modo habere debeo, tibi Compagni fratri meo dono  
atque proprialiter confirmo.*

*\*S+ Bonefilius sacer\*.*

*<sup>ρ4</sup> S+ Poncii levitae, qui hoc scripsit die et anno sss quo supra.*

1. Sota la segona o hi ha una i. 2. Sota la s hi ha una t. 3. Sota la o hi ha una lletra il·legible. 4. A sota d'he es llegeix ti. 5. Sota la a hi ha una lletra il·legible.

*Traducció del text en hebreu:* Jo, David, fill de rabí Jacob, he fet aquesta venda a Don Company Tudisclé, amb tot el domini i tot el dret damunt escrits en l'escriptura dels cristians, de la casa i la vinya que tinc, i que el seu germà Miró Tudisclé m'havia donat en penyora per la quantitat damunt escrita. He rebut el que em corresponia i la resta ha romàs en mans del seu germà Company, com damunt està escrit. Ni ell ni els qui el succeeixin no tenen envers mi ni envers els qui em representin cap responsabilitat, car li he fet venda amb tot el meu domini i tot el meu dret, i he demanat de validar-la el dimarts neomènia de quisleu de l'any [4]827 de la Creació del món [= dimarts, 21 de novembre de 1066]. Nahman, fill de rabí Jafudà; Esdres, fill de rabí Meir.

1066 desembre 14

*Publicació sacramental del testament del difunt Ramon en presència del jutge Ramon Guitard, feta per Guillem Gelmir, Bonfill Maligneci i Guifré Bel-luç, que, sobre l'altar de Sant Miquel de l'església de Sant Esteve de Breda, situada al comtat de Barcelona, al Vallès, juren haver estat testimonis del testament en el qual el difunt testador nomenà almoiners seus l'abat Otger, Miró Goltred i Oliba Riquer i repartí els seus alous, situats al Vallès, entre els seus fills Bernat, Guillem, Sicarda i El-liarda, i diverses institucions eclesiàstiques: la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia de la Seu de Barcelona; els monestirs de Sant Cugat del Vallès, Santa Maria de Montserrat, Sant Pere de les Puelles, Sant Pere de Rodes, Sant Miquel del Fai i Sant Llorenç del Munt, i l'església de Sant Esteve de Breda.*

ACB, LA.III, n. 311, f. 118d-120a. Rúbrica: "Sacramentale Raimundi Guifredi qui dimisit Sedi alodium suum et mansum qui fuit Oth et fexam terre in Parets". *Inter columnas verso*: "n. 311" (Caresmar). Caplletra "S" ornamentada: 3 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 77-78, n. 854.

*Sacramentalis hec est conditio, cuius ordinationi interfuit iudex Reimundo Guitardi et sacerdotes atque testes inferius subscripti, in quorum conspectu helemosinarii atque distributores rerum sive facultatum Reimundi Guifredo,<sup>1</sup> dompnus videlicet Audegarius abbas et Mironem Goltredi et Olibano Richarii, atulerunt testes ad comprobendam prelocuti Raimundi voluntatem ultimam per testamentum editam, quorum hec sunt nomina testium Guilelmus Gelmiri et Bonefilio Maligneci et Gischafridio Bellucio, qui hoc testificantur atque iureiurando confirmant ita di-<sup>a</sup>centes: Iuramus nos prenominati testes per Deum, in substantia unum et in personis trinum, et per consecratum altare Sancti Michaelis, quod situm est in ecclesia Sancti Stephani de Bredi, qui est in comitatu barchinonensis, in Vallense, supra cuius sacrosanctum altare manus nostras has condiciones tangendo ponimus, quia veraciter novimus videndo et audiendo tunc temporis quo predictus Reimundus fecit suum testamentum, sanus et alacer et memoriam habens integram, disponendo res suas omnes in illo et iussit prefatis helemosinariis suis atque rogavit eos ut, si mors illi advenisset, sicuti et fecit, antequam aliud testamentum faceret, quod minime fecit, liberam potestatem haberent omnes suas facultates distribuendi atque disponendi, quemadmodum ipse illis iniunxit in suo testamento.*



*Primum namque concessit ad domum Sancte Crucis sancteque Eulalie sedis barchinonense ad ipsa canonica ipsum suum alodium cum ipso manso qui fuit de condam Oth, qui est in ipso Plano de Pareds et pervadit usque in ipsa strada publica sive in alodio de Guitard Bernard sive in via qui vadit ad Sancti Stephani de Breda sive in ipsas fixurias qui sunt super ipsa mansione qui fuit de condam Oth suprascripto. Et in alio loco concessit ad ipsa canonica fexa una de terra qui est in Pareds, qui affrontat in ipsa strada sive in alodio qui fuit de Guilelm Oriol. Et concessit ad domun Sancti Cucuphati cenobii ipso suo alodio quod habebat in Breda super ipsa strada et pervadit per ipso semitario per ipsa Coma et pervadit per ipsa via qui vadit per Villalir ad ipsas Fontanelles sive in alodio qui fuit de Reimundo de Madruna. Et concessit ad domum Sancte Marie Montis Serrati ipsum suum alodium qui est super ipsa strada et pervadit usque in ipso alodio de Sancti Stephani, cum ipsos casals, qui fuit de condam Honorada, sive per ipso semitario qui vadit per ipsa Coma. Et concessit ad domum Sancti Stephani de Breda ipsum alodium de ipso Serradal, qui vadit per <sup>b</sup> ipso semitario per ipsa Coma et pervadit usque in ipso alodio, qui fuit de condam Bonefilio levita, ut tenuisset et possedisset ipse clericus sive presbiter qui eadem ecclesiam Sancti Stephani decantaverit. Et si quis vicarius aut aliquis homo abstulere voluerit supra dictum alodium supra dicte ecclesie aut presbitero eiusdem ecclesie, deveniat supra dictum alodium in potestate Sancti Cucuphati cenobii vel eius servientes. Et concessit ad domum Sancti Michelis cenobii de ipso Fallo ipsa pariliata de terra super ipsa strada. Et concessit ad domum Sancti Petri cenobii rodensis modiata I de vinea, cum terra ubi ipsa vinea est fundata, et pecia I de terra herema, qui est hec omnia infra alodio de Guitard Bernard. Et in alio loco concessit ad Sancti Petri cenobii rodensis quarterada I de vinea, qui est similiter infra alodio de Guitard Bernard. Et concessit ad domum Sancti Laurencii de ipso Monte, qui est supra Terracia, ipsum suum alodium ipso closal cum ipsa mansione ubi Giscafre habitat et alia mansione ubi Remun Vives habitat, cum trillas et arbores diversi generis et caneds et viminariis et ortis ortalibus et ipsa medietate de ipso calle, qui erat inter illum et Guitard Bernard, simul cum ipsa medietate de ipsa quintana, et pervadit usque in ipsa riba et usque in alodio de Arnal Amalrig. Et concessit ad domum Sancti Laurencii cenobii ipso angulo de ipso prad usque in ipso alodio qui fuit de Amati Uldrici, et usque in ipso margine de alodio de Guitard Bernard, et usque in ipso rego mulnerario. Et ipso filio suo Bernard volebat ut habuisset in domum*

*Sancti Cucuphati et domum Sancti Laurentii libram panis et cupam vini et semper fiat in eorum baiulia et fuisset nutritus et vestitus. Et concessit ad domum Sancti Petri cenobii Puellarum de Barchinona ipsum suum alodium de ipsas Funtanelles, usque in ipso margine de alodio de Adalbertus et usque in ipsa strada publica, cum ipsa medietate de ipsa riera. Et concessit ad filio suo Bernard ipsas suas mansiones de Breda, cum ipsa curte et cum ipso alodio qui est subtus ipsa strada, qui vadit usque in alodio Sancti Stephani, simul cum ipsas ripas et cum ipsa riera et usque in ipsa coma de ipsa Fontanelles, et pervadit usque in ipso alodio qui fuit de Arnad Uldrig, et cum<sup>6</sup> ipsa riera et ipsas insulas qui vadunt usque in alodio de Guitard Bernard. Et concessit ad filio suo Bernard ipsa trilia cum ipso alodio et ipsa casa de ipso alodio usque in ipsa via, cum ipso rego et ipso mulino et capud rego habuisset sine blandimentum de ullumque hominem vel femina. Et si nullus homo vel femina devetare voluerit ipso rego et capud rego, deveniat illorum alodio in potestate Sancti Cucuphati vel Canonice Sancte Crucis. Et concessit ad filias suas Elliards et Sicards ipsa mansione ubi Bonefilius habitabat, cum ipso alodio et cum ipsos arbores et cum ipso orto, qui vadit usque in ipso alodio quod ille concessit ad ipsa canonica ad ipsos terminos, et pervadit usque ad ipsa strada publica, et pervadit usque in ipso termine de ipsa tenentia quod tenet Compan, ut tenuissent et possedissent in diebus vite illorum et singulis filiis illarum aut filiabus, si de legitimo coniugio habuissent, post obitum vero illorum remansisset de ipso alodio ipsa medietate Canonice Sancte Crucis, alia vero medietate (de)<sup>2</sup> Sancti/ Cucuphati cenobii. Et concessit ad fidele sua Gumedell ipsa mansione cum ipso alodio, quod tenebat Compan, et pervadit usque in ipsa strada publica. Et concessit ei ipsa petia de terra qui erat subtus ipsa strada, qui erat super ipsa mansione de Bernard Gomar, ut tenuisset et possedisset in diebus vite sue, post obitum vero suum remansisset ipso alodio ad domum Sancte Marie Montis Serrati. Et concessit ad Reimundo Amato, nepote suo, pariliata una de terra ad ipso Clota, ut semper fuisset illi in adiutorium. Et concessit ad filia sua cum filio et filias suas modiatas duas et media de vineas, cum terra ubi ipsas vineas erant fundatas, cum alio alodio usque in estrada publica, ut tenuissent et possedissent in diebus vite illorum, post obitum vero illorum remansisset ipsa medietate ad Sancti Michaelis, alia medietate ad Sancti Stephani de Breda, ut tenuisset presbiter Sancti Stephani, sicut superius scriptum est. Et concessit ad filio suo Guielm Oliba super ipsos casals qui fuerunt de Honorada femina ipso suo alodio*

qui erat usque ad ipso complanter de Companus, et pervadit usque ad alodio de Arnal Aduver. Et concessit ad Compan Ferrer ipsa fexa <sup>Æ</sup> de terra qui est in termine de Breda, qui tenet de ipsa via, qui vadit ad Villa Rodall usque in estrada publica. Et concessit ad Gischifred Bellutio ipso vinnal Dunnes et in alio loco petia una de terra super ipsa trilia, quod plantavit Bernard Gunmar, et pervadit per ipso alodio Sancti Pauli. Et concessit ad Guilelm Gelmir ipsa fexa de ipsa valle et affrontat de omnesque partes in alodio Sancti Cucuphati. Et concessit ad dompna Richel ipsa insula qui vadit prope ipso alodio Sancti Pauli ad ipso Mulnar, qui fuit de Bonisfilio Orutio, ut tenuisset in vita sua, post obitum vero suum remansisset ad domum Sancti Cucuphati cenobii. Et concessit ad Bonefilio Malanneg fexa una de terra qui erat ad ipso Cuscul, qui vadit usque in alodio de Bonefilio levita. Et concessit ad Sancti Mathei ipso suo alodio qui erat ad ipso Perello, et pervadit usque ad ipsa era de Girard Bernard, et ipsos suos debitos reddere fecissent. Et ipsa sua callera concessit ad Sancti Laurentii cenobii. Aliud quod remansisset, ad sua sepultura sive pro anima sua, exceptus ipsa vascula maiora vel minora: remansisset ad fidele sua sive ad filio et filias qui erant procreati de illo et de illa. Et hoc superius scriptum quod concessit ad filio suo, tenuisset et possedisset in vita sua, post obitum vero suum remansisset ad domum Sancti Laurentii cenobii de ipso Monte ipsa insula de ipso margine de Gitard Bernard, simul cum ipso prad qui vadit prope ipso alodio, qui fuit de Arnad Uldrig et pervadit usque in alodio de Gitard Bernard. Aliud quod remansisset de ipsa hereditate de Bernard et ipso mulino et ipsa turre et rego et capud rego et ipsas mansiones remansissent ad domum Sancti Cucuphati cenobii. Postquam autem hec omnia ordinavit XII kalendas iunii, anno IIII regnante Philippo rege, loquelam plenam et memoriam habens integram, vixit postea annis duobus et amplius. Et sic obiit de hoc seculo nonas iulii, anno VII regni regis <sup>Æ</sup> Philippi. Atque ex hoc nullatenus postmodum, nobis scientibus, voluntatem suam mutavit, sed secundum quod hic scripta est, hec ultima voluntas predicti defuncti evidissime vera est. Nos autem prenominati testes ita iureiurando hoc confirmamus atque testificamus nullamque fraudem vel malum ingenium hic impressum novimus, sed secundum voluntatem prefati testatoris hoc per actum scimus per supra nominatum in Domino iuramentum.

Facta sacramentalis conditio XVIII kalendas ianuarii, anno iam dicto regni regis Philippi.

*S+m Guilielmus Gelmiri, s+ Guischafredo Bellucii, s+ Bonefilius Malagneci, nos testes prelocuta omnia fideliter testificamus et auctorizamus.*

*Odgarius, gratia abbas sss, s+ Mironis sacerdotis, nos helemosinarii sumus et prescripta omnia fideliter testificamus.*

*Petrus monachus, Guilabertus sacerdos sss, s+m Compagnus Ferrioli, s+ Amalricus Ferrioli, hec sunt auditores.*

*S+ Reimundi levite, qui et iudicis.*

*S+ Arluvinus sacer, qui hoc scripsit cum literis rasis et emendatis in linea tertia et III<sup>a</sup> die et anno quo supra.*

1. *Sota la o hi ha una i.* 2. *Expuntuat.*

## 1118

1066 desembre 18

*Ermessenda i el seu fill Ponç Gerard venen a Bernat Ramon i a la seva dona Ermengarda el seu alou amb una torre de pedra, situat al territori de Barcelona, a Banyols (Provençana). Ermessenda el tenia pel seu delme conjugal, i Ponç pel seu pare. El preu de la venda és de 100 mancusos d'or de moneda de Barcelona.*

ACB, perg. 1-1-780. Original. Pergamí, 146 × 320 mm. Al verso: "De oriente in vineis de Compagni presbiter, de meridie in terra de Ram?, de occiduo in vineis Berenger, de circio in vineis Canonice que fuerunt Ermeniards Subirads" (s. XI?); "Bernardi Raimundi in Bagneolis"; "Scripti"; "Bagneolis" (s. XIII-XIV); "Num... 780" (s. XVIII); "Diversorum A. 780" (Mas); "1066" (F-B). Caplletra "I": 70 mm.

ACB, LA.IV, n. 84, f. 27c-d. Rúbrica: "Emptio Bernardi Raimundi in Proventiana". Exterior verso: "n. 84" (Caresmar). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 20 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 67, n. 830.

Ed.: FREUDENHAMMER, *Griechische*, p. 91-92.

*In Christi nomine. Ego Ermesindis<sup>a</sup> femina et filio meo Poncio<sup>b</sup> Gerallo venditores sumus vobis Bernardus Reymundi<sup>c</sup> et uxori tue Ermeniardis femina, emptores. <sup>β</sup> Per hanc scripturam vendicionis<sup>d</sup> nostre vendimus vobis alodium. Est quippe \alodium/ turre optima qui est constructa ex petra et calce, et casas cum curtes, cum solis et <sup>β</sup> suprapositos, terras cultas et heremas, pratis et pascuis, et regarios et puteos, et cannetum. Et est quippe alodium in Bagneolis. Advenit nobis predicta omnia <sup>α</sup> ad me Poncio per pater meus et ad me Ermesindis<sup>e</sup> per meum decimum sive per ullasque voces. Et affrontat predicta omnia de circi in via que vadit super ipsos <sup>β</sup> domos*

de Ollegarii et pergit ad ipso regario que vocant de Amalviia et ad ipso Circulo et ad curte qui fuit Ermengaudi Orucio,<sup>f</sup> de oriente in terras et <sup>g</sup> pratis qui fuerunt Gondeballus Vivani, de meridie in undas maris, de occiduo in alaudeis qui fuerunt de Oliba Gundisclio qui est condam. Quantum istas afrontaciones<sup>g</sup> <sup>h</sup> includunt et istis terminis amplectuntur, sic vendimus vobis: in iam dicta omnia ipsa medietate ad integrum, in propter precium mancusos centum auri puri mone-<sup>g</sup>te Barchinona legitime pensatos. Quod vos emptores precium nobis dedistis. Est manifestum. Prescripta quoque omnia, que vobis vendimus, de nostrum iure in vestro tradi-<sup>g</sup>mus domini-um et potestatem, ut quicquid<sup>h</sup> exinde facere vel iudicare volueritis, cum exios et regresios earum, ad vestrum plenissimum proprium. Quod si nos vendito-<sup>g</sup>res aut aliquis homo sexus utriusque contra ista vendicione<sup>i</sup> pro inrumpendum venerit, nil valeat, set componat aut nos componamus vobis predicta omnia in <sup>h</sup> duplo cum omni sua melioracione.<sup>j</sup> Et in antea ista vendicio<sup>k</sup> firma permaneat omnique tempore.

Actum est hoc XV kalendas ianuarii, anno VII regni <sup>h</sup> Philipo<sup>l</sup> rege.

S+num Ermesindis<sup>m</sup> femina, \*s+ Poncii Geralli\*, nos qui ista vendicione<sup>n</sup> fecimus et firmamus et testes firmare roga\vimus/.

<sup>h</sup> S+ Guilielmus levite,<sup>o</sup> qui et caputscole. \*S+ Reimundus presbiter. \*S+ Mironi\*.

<sup>h</sup> S+ Guilielmus sacer, qui hec scripsi cum literas superpositas in linea II et sss die et anno quod supra.

LA. a. Ermessindis. b. Pontio. c. Reimundi. d. venditionis. e. Ermessindis. f. Orutio. g. affrontationes. h. quicquid. i. venditione. j. melioracione. k. venditio. l. Philippo. m. Ermessendis. n. venditione. o. Manca.

## 1119

1066 desembre 18

*Raquel ven a Guillem Bernard i a la seva muller Ermengarda un alou amb cases, corrals i horts, al comtat de Barcelona, al Penedès, al terme del castell de Lavit, pel preu d'1 unça d'or de Barcelona.*

ACB, perg. 1-4-239. Original. Pergamí, 124 × 612 mm. Restaurat. Al verso: "Pro illis que sunt extra limites domus / et pariliatarum de na Rachel"; "Tituli antiqui de Rahim"; "Carta dels alous" (s. XIII-XIV); "1066" (Mas). Caplletra "I" ornamentada: 27 mm.

*In nomine Domini. Ego Ricele femina vinditrice sum vobis Gilemus Bernardi et coniux sua, nomine Ermengardis, emtore. Per hanc scriptura vindicionis meę vndo vobis ipsas kassas cum solos et superpositos,<sup>1</sup> et curtes et ortos, et predictum totum meum alodio, id sunt, teras et vineas, chultas/ vel <sup>2</sup> ermas, et cum omni genera arboribus de quali genera sunt. Qui mihi<sup>2</sup> advenit per comp<sup>a</sup>ratione sive per viro nomine Moratoni, qui est condam, sive per alio viro predicti Gerovardus sive per qualicumque voces. Et sunt predictas kassas con solos et superpositos et churtes<sup>3</sup> et <sup>4</sup> ortos, et predictum totum ipsum meum alodio, id sunt, teras et vineas, chultas vel ermas, et omni genera arboribus de quali genera sunt, in comitatu barkinonensi, in Penitensi sive in termini kastrum Vitis. Qui afrontad predicto alodio <sup>5</sup> supra <s>cripto de parte orientis in ipsa parliada de Bernard Giskafret sive in flumine Rio Biriense et p<sup>er</sup>vadit ad ipso pug que vochant Ardena sive in ipso alodio de Guitard Amarici, et de circii in ipso pug sive in ipsas vineas de Godamir Belarono, et <sup>6</sup> de meridie in sumitate de ipsa sera sive in ipsa esstrada publika, et de hocciduo in tera de Bernard Giskafret sive prope mansione sua sive in ipsas vineas qui fuerunt de Iocefret Broka. Quantum infra predictas istas IIII<sup>or</sup> afrontaciones includunt <sup>7</sup> et isti termini ambiunt, sic vndo vobis: predicta omnia supra nominata, totum ab integrum, cum exitibus et regressios earum, ad vesstrum plenisimum alodio, in pro<sup>p</sup>ter precium uncia I de auro monete Barkinone. Et nichil<sup>8</sup> exinde <sup>9</sup> non remansit. Et est manifesstum. Quem vero predicta hec omnia de meo iure in vestro trado dominio et potesstatem, ad vesstrum propium, in ea videlicet racione: que Ricele predicta bene laboret predicto alodio supra <s>cripto cum su-<sup>8</sup>os bovos, et Guilemus predicti et Ermengardis predicta donet totam ipsa sement a predicto alodio et de predicto fructo, quod Deus dederit, abeat Guilemus predicti et Ermengardis predicta ipsa medietate et alia medietate Ricele <sup>9</sup> predicta in diebus vite sue. Quod si ego vinditrice au possterita mea ad ulusque omo au femina quis contra hanc ista karta vindicione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindikare, set componat hec omnia in duplo cum sua inme-<sup>10</sup>lioracione. Et in antea ista karta vindicione firma et stab*ilis* permaneat modo vel omnique tempore.*

*Facta ista karta vindicione VX<sup>cimo</sup> kalendas ianuaras, ano VII<sup>timo</sup> regnante Filipo rege.*

*S+num Ricele femi-<sup>1</sup>na, qui ista karta vindicione fecit <s>cripere et testes fieri firmare.*

*S+um Mironi Tedrig. Si+um Bonupar Guilem. + Martinus O. sacer.*

*^2 @S+ Guiliberto sacer, qui ista karta vindicione <s>cripsit cum die et ano quod ss supra@.*

1. *La darrera o sembla una e.* 2. *Abreviatura supèrflua.* 3. *La e sembla una i.* 4. *Abreviatura supèrflua.*

## 1120

1066 desembre 23

*Ermessenda i el seu fill Ponç Gerard, clergue, venen a Bernat Ramon i a la seva muller Ermengarda un alou amb una torre situats al territori de Barcelona, al lloc anomenat Banyols, pel preu de 100 mancusos d'or.*

ACB, perg. 1-1-2421. Original. Pergamí, 209 × 290 mm. Al verso: "Carta de in Bagneolis de Bernardo Remundi et de Provinciana"; "scrip" (s. XI-XII); "Liber L.A. VI f. 27 d. 84"; "Diversorum A 2421" (Mas); "1066" (F-B). Caplletra: 5 línies.

ACB. LA.IV, n. 85, f. 27d-28a. Rubrica: "Item emptori predicti Raimundi in Provinciana". *Inter columnas verso.* "n. 85".

Regest: MAS, *Notes*, vol. X, p. 66, n. 829.

Ed.: CODINA, *Pagesos*, I, p. 49, b-33; FREUDENHAMMER, *Griechische*, p. 92-94.

*In nomine Domini. Ego Ermessindis femina una cum filio meo Poncio Gerallo clerico<sup>a</sup> venditores summus<sup>b</sup> tibi Bernardo Remundi et uxori tue Ermen-<sup>β</sup>iardis femine, emptoribus. Per hanc quippae<sup>c</sup> scripturam venditionis nostrae<sup>d</sup> sic vendimus vobis alodium nostrum proprium, id est, turrem unam <sup>β</sup> optimam qui est constructa ex petra et calce, et chasas<sup>e</sup> et curtes, solis et suprapositis, guttibus<sup>f</sup> et stillicinios, hosteos et ianuis, et li-<sup>α</sup>mites et parietes, et foveas et cloacas, et terras cultas et heremas, pratis et pascuis, et regarios et puteos et channetum.<sup>g</sup> Est quippae<sup>h</sup> pre-<sup>β</sup>dicta omnia in territorio Barchinona, in loco vocitato Bagneolos. Et advenit mihi prescripta omnia ad me Ermessindis femina per meum <sup>β</sup> decimum et per omnesque voces, et ad me Poncio<sup>i</sup> clerico per vocem pa\tri mei Geralli Atilani, condam, et per omnismodis voces. Et affrontat <sup>γ</sup> prescripta omnia de parte circi [in] via qu<sup>ϑ</sup> vadit super ipsos domos de Ollegarii et pergit ad ipso regario que vocant de Almaviia et ad ipso <sup>β</sup> circulo et ad curte qui fuit Ermengaudus Orucii,<sup>k</sup> de oriente in terras et pratis qui fuerunt Gandeballus<sup>l</sup> Vivani, de meridie in undas <sup>β</sup> maris, de occiduo in alaudes qui fuerunt Olibani Gundis*

clerico qui est condam. Quantum istas affrontationes includunt, sic vendimus vobis: /<sup>10</sup> medietatem in iam dicta omnia integriter, simul cum ingressibus et exitibus earum, propter praecium<sup>m</sup> mancosos centum auri /<sup>11</sup> monete Barchinonae<sup>n</sup> pensatos bene unum ad unum a penso curribile de ipsa moneta. Quod vos emptores praecium<sup>o</sup> nobis dedistis /<sup>12</sup> et nos venditores manibus nostris recepimus. Nichilque de ipso praecio<sup>p</sup> aput<sup>l</sup> vos emptores remansit. Ut est manifestum. Quem vero /<sup>13</sup> prescripta omnia, que nos vobis vendimus, de nostrum iure in vestrum tradimus dominium et potestatem, ut faciatis exinde quodcumque /<sup>14</sup> volueritis facere, ad vestrum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra ista chartha<sup>t</sup> /<sup>15</sup> venditione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringendum,<sup>s</sup> nil valeat, set componat aut nos componamus vobis prefata /<sup>16</sup> omnia in duplum cum omni sua melioratione. Et in antea ista chartha<sup>t</sup> venditio firma permaneat omnique tempore.

Actum est hoc /<sup>17</sup> X<sup>o</sup> kalendas ianuarii, anno VII regni Philippi regis.

S+ Ermessindis femina, S+ Poncii<sup>u</sup> Geralli, nos qui ista charta<sup>v</sup> /<sup>18</sup> venditione fieri iussimus, firmavimus et testibus firmare rogavimus.

/<sup>19</sup> S+Guilelmus Gocfredi \*Dogbertus levita\*. S+ Reimundus<sup>w</sup> presbiter. \*S+ Guilelmi levite, qui et caputscole\*.<sup>x</sup> /<sup>20</sup> \*S+ Sindredus presbiter\*.

/<sup>21</sup> S+ Mironis presbiteri, qui haec scriptsit cum litteras<sup>v</sup> fusas in linea VII et in decima, die et anno quod supra.

LA. a. clero. b. sumus. c. quippe. d. nostre. e. casas. f. gutibus. g. cannetum. h. quippe. i. Pontio. j. que. k. Orutii. l. Gondeballus. m. pretium. n. Barchinone. o. pretium. p. pretio. q. apud. r. carta. s. infrigendum. t. carta. u. Pontii. v. carta. w. Raimundus. x. cap de. y. literas.

1121

1066 desembre 28

*Bernat Otger defineix a Pere Sunifred, prevere, la seva heretat, que té a les cases i al pou que hi ha prop de les de l'esmentat Pere, i tots els drets, segons consta en la carta de venda que ja li havien fet.*

ACB, LA.II, n. 16, f. 5d-6a. Rúbrica: "Compositio inter Bernardu Otgerii et Petrum Sifredi presbiterum super domos et puteum". *Inter columnas verso*: "n. 16" (Caresmar). *Interior verso*: "Anno Domini 1067" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 7 línies.



Regest: *MAS, Notes*, vol. X, p. 67, n. 831.

*In Dei nomine. Ego Bernardus Odegarii pacificator atque evacuator sive definitor sum tibi Petri Seniofredi sacerdoti. Manifestum est enim quia pacifico<sup>1</sup> \tor/<sup>2</sup> atque evacu<sup>3</sup> tor<sup>4</sup> sive definitio tibi omnem meam hereditatem, quam abebam in ipsas domos et in ipso puteo que sunt prope tuas, et omnes meos directos in omnia et in omnibus que dici vel nominari possunt quocumque modo, sicut resonat<sup>5</sup> in ipsa carta venditionis, quam tibi iam fecimus, ut ab hodierno die et deinceps secure atque quiete teneas, abeas et possideas ad tuum plenissimum proprium et exinde facias quodcumque voveris. Si autem ego pacificator, evacuator sive definitor aut aliquis sexus utriusque homo contra istam pacificationem, evacuationem sive definitionem infringere aut disrumpere sive in aliquo dimovere temptavero aut temptaverit, nil prosit, set componam aut componat tibi hec omnia in duplum cum omni sua melioratione. Et postmodum perhenniter hoc maneat firmum.*

*Quod est actum V kalendas ianuarii, anno VII regni regis Philippi.*

*S+num Bernardi, qui hanc pacificationem, evacuationem sive definitionem fecit, firmavit et testes subscriptos firmare rogavit.*

*S+ Guilaberti levite. S+num Dodonis Francigene. S+num Guilelmi Odegarii.*

*^ S+ Guilelmus presbiter, qui hec scripsit die et anno quod supra.*

1. *Sota la a hi ha una o.* 2. *Expuntuat.* 3. *Sota la segona a hi ha una o.* 4. *Expuntuat.* 5. *Sota la e hi ha una o.*

## 1122

1067 gener 3

*Ermengol Joan, nebot del bisbe Guislabert, complint amb les disposicions testamentàries del seu oncle, confirma a la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia de Barcelona les esglésies de Sant Miquel de Montserrat, la de Manonelles i la de Sant Corneli de Collbató.*

*ACB, LA.IV, n. 240, f. 95a-b. Rúbrica: "Ermengaudus Iohannis confirmat sedi donationem alodium de Colle /Betone". Interior recto: "n. 240" (Caresmar). Caplletra "I" ornamentada, tipus A: 11 línies.*

Regest: *MAS, Notes*, vol. X, p. 67-68, n. 832.

*In nomine Domini. Ego Ermengaudus Iohannis firmator et definitor atque donator sive dimissor sum Domino Deo et Canonice atque canonicis Sedis Sancte Crucis Sancteque Eulalie. Est etiam satis manifestum, quia Guilabertus, prefate sedis episcopus, dedit atque concessit ad suam ultimam voluntatem, per testamentum editam, Deo et prenominate Canonice ecclesiam Sancti Michaelis, que posita est in Monte Serrato, et ecclesiam de Amenolellis et aliam ecclesiam Sancti Cornelii, que posita est in Colle Betonis. Has etiam prefatas ecclesias, cum omnibus earum undique terminis et pertinenciis atque adiacentiis, cum decimis et primitiis et oblationibus atque alodiis universis, et cum cunctis censibus et redditibus, qui quolibet modo exeunt vel exire debent ex supra dictis locis, <sup>h</sup> concessit prenominate Guilabertus episcopus, patruus meus, Deo et prescripte Canonice per suum et in suo testamento, in quo etiam dixit ut ego, qui eram suus \ipsius/ propinquus, qui fueram Iohannis fratris illius filius, tenerem supra dictum alodium Collis Betoni tali videlicet modo atque ratione: ut haberem illud dum viverem per manum canonicorum Canonice prenominate et darem fideliter omni tempore tascham ipsius alodii prescripte Canonice et predicte Canonice canonicis. Idem quoque predictus patruus meus iussit in eodem testamento suo ut ego firmarem predictum alodium et omnino dimitterem atque deliberarem in potestate atque dominio prefate Canonice et canonicorum eiusdem; quod si nollem firmare atque dimittere prescriptum alodium in illorum dominium, extraneus essem atque alienus a prefato alodio atque dimissionis dono, set solide atque delibere esset prefatum alodium iuris prenominate Canonice; post obitum vero meum precepit ut predictum alodium cum supra scriptis omnibus remaneret ad iam dictam Canonicam, si firmarem predictum alodium, sicut supra scriptum est, et attenderem prefati patruus mei iussionem. Unde ego firmo et trado atque delibere dimitto universum prenominate alodium, sicut superius est comprehensum, in ius atque dominium prenominate Canonice et canonicorum eiusdem, secundum quod idem Guilabertus, patruus meus, iussit atque concessit in suo testamento, ut ab hodierno die et tempore sit universum prescriptum alodium iuris atque domini prefate Canonice et canonicorum eius solide atque delibere.*

*Facta scriptura dimissionis sive firmationis III nonas ianuarii, anno VII regni regis Philippi.*

*S+num Ermengaudi Iohannis, qui hanc dimissionem atque deliberationem fecit et punctis solitis rovoravit et testibus eam roborari rogavit.*

*S+num Guilelmi Bernardi. S+num Remundi Guilelmi. S+num Geralli Mironis. S+num Bernardi Eldemaris.*<sup>1</sup>

1. *El document acaba d'aquesta manera, poc comuna.*

## 1123

1067 gener 12

*Bernat Ramon i la seva muller Ermengarda permuten amb la Canònica de la Seu de Barcelona un alou, consistent en una torre amb cases, corts, terres, prats, pastures i pous, situat al territori de Barcelona, al lloc anomenat Banyols, a canvi d'unes vinyes amb la terra on són plantades i dues mujades de terra, i d'una plaça situada dins les muralles de la ciutat de Barcelona, davant l'església de Sant Miquel arcàngel.*

ACB, perg. 1-2-350. Original. Pergamí, 201 × 320 mm. Al verso: "Carta comutacionis quam fecit Bernardus Raimundi Canonice in Bagneolis" (s. XI); "Carta canonice in Bagneolis"; "Scripta" (s. XIII); "Antiquit. IV 86"; "1067" (Mas).

ACB, LA.IV, n. 86, f. 28a-b. Rúbrica: "Supradicte Bernardus Raimundi commutavit Canonice alodium in Baneols". Interior recto: "n. 86" (Caresmar). Caplletra "T" ornamentada, tipus F: 12 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 68, n. 833.

Ed.: FREUDENHAMMER, *Griechische*, p. 94-96, de LA.

*In nomine Domini. Ego Bernardus Remundi<sup>a</sup> et uxor mea Ermeniardis commutatores sumus Canonice Sedis barchinonensis et universis eiusdem Canonice<sup>β</sup> canonicis. Patulum etiam atque notum sit cunctis quod commutamus atque in commutatione damus Canonice prescripte et prenominate Canonice canonicis<sup>β</sup> alodium nostrum proprium, quod habemus in territorio barchinonensi, in loco nuncupato Bagneolis. Est autem nominatim quedam turris satis optima, <sup>α</sup> ex petra et calce constructa, cum domibus et cortibus, solis et suprapositis, guttis<sup>b</sup> et stillicidiis, hostiis et ianuis, liminaribus et superlimi-<sup>β</sup>naribus atque undique structis, parietibus, foveis atque cloacis, terris, cultis et incultis, pratis et pascuis, regariis et puteis atque arundi-<sup>β</sup>neto. Advenerunt autem nobis universa hec omnia per comparationem aliisque quibuslibet modis. Habent autem terminum a parte circea <sup>γ</sup> in via qua itur supra domus Ollegarii, pergendo ad ipsum regarium qui vocatur de Amalvigia et ad ipsum circulum et ad cortem que fuit <sup>β</sup> Ermengaudi Orutii,<sup>c</sup> ab orientali in terris et pratis que fuerunt Gondeballi Vivani, a meridiana in marinis littoribus,<sup>d</sup> ab occidua <sup>β</sup> in alodiis que dudum fuerit cuiusdam viri*

S+ Reimundus Gaucefredi. S+ Amatus Bonucii. S+ Bernardus Ellemari. <sup>o</sup> \*S+num Bonifilio presbiter\*. S+ Fulchonem Dacho.

<sup>o</sup> S+ Arluvinus sacer, qui hoc scripsit cum litteris rasis in linea II et cum litteris super positis in linea IIII, die et anno quo supra.

1. Sota la v es llegeix ti. 2. Sota au es pot llegir iu.

## 1140

1067 juliol 24

Adalbert Guitard i la seva muller encomanen a Berenguer Remon, la seva muller i fills, el castell de Barberà, excepte la meitat del camp de Santa Helena, dels seus farraginals i de dos horts on està situat un molí que va ser construït per la mare de Berenguer, i li donen l'església de Santa Maria Antiga (Santiga).

ACB. LA.III, n. 221, f. 83a-b. Rúbrica: "Convenientia de Castro Barberan inter castlanos". Interior recto: "n. 221" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1068" (s. XVII). Caplletra "I" ornamentada, tipus I: 9 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 83, n. 866.

In nomine Domini. Hec est convenientia quod fuit facta inter Adalberto Guitardus et uxori sua et Berengarii Reimundi et uxori eius et filiis suis. Comendat predictus Adalbertus et uxor eius ipsum castrum de Barberano ad Berengarii supra scripti et uxor sua et ad filiis suis, et donat eis ipsum fevum, que ad ipso castro pertinet, exceptus medietas de ipso campo de Sancta Helena et de ipso



*ferragenale ipsa medietate et ipsos ortos duos, qui sunt ad ipso mulino, que fecit facere mater de Berengarii supra scripti. Et per ista dominicatura, quod <sup>p</sup> retinet Adalbertus in Barberano, donat eis ipsam ecclesiam de Sancta Maria Antiqua cum decimis et primiciis et alodibus et oblationes, que ad predictam ecclesiam pertinet. Et propter hoc convenit Berengarii et uxori sua ad predicto Adalberto et uxor eius hostes et cavalcadas et segus, quomodo debet facere homo ad suum meliorem seniore. Et post obitum de predicto Adalberto et uxori sua, similiter faciant filiis de Berengarii ad ipsi cui predicto Adalberto dubitaverit ipso castro de Barberano.*

*Facta ista convenientia IX kalendas augustas, anno VIII rege Philippo.*

*Sig+num Adalberto Guitardus, sig+num Nervia femina, nos qui ista convenientia fecimus et firmamus et testes firmare rogavimus.<sup>1</sup>*

1. *El text acaba d'aquesta manera tan poc habitual.*

## 1141

1067 juliol 24

*Adalbert i la seva muller encomanen a Berenguer Ramon, a la seva muller i als seus fills el castell de Barberà, excepte la meitat del camp de Santa Helena, els seus farraginals i dos horts on hi ha un molí que va ser construït per la mare de Berenguer i li donen l'església de Santa Maria Antiga.*

ACB, LA.III, n. 222, f. 83b-c. Rúbrica: "Item alia convenientia inter castlanos Barberani". *Inter columnas recto*: "n. 222" (Caresmar). *Exterior verso*: "Anno Domini 1068" (s. xvii). Caplletra "I" ornamentada, tipus G: 24 línies.

Regest: MAS, *Notes*, vol. X, p. 83-84, n. 867.

*In nomine Domini. Hec est convenientia quod fuit facta inter Adalberto et uxori sue et Berengarii Reimundi et uxori sue et filiis suis. Commendat predictus Adalberto et uxori sue ad Berengarii et uxori sue et ad filiis eorum ipsum castrum de Barberano, et donant eis ipsum fevum que ad predicto castro pertinet, exceptus ipsa medietate de ipso campo de Sancta Helena et de ipso ferragenale ipsa medietate et ipsos ortos duos qui sunt ad ipso molino, que fecit facere mater de Berengarii supra scripti, et ipsa feva de terra qui est in Palomar. Et per ista dominicatura, que retinet Adalberto in Barberano, donat eis ipsam ecclesiam de Sancta Maria Antiqua cum decimis et primiciis et alodibus et ipsas oblationes, que ad predictam*

*ecclesiam pertinet, in tale conventu: quod si ego Adalberto predicto aut ipsum qui habet ipsam honorem de Barberano non putuit habere predictam ecclesiam Sancta Maria Antiqua, recuperet predicto Berengario et uxor eius et filii eorum ipsam dominicaturam, qui fuit de Guilelmus <sup>l</sup> Reimundi, qui est condam, sicut superius resonat. Et propter hoc convenit Berengarii et uxor eius et filiis eorum Adalberto et uxori sua hostes et cavalcadas et segus, quomodo debet homo facere ad suum seniore. Et post obitum de predicto Adalberto et uxore sua, similiter faciant filiis de Berengarii ad ipsis cui predicto Adalberto dubitaverit ipso castro de Barberano.*

*Facta ista convenientia VIII kalendas augustas, anno VIII regnante Philippo rege.*

*S+ Adalberto Guitardo, sig+num Nevia femina, nos qui ista convenientia fecimus et firmavimus et testes firmare rogavimus.*

*Iuro ego Adalbert Guitard et ego Nevia femine ad te Berenguer Raimon et ad te Maiasindis femine, quia nos non faciamus in Barberan forcia neque tolta neque acapte, exceptum quantum possumus trobare apud vestram amorem, per Deum et istis sanctis.<sup>1</sup>*

1. *Manca la subscripció de l'escrivà.*

## 1142

1067 agost 6

*Olovara i els seus fills, Guillem, Ramon, Bonfill, Ermessenda i Engilberga, venen a Guillem Bellit i a la seva muller Aissulina una mujada de terra culta, situada al territori de Barcelona, a Provençals, davant l'església de Sant Martí, pel preu de 64 mancusos d'or en moneda de Barcelona.*

ACB, perg. 1-2-1404. Original. Pergamí, 142 × 296 mm. Al verso: "In Provincialibus" (s. XI); "Num... 1117" (s. XVII); "Mitja Escala, Armari 3, n. 1404" (Caresmar); "1067" (F-B). Caplletra "I" que ocupa 5 ratlles.

*In nomine Domini. Ego Ollovava femina una cum filiis filibusque meis, is nominibus, Guilelmo et Remundo et Bonifilio et Ermessindis et En-<sup>l</sup>gilberga, nos pariter in unum, venditores sumus vobis Guilielmo Belliti et uxori tue Eiculina femina, emptoribus. Per hanc quip-<sup>β</sup>pae scripturam venditionis nostrae sic vendimus vobis modiatam I terre culta. Et est in territorio Barchinona, in Provincialis, <sup>l</sup> ante ecclesiam Sancti Martini. Et advenit mihi ad me Ollovava femina prefatam modiatam terre per mea comparatione et per*

*laxacionem quod mihi <sup>/5</sup> fecit viro meo Petroni condam et per omnesque voces, et ad nos filiis et filias supra scriptis per genitorum nostrorum et per omnimodis voces. <sup>/6</sup> Et affrontat prescriptam modiatam terre de parte aquilonis in terra de Bonefilii Petri, de circi in terra de nos venditores, de meridie <sup>/7</sup> in strata publica, de occiduo in vineas Sancti Martini et in vineas de Bonefilii Petri. Quantum istas affrontationes includunt, <sup>/8</sup> sic vendimus vobis: praescriptam modiatam terre ab integre, simul cum ingressibus et exitibus suis, propter praecium mancosos <sup>/9</sup> LXIII auri puri monete Barchinonae, pensatos unum ad unum a penso legitime, de ipsa moneta curribile. Quod vos emptores pre-<sup>/10</sup>cium nobis dedistis et nos venditores manibus nostris recepimus. Nichilque de ipso pretio apud vos emptores remansit, ut est mani-<sup>/11</sup>festum. Quem vero prescriptam modiatam terre, que nos vobis vendimus, de nostrum iure in vestrum tradimus dominium et potestatem, ut <sup>/12</sup> faciatis exinde quodcumque velitis facere, ad vestrum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utrius-<sup>/13</sup>que qui contra ista charta venditione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, set componat aut nos <sup>/14</sup> componamus vobis prefata omnia in duplum cum omni sua melioratione. Et in antea ista charta venditio firma permaneat <sup>/15</sup>omnique tempore.*

*Actum est hoc VIII idus augusti, anno VIII regni Philippi regis.*

*S+ Ollovara femina, s+ <sup>/16</sup> Guilelmo, s+ Remundo, s+ Bonifilio, s+ Ermessindis femina, s+ Engilberga femina, nos qui ista <sup>/17</sup> charta venditione fieri iussimus et firmavimus et testibus firmare rogavimus.*

*<sup>/18</sup> S+ Compagni levite. \*S+ Berengarii levite\*. S+ Bonucius Ferriol. S+ Odegario Atonis.*

*<sup>/19</sup> S+ Mironis presbiteri, qui haec scripsit die et anno quod supra.*

### 1143

1067 agost 17

*Emma, el seu fill Pere i la seva filla Quíxol venen a Berenguer Adroer els drets sobre terres i vinyes situades al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Vicenç de Sarrià, a les Corts de Trullols, a Bederrida, pel preu de 26 mancosos i mig d'or pur de Barcelona pesats un a un al pes legítim de l'esmentada moneda.*

ACB, LA.II, n. 35, f. 11d-12a. Rúbrica: "Emit Berengarius Adroarii terras et vineas ad ipsas Curtes de Truliols, in Bederrida". *Inter columnas verso*: "n. 35" (Caresmar).

*Interior verso: "XXX[VI]" (s. XIII-XIV). Interior recto: "Anno Domini 1068" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada i amb el dibuix del cap d'un conill afegit, tipus F: 9 línies.*

*Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 74, n. 847.*

*In nomine Domini. Ego Emma femina, una cum filio meo Petro et filia mea Chuxilonis femina, venditores sumus tibi Berengario Adroarii, emptori. Per hanc quippe scripturam venditionis nostre sic vendimus tibi nostram hereditatem et nostras voces, et quod ibi habemus vel habere debemus per qualicumque voces, in terris, et in vineis, ab ipsas terras ubi sunt fundatas, cultas et heremas. Et est hec omnia in territorio Barchinona, in parrochia Sancti Vincentii de Serriano, ad ipsas Curtes de Trulols, in Bederrida. Et advenit nobis prescripta omnia per genitorum nostrorum per omnesque voces. Et affrontat prescripta omnia de parte <sup>a</sup> aquilonis in strata qui pergit ad Sancti Vincencii de Serriano vel ad ipsas Curtes, de circi in Monte de Orsa, de meridie in strata publica qui pergit ad Barchinona vel ubique, de occiduo in Terrers. Quantum istas affrontationes includunt, sic vendimus tibi: prescripta omnia, totum ab integre, simul cum ingressibus et exitibus earum, propter precium mancosos XXVI et medio auri puri monete Barchinona, pensatos unum ad unum legitime a penso de ipsa moneta. Quos tu emptor precium nobis dedistis et nos venditores manibus nostris recepimus. Nichilque de ipso precio apud te emptore remansit, ut est manifestum. Quem vero prescripta omnia, que nos tibi vendimus, de nostrum iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ut facias exinde quodcumque velis facere, ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra ista charta venditione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, set componat aut nos componamus tibi prefata omnia in duplum cum omni sua melioratione. Et in antea ista charta venditio firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc XVI kalendas sebtēbris, anno VIII regni Philippi regis.*

*S+ Emma femina, s+ Petro, s+ Chixilonis femina, nos qui ista carta venditione fieri iussimus, firmavimus et testibus firmare rogavimus.*

*S+ Gondemaro<sup>1</sup> Bofil. S+ Guilelmo Ato. S+ Ermemiro Ennego. S+ Iohannes Richario. S+ Oliba Guari. S+ Ananrico Bernardi.*

*S+ Mironis presbiteri, qui hec scripsit die et anno quod supra.*

*1. Sota la segona o hi ha una e.*

## 1144

1067 agost 27

*Ermemir Bonfill i la seva muller Raquel venen a Joan Pere, sacerdot, una peça de vinya amb la terra on és plantada, situada al territori de Barcelona, al terme de Monterols, que tenen per compra i per delme conjugal, pel preu de 35 mancusos d'or en moneda de Barcelona.*

ACB, perg. 1-4-243. Original. Pergamí, 117 × 372 mm. Al verso: "Munterols" (s. XIII-XIV); "Nil pro Capitulo" (s. XVI-XVII); "1067" escrit sobre "1068" (Mas).

*In nomine Domini. Ego Ermemir Bofil et uxori mea Richillis femina venditores summus tibi Iohannes Petri sacer, emptori. Per hanc quippae scripturam venditionis nostrae sic vendimus /<sup>2</sup> tibi peciam I vinee, ab ipsa terra in quo est fundata. Et est in territorio Barchinona, in terminio de Monterolls. Et advenit nobis praescriptam peciam vinee, ab ipsa terra /<sup>3</sup> ubi est fundata, per nostra comparatione et per decimum et per omnesque voces. Et affrontat pefatam vineam, ab ipsa terra ubi est fundata, de parte circi in terra /<sup>4</sup> Bonucius Guilarani et in ipso furno, de meridie et de occiduo similiter in terra iam dicto Bonucio Guilarani, de aquilonis in via. Quantum istas affron- /<sup>5</sup>tationes includunt, sic vendimus tibi: pefatam peciam vinee, ab ipsa terra in quo est fundata, ab integre, simul cum ingressibus et exitibus suis, propter precium /<sup>6</sup> mancusos XXXV auri puri monete Barchinonae, pensatos unum ad unum a penso de ipsa moneta curribile. Quos tu emptor praecium nobis dedistis et nos /<sup>7</sup> venditores manibus nostris recepimus. Nichilque de ipso precio aput te emptore remansit, ut est manifestum. Quem vero praescriptam peciam vinee, ab ipsa /<sup>8</sup> terra in quo est fundata, que nos tibi vendimus, de nostrum iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ut facias exinde quodcumque velis facere, ad tuum ple- /<sup>9</sup>nissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra ista charta venditione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive in- /<sup>10</sup>fringendum, nil valeat, set componat aut nos componamus tibi pefata omnia in duplum cum omni sua melioratione. Et in antea ista charta venditio fir- /<sup>11</sup>ma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc VI kalendas september, anno VIII regni Philippi regis.*

*S+ Ermemiri Bonifilii, s+ Richillis femina, /<sup>12</sup> nos qui ista charta venditione fieri iussimus, firmavimus et testibus firmare rogavimus. /<sup>13</sup>*

*S+ Sindaredus levita. S+ Constantinus Ermenulfi. S+ Mironis monachi. S+ Poncius Retosindi. S+ Martinus presbiter.*

*^4 S+ Mironis presbiteri, qui haec scripsit die et anno quod supra.*

## 1145

1067 setembre 7

*El vescomte Udalard de Barcelona i la seva muller Guisla venen a Berenguer Adroer tres mujades de terra situades al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Vicenç de Sarrià, al lloc anomenat Bederrida, pel preu de 21 mancosos d'or pur de moneda de Barcelona pesats un a un al pes corrent d'aquesta moneda.*

ACB, LA.II, n. 32, f. 10d-11b. Rúbrica: "Udalardus vicecomes vendidit Berengario Adrouer III modiatas terre apud Bederridam". *Inter columnas verso*: "n. 32" (Caresmar). *Interior recto*: "Anno Domini 1068" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 7 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 74, n. 848.

*In nomine Domini. Ego Udalardus vicecomes et uxori mea Guilia femina venditores sumus tibi Berengarii Adroarii, emptori. Per hanc quippe scripturam venditionis nostre sic ven-<sup>o</sup>dimus tibi modiatas III de terra et amplius. Et est in territorio Barchinona, in parrochia Sancti Vincencii de Serriano, in loco vocitato Bederrida. Et advenit mihi prescriptam terram ad me Udalardus vicecomes per parentorum meorum et per omnesque voces, et ad me Guilia vicecomitissa per meum decimum et per omnismodis voces. Et affrontant prescriptas modiatas III de terra et amplius de parte circi in terra de Bonfil Guilem Castro Vetuli; de occiduo in vinea de Dominico de Spudula; de aquilonis in torrente et in terra de Guilia, mulier qui fuit Mironis Geriberti, condam, et de filiis suis, et in terra de Bernardus Guanalgodi et de mater sua Guilia; de meridie in via et in terra Remundi Riculfi. Quantum istas affrontationes includunt, sic vendimus tibi: prefatas modiatas III de terra et amplius ab integre, simul cum ingressibus et exitibus earum, propter precium mancosos XXI auri puri monete Barchinone, pensatos unum ad unum a penso de ipsa moneta curribile. Quos tu emptor precium nobis dedistis et nos venditores manibus nostris recepimus. Nichilque de ipso precio apud te emptore remansit, ut est manifestum. Quem vero prescripta terra, que nos tibi vendimus, de nostrum iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ut facias exinde quodcumque velis facere, ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos venditores*

*aut aliquis homo sexus utriusque qui contra ista carta venditione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, set componat aut nos componamus tibi prephata omnia in duplum cum omni sua melioratione. Et in antea ista cartha venditio firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc VII idus septembris, anno VIII regni Philippi<sup>i</sup> regis.*

*Udaldardus vicecomes, s+ Guilia vicecomitissa, nos qui ista charta venditione fieri iussimus, firmavimus et testibus firmare rogavimus.*

*<sup>b</sup> + Stefanus. S+ Reimundus Guilelmi. S+ Poncius Recosindi. S+ Otonis Francigena. S+ Bonefilius Fredalie. S+ Bonefilius sacer. + Semegedeus. S+ Vivani levite. S+ Bernardus levite.*

*S+ Mironis presbiteri, qui hec scripsit cum litteras rasas et emendatas in linea VI ubi dicit "in terra de Bofil Guilelm Castro Vetuli", die et anno quod supra.*

1. *Abreviatura supèrflua ratllada.*

## 1146

1067 setembre 14

*Els canonges de la Seu de Barcelona donen a Pasqual, sacerdot, i a Guillem Ramon de Brugueres un mas situat a Collsabadell, a la parròquia de Santa Maria de la Serra, que és al comtat de Barcelona, al lloc que anomenen el Puig, amb la condició que el treballin i a canvi d'un cens anual d'un sester d'ordi i un sester de vi a la mesura que els habitants de l'indret acostumen donar a la Canònica i 12 diners en moneda de Barcelona.*

ACB, LA.III, n. 139, f. 48d-49b. Rúbrica: "Stabilimentum mansi de Podio in terram Sancte Marie de Serra per censum I sestario ordeí et I sestario vini". *Inter columnas recto*: "n. 139" (Caresmar). *Exterior recto*: "Anno Domini 1068" (s. XVIII). Caplletra "G" ornamentada: 3 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 75, n. 849.

*<sup>a</sup> Grex canonicorum Canonice Sedis barchinonensis universus, sub hac convenientia, donat Paschali sacerdoti et Guilielmo Reimundi de Brugariis ipsum mansum, quod prefata Canonica habet ad Collem Sabbatelli, in parrochia de<sup>i</sup> Sancte Marie de ipsa Serra, que est in comitatu barchinonensi, in loco qui vocatur ad ipsum Podium, qui etiam mansus dudum fuit cuiusdam viri nomine Ramionis, ut predicti Paschalis sacerdos et Guilelmus Reimundi habeant et teneant prescriptum mansum ad servitium Dei et canonicorum Canonice prefate Sedis; et habeant atque teneant et possideant ad integrum*

*universa que quolibet modo pertinent vel pertinere debent ad predictum mansum; et bene laborent atque ad culturam perducant ipsas terras et vineas, ad predictum mansum pertinentes; et donent prescripte barchinonensi canonice, per singulos annos, sextarium unum ordeï et alium sextarium vini propter censum, ad mensuram qua dudum habitatores eiusdem loci solebant illum dare Canonice prenominate, cui etiam censui adiungunt XII denarios barchinonensis monete. Tali quoque modo atque tenore: ut non habeant licentiam faciendi aut eligendi sive proclamandi ibidem vel ex eisdem rebus alium seniore[m] sive senioraticum nisi canonicos prescripte Canonice. Quod si fecerint aut talem foras facturam ibidem aut ex eodem fecerint, quam infra XXX dies quibus exinde commoniti fuerint, emendare non velint aut non possint, componant canonicis prenominate Canonice uncias duas auri puri in vinculum; et postmodum admitant prefatum mansum Canonice prenominate profuturum cum omnibus illius terminis et pertinenciis et cum universa illorum melioratione que deveniant, ad integrum, in ius et dominium sepe dicte Canonice, absque ullius contrarietatis obstaculo. Simili quoque modo donant prefata omnia uni successorum eorum, qui habeat prefata omnia, secundum tenorem superius comprehensum, quos etiam successores unusquisque eorum in vita sua elegerint, quibus qualibet ordinatione pretaxata omnia concesserint fructuario iure. Post obi-<sup>tum</sup> vero tam eorum quam successorum illorum, revertentur universa hec in prefate Canonice ius atque dominium, cum omni sua illorum melioratione quam ibi fecerint.*

*Facta convenientia XVIII kalendas octobris, anno VIII regni regis Philippi.*

*+ Vivas levite atque prepositus sss. S+ Guilelmi levite, qui et (s)capudscole.<sup>2</sup> S+ Riculphi levite. S+ Bernardus subdiachonus. S+ Vivani levite. S+ Dalmatius sacer. S+ Mironis sacerdotis.*

*S+ Poncii levite, qui hoc scripsit et sub sss scripsit die et anno quo supra.*

*1. Expuntuat. 2. s expuntuada.*

## 1147

1067 octubre 11

*Mir, ferrer, i la seva dona Estefania venen a Mir dues peces de terra situades al terme de Santes i la Sorbera, pel preu de 3 mancosos d'or de Barcelona.*



ACB, perg. 5-1-3109. Original. Pergamí, 93 × 312 mm. Al verso: "3109" (AP) i 5-1-3109 (JB). Una taca d'humitat ha perjudicat el pergamí, a un terç del seu marge esquerre, i cobreix totes les ratlles del text en una amplada en forma de X d'entre 10 i 50 mm, diluint la tinta i fent-ne desaparèixer a voltes algunes paraules, a més d'un estrip de 20 mm de dalt a baix des del marge amb una amplada de 2 a 7 mm. Caplletra ornamentada "T": 24 mm.

*In nomine Domini. Ego Mir faber et uxori mea Estefania femina venditores sumus vobis Mir [±25] femina, emtores. Per anc scriptura /<sup>o</sup> vindicionis nostre vindimus vobis pecias duas de terra, nostra propria, quod abemus in ter[±20] terminio de Sanctas et de ipsa Sorbe-<sup>o</sup>ra. Qui nobis advenit, ad me Mir per voce uxori mea, et ad me Estefania per genitores meos aut per qualicumque voces. Et afrontad ipsa pe-<sup>a</sup>cia I, de circio in terra de nos emtores, de aquilonis in ipso torent, de meridie in terra [±12], de occiduo in via. Et afrontad alia pecia /<sup>o</sup> de circio in terra de nos emtores, de aquilonis similiter, de meridie in via, de occiduo in terra. [±7]. Quantum infra istas octo afrontaciones inclu-<sup>o</sup>dunt et isti termini ambiunt, sic vindimus vobis: ipsa ec omnia supra scripta, totum ab integre, simul cum exiis et regresiis earum, in proter precium /<sup>o</sup> mancosos III de auro monete Barchinona legitime pensatos. Et nichil de ipso precio aput vos emtores non remansit. Est manifestum. Quem /<sup>o</sup> vero predicta omnia, que nos vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus dominium et potestatem, [±6] ab omni integritate, ad vestrum plenisimum propri-<sup>o</sup> um. Quod si nos venditores aut aliquis omo utriusque contra ista carta vindi[cione vene]rit pro inrumpendum, non oc valead vindicare, set com-<sup>o</sup>ponamus aut componat vobis ipsa ec omnia in duplo cum omnem suam inmelioracione. Et in antea ista carta vindicione firma permanead /<sup>o</sup> modo vel omnique tempore.*

*Actum est oc V idus october, anno octavo r[egnante F]ilip[o rege].*

*S+num Mir faber, s+num Estefania /<sup>o</sup> femina, nos qui ista carta vindicione fecimus et firmavimus et testes firmare rogavimus. /<sup>o</sup>*

*S+num Bernardus Poncio. S+num Geribertus Bonarig. S+num Bertran Ermengaudus. /<sup>o</sup>*

*S+ Sinderedus sacer, qui ehc scripsit et die et anno quod supra.*

## 1148

1067 setembre 26

*Riambau Ermemir i la seva muller Burduluna donen com a permuta a Sexet i a la seva muller Ermessenda dues peces de vinya,*

*situades al territori de Barcelona, als llocs d'Horta i Romanet, a canvi d'una altra peça de vinya situada a Horta.*

ACB, perg. 1-1-714. Original. Pergamí, 86 × 459 mm. Al verso: "Num...714"; restes de tinta enganxada d'un altre pergamí (s. XVIII); "Diversorum A 714" (Mas). Caplletra "T": 16 mm.

*In nomine Domini. Ego Remballo Ermemiri una cum uxori mea Burduluna femina comutatores sumus vobis Sexet et uxori tue Ermesindis femine. Manifestum est enim quia comutamur vobis peciis duabus vinearum, simul cum ipsa terra in qua iacent, qua habemus <sup>β</sup> in territorio barchinonensi. Est unam ex ipsis peciis vinearum in locum vocitatum Orta et aliam est in locum que vocant Rumaned. Advenit nobis hoc omne per vocem comutacionis et per decimum vel per ullasque voces. Abet autem terminum ipsam peciam vinearum, <sup>β</sup> qui est in Orta, a parte orientis in trileis de vos susceptores, a meridie in ipso vestro turrent, ab occiduo similiter, a parte vero circi in vineis de vos susceptores. Aliam peciam vinee, qui est in Rumaned, affrontad a parte circi in terra <sup>α</sup> de nos comutatores, a parte orientis in alaude et in malleolo de vos susceptores, a meridie in vinea de Tedballus, ab occiduo in vinea de Sexet et de uxorem eius de prelocutis susceptores. Quantum iste affrontaciones includunt, sic comu-<sup>β</sup>tamus vobis: prelocutas peciis vinearum integriter, simul cum exiis vel regresiis earum, propter unam peciam vinearum, que nos accepimus in vestra comutacione, qui est in Orta. Quem vero prelocuta omnia, que vobis comutamur, de nostro iure in vestro tradimus <sup>β</sup> dominium et potestatem, ab omni integritatem, ad vestrum plenissimum proprium. Quod si nos comutatores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc comutacione venerimus aut venerit ad inrumpendum, nil valead, sed compo-<sup>β</sup>nad aut componamus vobis iam dicta omnia in duplum cum omnia sua melioracione. Et insuper hoc manead firmum omne per evum.*

*Actum est hoc VI kalendas octobris, anno VIII regni regis Phylippi.*

*S+ Remballo Ermemiri (prolis),<sup>1</sup> s+Bur-<sup>β</sup>dulune femine, nos qui hanc comutacionem fecimus et firmavimus et testibus firmare rogavimus.*

*S+ Geribertus Muradel. S+ Guilielmus Reimundi. S+ Petrus Melli. S+ Guilielmus Ollesendi.*

*<sup>β</sup> S+ Arluvinus sacer, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

1. *Expuntuat.*

## 1149

1067 novembre 8

*Bernat Joan i la seva germana Bonadona amb Orseta, Guitard i Guisla venen a Ramon Dalmau uns alous en diversos llocs: Aiguaviva, Forn i Vallmaria, situats al comtat de Girona, a la parròquia de Sant Martí d'Arenys.*

ACB, LA.II, n. 514, f. 175b-c. Rúbrica: "Item Raimundus Dalmatii clericus emit alodium apud Areins". *Inter columnas recto*: "n. 514" (Caresmar). *Exterior recto*: "anno Domino 1065" (s. xvii). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 14 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 75-76, n. 850.

*In nomine Domini. Ego Bernardus Iohanni et soror mea, id est, Bonadomna femina, atque Orseta necnon et Guitardo sive filia mea Guilia venditores sumus tibi Reimundo Dalmatii, emptori. Per hanc cartam venditionis nostre vendimus tibi alaudem nostrum franchum, separatim in variis locis, quod habemus in comitatu gerundensis, in parrochia Sancti Martini de Arenis. Primum autem alodium, que dicunt ad Aquamvivam, terminatur a parte orientis in alodio Sancti Pauli cenobii, a meridiana vero parte in alodio Sancti Martini, ab occiduo in ipsas artigas de Guilielmo Senderedi, a circio namque in ipso puteo. Aliam petiam terre, que dicunt ad ipsas Curtes, affrontat de parte orientis in ipso torrente, de meridie in tuo alodio, de occiduo in ipsa riera qui discurrit in pluviarum tempore, de circio in tuo alodio. Aliam petiam terre, que dicunt ad ipso Forne, terminatur a parte orientis in alodio Sancti Pauli, a meridie in ipsa strata, ab occiduo et circii in tuo alodio. Aliam petiam terre, que dicunt a valle de Maria, affrontat de parte orientis in alodio Sancti Pauli, a meridiana vero parte in alodio Gaucebertus Petres, de occiduo in tuo alodio, a circio itaque in ipso marge sive in alodio de Guilaberti et de suos heredes. Quantum isti termini ambiunt vel resonant, / sic vindimus tibi: totum ab integrum, cum exiis et regressiis earum et cum omne genera arborum qui infra sunt, cum aquis, pratis et pascuis, in propter precium mancosos XIII<sup>cim</sup>. Quod tu emptor precium nobis dedisti et nos venditores manibus nostris recepimus. Est manifestum. Supra scriptum alodium de nostro iure in tuo tradimus dominium et potestatem, ad tuum plenissimum proprium, ut facias exinde quodcumque volueris. Advenit ad me Bernardus Iohanni iam dictum alodium per comparatione vel per ullaque voces, et ad me Bonadomna et Orseta per genitoribus nostris sive per ullaque voces, et ad me Guitardus per uxori mea et filio meo Guanalgaudi, et ad me Guilia per genitricem meam.*

*Quod si nos venditores aut aliquis utriusque sexus, homo vel femina, venerimus aut venerit ad inrumpendum aut anichilandum, nil valeat, set componat aut componamus tibi in duplum supra scriptum alodium cum omni sua melioratione. Et in antea ista carta vinditio firma et stabilis permaneat modo et omni tempore.*

*Actum est hoc VI idus novembris, anno VIII regni regis Philippo.*

*S+ Bernardus Iohanni, s+ Bomnadomna femina, s+ Orseta, s+ Guitardi, s+Guilie, nos qui hanc vinditionem fecimus et firmamus et testes firmare rogamus.*

*S+ Guilielmus Senderedi. S+ Erimberga. S+Iohannis Bonus-homini. S+ Belel. S+ Iohannis. S+ Geral. S+ Gauceberti. S+ Guilaberti. S+ Ermegot. S+ Bernardi.*

*Aliud autem alodium, que dicunt ad ipso Puiol, quos Bernardus Falcucii tenet hodie et possidet iniuste, qui fuit de genitores nostros, similiter tradimus in tua potestate, sicut aliud quod supra scriptum est, omnes nostras voces et auctoritates, quos ibi habemus vel habere debemus, per supra dictum precium.*

*S+ Vivani levite, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

## 1150

1067 novembre 15

*Ermengol Goltred ven a la seva germana Trudgarda una peça de terra situada al territori de Barcelona, al lloc que anomenen Reixac, pel preu de 4 mancosos d'or de Barcelona.*

*ACB, LA.II, n. 668, f. 214a. Rúbrica: No n'hi ha. Interior recto: "CLI" (s. XIII-XIV); "n. 668" (Caresmar). Inter columnas recto: "Anno Domini 1077" (s. XVIII). Capletra "I" ornamentada, tipus F: 7 línies.*

*Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 76, n. 851.*

*In nomine Domini. Ego Ermengaudus Gultredi venditor sum tibi Trudgardis, sororem meam, emprtrice. Per hanc scripturam et istius mee venditionis vendo tibi peciam I terre, quam abeo in territorio barchinonensi, in locum que vocant Rexag. Advenit mihi hanc terram per vocem genitorum meorum vel per ullanque voces. Affrontat ipsam terram a parte circi et ab oriente et a meridie seu ab occiduo in terra de te emprtrice. Quantum isti termini ambiunt atque includunt, sic vendo tibi: prelibatam terram, cum quantum infra et extra pertinet ad eam, propter precium mancosos IIII auri*

*vel penso sive monete que hodie currit Barchinonam. Quam tu emptrice precium exinde mihi dedisti et ego ad presens manibus meis recepi. Et est manifestum. Quem vero prescriptam terram, que tibi vendo, de meo iure in tuo trado dominium et potestatem, ab omni integritatem, ad tuum plenissimum proprium. Quod si ego venditor aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc vinditione venero aut venerit ad inrumpendum, nil valeat, set componat aut componam tibi prelocutam terram in duplum cum omni sua imelioratione. Et insuper hoc maneat firmum omne per evum.*

*Quod est actum XVII kalendas decembris, anno VIII regni regis Philippi.*

*S+ Ermengaudus Gultredi, ego qui hanc venditionem feci et firmavi et testibus firmare rogavi.*

*S+ Iohannes, Bonefilii prolis. S+ Vives Sendredi.*

*S+ Arluvinus sacer, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

## 1151

1067 desembre 1

*Riambau, fill d'Ansovall, defineix i evacua a favor del sacerdot Gerbert, dues setenes parts dels fruits d'unes nogueres, situades al terme de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu de Palomar, al lloc anomenat Horta i Campamar.*

ACB, perg. 1-2-355. Original. Pergamí, 192 × 257 mm. Al verso: "Evacuatio de ipso nucario cum Reamballo" (s. XI); "CXI" (s. XVI); "Nil pro Capitulo" (s. XVI-XVII); "Antiquit. II 299"; "1067" (Mas). Caplletra "I": 50 mm.

ACB, LA.II, n. 299, f. 98a-b. Rúbrica: "Reiambal Ansoval diffinivit Girberto presbitero duas partes de nugeris". Interior recto: "n. 299" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1068" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 7 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 77, n. 853.

*In nomine Domini. Ego Reamballus, prolis Ansovalli, pacificator et evacuator atque definitor sum tibi Geriberto sacerdoti. Manifestum est<sup>a</sup> etiam<sup>b</sup> quia pluribus vicibus dominum<sup>c</sup> tuam<sup>l</sup> querimoniam choram<sup>d</sup> quibusdam hominibus videlicet asserendo quod contradicerem tibi duas partes fructus arboris nucis, in terra ipsa posite in qua sumus pariter<sup>β</sup> consortes. In qua etiam<sup>e</sup> arbore contradicebam tibi iniuste atque indebite duas partes, quas tibi vendicas ibidem rectissime atque iustissime,<sup>f</sup> partim<sup>h</sup> hereditario iure, partim tuam comparacionem.<sup>g</sup> Terra autem illa, in qua predicta arbor est sita, est in territorio Barchinone, in parrochiam Sancti Andreę de*

*Palum-<sup>f</sup>bario, in loco vocitato Orta et Campusamarus. Habet autem terminum ipsa terra, in qua prefata arbor posita est, a circio et meridie in terra tua, ab orien-<sup>f</sup>te in rivo tempore pluviarum per ortam currente, ab occiduo in margine grosso, subtus vineas Reamballi. In omni prenomina arbore, que concluditur prefatis terminis, pacifico et definio atque evacuatio tibi: ex ipsis septem partibus duas ad integrum, partes senam videlicet atque septenam, cum ingresibus pariter atque egressibus <sup>f</sup> eius, et cum universis ad predictam arborem pertinentibus. Ut ab odierno die et tempore, si ego definitor et pacificator atque evacuator vel utriusque sexus <sup>f</sup> homo disrumpere aut infringere hoc temptavero sive temptaverit, nil prosit, sed componam sive componat tibi unciam unam auri puri in vinculum.<sup>h</sup> Et <sup>f</sup> postmodum hoc maneat perhenniter firmum.*

*Quod factum est kalendas decembris, anno VIII regni Filippi<sup>i</sup> regis.*

*\*S+ Reamballus levite\*, <sup>f1</sup> qui hanc pacificacionem<sup>i</sup> et evacuationem<sup>k</sup> atque definicionem<sup>l</sup> fecit et subscripsit et testibus eam firmari rogavit.*

*<sup>f2</sup> S+m<sup>m</sup> Bernardo Bonefilii. S+m Balluino Sesmundi. S+m Adalberto Bonefilii. S+m Gisalmaro<sup>n</sup> Fruila. <sup>f3</sup> S+m Ierberto<sup>o</sup> Primi. S+m Remundo Gonmari. S+m Bernardo Gonmari.*

*<sup>f4</sup> S+ Mirone sacer, qui hoc scripsit cum litteras rasas et emendatas in linea IIII, die et anno quo supra.*

*LA. a. Segueix enim, expuntuat. b. Interlineat. c. Segueix e, expuntuada. d. coram. e. etiam. f. iustissime. g. comparisonem. h. vinculum. i. Philippi. j. pacificationem. k. evacuationem. l. definitio-nem. m. S+. n. Guisalmaro. o. Gerberto.*

## 1152

1067 desembre 1

*Olovara, i el seus fills Guillem, Ramon, Bonfill, Engilberga i Ermes-senda empenyoren a Guillem Bellit una mujada de terra situada al territori de Barcelona, al terme de Provençals, per un deute que tenen amb ell de sis sestres d'ordi a la mesura nova, que eixugaran la festa de Sant Feliu de Girona vinent, a condició que si ho fan Guillem els tornarà aquesta escriptura, i si no, perdran aquesta terra.*

ACB, LA.II, n. 350, f. 118a-b. Rúbrica: "Guilelmus Belliti accepit in pignore mediatam I terre apud Provincialibus". Interior recto: "n. 350" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1068" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 8 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 76, n. 852.

*In nomine Domini. Ego Ollovara femina et filios meos Guilelmus et Raimundus et Bonefilio et Enguilberga femina et Ermesindis impignoratores sumus tibi Guilelmus Belliti. Manifestum est enim quia debitores sumus tibi sestarios VI ordeï nitido, ad mensura nova, unde tu nobis prestasti. Propterea impignoramus tibi modiatã I de terra. Et est ipsa terra in territorio Barchinona, in terminio de Provincialis. Advenit nobis ipsa terra per genitorum ad nos infantes, et ad me Enguilberga per voce viro quondam Petrus sive per ullaque voces. Et affrontat predicta terra de circi et de occiduo in terra de me im-<sup>h</sup>pignoratrice, de oriente in terra de Bonucio et Bonefilii, de meridie in terra de te Guilelmus. Quantum istas affrontationes includunt, sic impignoramus tibi: iam dicta<sup>1</sup> terra ad integrum, et de nostrum iure in tuum tradimus dominium et potestatem. Et inter tantum nos teneamus per tuum beneficium. Et in die quod erit festa Sancti Felicis Ierunda, ista proxima veniente, sic faciamus tibi reddere iam dictum debitum et tu nobis rendas ista scriptura sine mora. Et si hoc non fecerimus et diem placiti tui non adimpleverimus, tunc habeas licenciam hec omnia, que tibi impignoramus, aprehendere, tenere, vindere et omnia facere quod volueris, cum exios et regressios earum, a tuum plenissimum proprium. Quod si nos impignoratores aut aliquis homo sexus utriusque contra ista impignoratione pro inrumpendum venerit, nil valeat, set componat aut nos componamus tibi iam dicta omnia in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista impignoratio firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc kalendas decembris, anno<sup>2</sup> VIII regni Philippo rege.*

*S+num Ollovara,<sup>3</sup> s+num<sup>4</sup> Guilelmus, s+num Remon, s+num Bonefilio, s+num Enguilberga, s+num<sup>5</sup> Ermesindis, nos qui ista impignoratione fecimus et firmamus et testes firmare rogavimus.*

*S+ Remundus Guilelmi. S+ Bernardus clericus. S+num Guilelmus Oliba.*

*S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi et sss die et anno quod supra.*

1. Sota la a hi ha una i. 2. Sota la o hi ha una e. 3. Sota la segona o hi ha una e. 4. Manquen els punts de subscripció. 5. Manquen 3 punts de subscripció.

## 1153

1067 desembre 20

*El-liarda i la seva germana Adelaida venen a Gombau un alou amb terres, vinyes, casa, corral, arbres i una font, situat al comtat de Barcelona, a la quadra de Sant Valentí, pel preu de 10 mancusos.*

ACB, perg. 1-4-236 (a). Còpia en pergamí de 26 de juliol de 1214. Aquest document es troba compartint pergamí amb el document 1-4-236(b) i apareix transcrit a la seva part superior.

*Hoc est translatum fideliter translatum ad alio translato, cuius series ita se habet. In nomine Domini. Ego Elliardis et sorori mea Adaleidi vinditrices sumus tibi Gondeballo, emptore. Per hanc scripturam vendicionis /<sup>o</sup> nostre vendimus tibi alaudem franchum, id sunt, terras et vineas, et casa et curte, cum solo et supraposito, et arboribus et font. Et est prefato alodio in comitatu Barchinona<sup>1</sup> vel in ipsa quadra Sancti Valentini. Advenit nobis per /<sup>o</sup> parentorum vel qualicumque voces. Affrontat namque a parte orientis in alodio de Sendredi, de meridie in alodio Sancti Sebastiani et in prat de domna Guilla, de occiduo in aladio de te emptore, a par-<sup>a</sup>te vero circii in alodio de domna Guilla et de te emptore. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic vendimus tibi: in prefato aladio quantum ibi habemus vel habere debemus per hereditatem de nostri fratri /<sup>o</sup> Poncii, totum ab integrum, cum exiis vel regressiis earum, in propter precium ma<n>cusus X. Et de ipso precio apud te emptore non remansit. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia, quod superius resonat, de nostro /<sup>o</sup> iure in tuo tradimus dominio et potestate, ad omnia facere quod volueris.<sup>2</sup> Quod si nos venditrices<sup>o</sup> aut<sup>4</sup> ullusque homo vel femina qui contra ista carta vendicione venerint aut venerimus aut disrumpendum, non hoc /<sup>o</sup> valeat vindicare, set componat ad componamus tibi predicto aladio in duplo cum omne sua melioratione. Firma permaneat omne per evum.*

*Facta ista carta vendicione XIII kalendas ianuarii, /<sup>o</sup> anno VIII regnante rege Philipo.*

*S+num Elliardis, s+num Adaleidis, nos qui ista carta vendicione<sup>5</sup> fecimus scribere, firmamus et testes firmare rogamus.*

*S+num Sperain-<sup>o</sup>deo. S+num Geribert Lobet. S+num Guifredi Lobeti.<sup>6</sup>*

*S+ Guzulinao<sup>7</sup> presbiter, qui ista carta vendicione scripsit cum literis super positas in linea V et in V<sup>a</sup>, et die et /<sup>o</sup> ss anno quo supra.*



*Hoc translatum scripsit @Iohnnes@ levita.*

*^1 Sig+num Guilielmi presbiteri, qui hoc translatum fideliter translatavit VII kalendas augusti, anno Domini M°CC°XIIIº, et cum literis supra positis in VIª linea.*

1. Per coherència amb el document 1-4-236(b). 2. La v sembla una n. 3. Sota el text interlineat i sense ratllar, ores. 4. Sobre la u hi ha una taca de tinta. 5. La t podria ésser una c. 6. La e sembla una o. 7. La a i la o finals estan amuntegades.

## 1154

1067 desembre 27

*Testament de Geribert, en el qual nomena almoiners el seu fill Ponç, la seva muller Raquel i Bernat Bonfill, i reparteix els seus béns mobles i immobles, situats en diversos llocs de la parròquia de Sant Andreu de Palomar, entre els seus fills, especialment Pere i Ponç.*

ACB, LA.II, n. 302, f. 98d-99c. Rúbrica: "Testamentum Girberti qui dimisit ecclesie de Palomar I petiam terre et alteram vinee apud Campumbonum". *Inter columnas verso d: "n. 302" (Caresmar). Exterior verso c: "Anno Domini 1068" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 7 línies.*

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 78, n. 855.

*In nomine Christi. Ego Geribertus, dum iaceo in lectulo meo in egritudine, spero in misericordia Dei mei, timeo ne mihi veniat subito repentina casu mortis mee, et ideo iubeo atque discerno ut sint elemosinarii mei, ^ id est, Bernardo Bonifilii et Poncius, filio meo, et Richeldis, coniux mea. Precipio namque vobis elemosinarios meos ut, si de ista egritudine mors mihi advenerit aut antequam alium testamentum faciam, licenciam abeatís ad distribuere omnes facultates meas, sicut hic inveneritis exaratum, propter Deum et remedium anime mee. In primis concedo ad opera Sancto Andree apostoli de Palumbare petiam I terre cultam, maiorem, et petiam vinee que ibi prope est. Et ipsa petia terre et vinea sic tenet de ipsa riera de Orta usque ad malleolas Guilelmi Guitardi, et sunt in locum que dicunt Campumbonum. Ut fiant venundatas et ipso precio sit de predicta opera. Concedo ad predicta opera eminam I tritici et alteram eminam de espelta cum frumento mixta. Et concedo ad filia mea Adaledi campum I ultra ipsa riera de Orta, et pecias II terre iuxta terram Sancti Michelis, cum omnibus tam mobilibus quam immobilibus, quam dedi ea a die nupciarum, ita ut sit predicta omnia ex illa pro omni sua parte qui ex me, testatore, debet illa contingere.*

*Item vero concedo filie mee predictae ipsum meum sacrarium, quod abeo ad Sancti Andree. Concedo Poncio, filio meo, petiam I vinee malleolam, cum ipsa terra in qua est fundata, simul cum ipsa budiga que vocant Mirambel, et vinea Bernardi, et petias terre et vinee de Campobono, simul cum ipsos arbores quod ibi abeo, pro sua melioratione. Item concedo Poncio, filio meo, et fratri suo Petro ipsas meas domos ubi abitat, cum ipso alodio quod est in circuitu, et puteo et orto qui intrinsecus est, et arbores et columbarios et vineis quod dicitur Planellas. Item concedo predictis filiis meis, Poncio et Petro, modiatam I terre culte, que est iuxta terra quod dicitur Mirambel, et pervadit usque ad ipsam stratam que pergit ad Ortam et ad Barchinonam. Hec omnia concedo <sup>p</sup> eis cum ingressibus pariter et egressibus eius, ut teneant et abeant (ea quod abeo ad ipsas)<sup>1</sup> sine blandimento ullius hominis vel femine. Et concedo ad Ermetruit femina, filia mea, pecias II vinee quod abeo ad ipsum Pontem, et petiam unam terre quod abeo ad ipsam Ventosam, et ipsam terram quod abeo iuxta modiatam terre prescripte, quam dimitto Poncio et Petro. Item concedo predicta Ermetruit petiam I terre, que est sub predicta strata, iuxta ipsa riera de Orta. Concedo Guilia, nepote<sup>2</sup> mea, petiam I terre, qui est sub ipsa terra Sancti Michelis, ut in diebus suis teneat et possideat, post obitum vero suum revertatur Poncio, filio meo iam dicto. Concedo Guisalmaro peciola I terre, qui est latus ipsa terra Sancti Andree, ad ipso Plano, ut in diebus suis teneat et possideat ea, post obitum eius revertatur filiis meis, Poncio et Petro. Concedo Miro et Bernardo, sacerdotibus Sancti Andree, sestarium I ordei, et oves II, et porcastrum I, et barrilium I, propter missas. Item concedo pauperibus pro anima mea emines III ordei cum expelta mixti, et oves II, et caficium I vini. Concedo Bernardo Bonifilii vacam I roiam per IIII mancosos quod ego illi debeo, et iubeo filiis meis Poncio et Petro ut reddant predicto Bernardo migeres III de pesos quod ego illi debeo. Alium meum mobile et immobile, qui non est textatum, totum concedo filiis meis prescriptis, Poncio et Petro, exceptis X caficios vini de ipso comite quod ego abeo. Predicta quoque omnia, que infantibus meis iam dictis dimitto, excepta Ermetruit, sic mando et concedo esse totum de Richeldis, coniux mea, matris illorum, ut in diebus suis teneat et possideat ea, post obitum vero suum fiant filiis meis predictis, ita sicut superius ordinatum abeo in hac<sup>3</sup> testamento. Tali vero ordine concedo omnem iam dictam ereditatem predicto filio meo Petro: quod si non abuerit filios legitimos, remaneat sua <sup>l</sup> ereditas fratri suo Poncio Geriberti; si autem prescriptus filius meus Petrus*

*abuierit filios legitimos, abeant et possideant prefatam hereditatem. Post obitum vero eius, si Poncius Geriberti vivus fuerit, ad eum revertatur eorum hereditas sine ullo impedimento.*

*Actum est hoc VI kalendas ianuarii, anno VIII regni regis Philippi.*

*S+ Geribertus, qui isto testamento feci et manu mea nomen meum scripsi et his testibus firmare rogavi.*

*S+m Arnallo Bernardi. S+m Guisalmaro Fruila. S+m Bonucii Poncio. S+m Gaucefre Tedbal. S+m Guilabertus Ollofre. S+m Miro Guilelmi.*

*S+m Petrus presbiter, qui hoc scripsit cum litteris rasis et emendatis in linea II et XVIII et subscripsit sss die et anno quo supra.*

1. *Anul·lat mitjançant expuntuació.* 2. *Sota la e hi ha una a.* 3. *Sota la h hi ha una a.*

## 1155

1067 desembre 28

*Miró Bonfill ven a la Canònica de Barcelona una terra, situada al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Pere de Reixac, vora el llit del Besòs, pel preu de 6 mancusos d'or en moneda de Barcelona.*

ACB, LA.II, n. 731, f. 230c-d. Rúbrica: "Mir Bofil vendidit Sedi alodium in Rexag, prope rieram Bisocii". Interior verso: "n. 731" (Caresmar). Exterior verso: "Anno Domini 1068" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 6 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 78, n. 856.

*In nomine Domini. Ego Miro Bonfilius venditor sum Deo et barchinonensi Canonice. Per hanc scripturam istius mee vinditionis vendo prefate Canonice terram meam propriam, quam habeo in territorio barchinonensi, in parrochia Sancti Petri de Rexach, iuxta alveum Bisocii. Advenit autem michi prescripta terra per meliorationem quam exinde fecit michi mater mea, et per vocem atque testationem parentum meorum, sive per meam hereditatem, vel per quoslibet alios modos. Habet autem terra terminum prescripta ab oriente in alveo Bisocii, a meridie in terra prenominate canonice, ab occiduo in torrente de Canaliculis tempore pluviarum currente, a circio in strada publica. Quantum prenominati termini concludunt, vendo Domino Deo et prelibate Canonice ad integrum, propter precium mancusos sex auri monete Barchinone. Quos canonici*

*prescripte canonice emptores precium mihi dederint et ego venditor manibus meis accepi /<sup>l</sup> nichilque ex predicto precio apud eosdem emptores remansit. Quod satis est manifestum. Hanc quoque terram, quam prescripte canonice vendo, de meo iure in ipsius dominium et potestate ad integrum trado, cum ingressibus pariter et egressibus suis, ut faciant exinde canonici supra scripte canonice quod ex ceteris munificentis eiusdem canonice soliti sunt facere. Si vero ego venditor aut utriusque sexum homo venditionem hanc disrumpere temptavero sive temptaverit, nil prosit, sed componam sive componat prenominate canonice terram prefatam in duplum cum omni sua illius melioratione. Et postmodum hoc maneat perhenniter firmam.*

*Quod factum est V kalendas ianuarii, anno VIII regni Philippi regis.*

*S+m Mironis Bonifilii, qui hanc venditionem fecit et punctis roboravit atque testibus eam roborari rogavit.*

*S+ Reimundi levite. S+ Riculphi levite. S+ Mironi Godmari. S+m Reimundi Vitalis. S+m Gerberti Vitalis.*

*S+ Poncii levite, qui hoc scripsit et sub sss scripsit die et anno quo supra.*

## 1156

1068 gener 12

*Oliba Gotmar i la seva muller Sicarda venen a Bernat Sendret i a la seva muller Adelaida un alou situat al comtat de Barcelona, al Vallès, al terme de Sant Esteve de Vilanova, a la Casanya, pel preu d'1 mancús d'or òptim de Barcelona.*

ACB, perg. 1-4-244. Original. Pergamí, 104 × 328 mm. Al verso: "Luparias"; "Carta de Loberas" (s. XIII-XIV); "1068" (Mas). Caplletra "I": 29 mm.

*In nomine Domini. Ego Oliba Golmar et uxori mea Sicardis femina vinditores summus vobis Bernardus Sendret et uxori tua Adaledis femina, emptores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus /<sup>o</sup> vobis alaudem nostrum, ermum vel cultum, quod abemus in comitatu barchinonense, in Vallense, in terminio Sancti Stefani de Villanova, ad ipsa Cassanna. Qui nobis advenit ad me Oliba per ienitorum meorum /<sup>o</sup> vel per ullasque voces, et ad me femina per meum decimum. Et affrontat predicto alaudio de parte orientis in ipsa strada publica, de meridie in ipso Serrad et in alaudio de ipsa Cannonica, de occiduo in su-<sup>a</sup>mitate de ipsa serra Cassanna, de parte*

vero circi in strada calciata vel in aludio de Arnal Odger. Quantum infra istas IIII<sup>or</sup> affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic <sup>℞</sup> vindimus vobis: predicto alaudio in propter precium mancuso I de auro de Barchinona obtimo. Quod vos emptores precium nobis dedistis et nos vinditores manibus nostris recepimus. Et est manifestum. <sup>℞</sup> Quem vero predicta omnia, que nos vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, cum exiis vel regressiis earum, ad vestrum plenissimum proprium, a ffranchitate, ad faciendum exinde <sup>℞</sup> quodcumque volueritis, libera in Dei nomine abeas potestatem. Quod si nos vinditores aut ullusque homo utriusque sexus fuerit qui contra ista carta vindicione venerit ad inrumpendum, <sup>℞</sup> nil valeat, sed componat aut componamus vobis predicto alaudio in duplo cum illorum melioracione. Et in antea ista carta vindicione firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta <sup>℞</sup> ista carta vindicione II idus ianuarii, anno VIII regnante Filipo rege.

Sig+num Oliba Golmar, sig+num Sicardis, uxor eius, nos qui ista carta vindicione fieri <sup>℞</sup> iussimus et firmamus et testibus firmare rogavimus.

Sig+num<sup>1</sup> [espai en blanc: ±12]. Sig+num Geral Somanted. Sig+num Dominico Dela.

<sup>℞</sup> Raimundus sacer, qui hoc scripsi ss die et anno quod supra.

*Hec est sacramentalis<sup>a</sup> condicio<sup>b</sup> ultime voluntatis cuiusdam viri, nomine Compagni Tudiscli, verbis tantum, edite infra sex mensium spacium a testibus, quibus hoc iniunctum fuit <sup>β</sup> et qui hoc audierunt et rogati ab eodem conditore extiterunt propria coram iudice iuracione<sup>c</sup> confirmate. Cuius eciam<sup>d</sup> iurament<sup>e</sup> condicio, tam sua quam testium, manu est<sup>f</sup> corrobo-<sup>β</sup>rata. Que eciam<sup>g</sup> voluntas instante mortis vel alicuius rei impedimento<sup>h</sup> sive periculo vel obstaculo conscribi nequivit, et tamen ab eodem conditore alligari iussa fuit. Ad compro-<sup>a</sup>bandam itaque iam<sup>i</sup> dicti viri voluntatem ultimam, manumissores sive distributores rerum suarum sive facultatum attulerunt testes coram iudice Raimundo atque sacerdote <sup>β</sup> subscripto aliisque pluribus viris inferius annotatis. Corum testium, anc ultimam voluptatem verbis solummodo editam comprobancium, hec sunt nomina: Ermenardus presbiter et Rai-<sup>β</sup>mundi presbiteri et Garsia sacerdoti et Raimundi sacerdoti et Estafanus<sup>i</sup> poete et Poncius sacriste et Bonifilius Petr<sup>i</sup> et Raimundus Mironi et Gondemari Atoni, qui hoc testificantur <sup>γ</sup> atque iureiurando<sup>j</sup> confirmant ita dicentes:*

*Iuramus nos prenominati testes per Deum, in substancia unum et in personis trinum, et per altare Sancti Ihoannis<sup>k</sup> apostoli, quod est intus in ecclesia <sup>β</sup> Sancte Crucis Sancteque Eulalie Sedis Barchinone, supra cuius sacrosanctum altare as condiciones<sup>l</sup> manibus*

nostris continemus et iurando tangimus, quod, nobis videntibus et audientibus, in-<sup>o</sup>iunxit auctor prescriptus Compagnus prenomiatis suis elemosinariis suam ultimam volumptatem tantummodo<sup>m</sup> verbis, precipiens eis atque iniungens ut, si mori contigisset illum de ipso <sup>o</sup>langore, quo tunc temporis languebat, quemadmodum et contigit, plenariam potestatem habuissent prenominati sui elemosinarii ut acciperent omnes suas ipsius facultates et <sup>o</sup>1 darent pro sua ipsius anima et quemadmodum ipse eis iniunxit in suis solummodo verbis. Primum concessit ipsas suas domos, in qua ipse hobiit, qui sunt prope ipso Reg, ad <sup>o</sup>2 ipsa Chanonica<sup>n</sup> Sancte Crucis. Et ipsas suas barrilas simul cum ipso vino, qui erant in prescripta domo, concessit ad Guilelm Marceso. Et ipsas tres<sup>o</sup> ereditates, quas habebat in parro-<sup>o</sup>3ciam<sup>p</sup> Sancte Marie Bitulone, dimisit ad Guilelmus Baroni, duas ad serviciu<sup>n</sup> supra scripte Chanonice, et post hobitum<sup>r</sup> suum revertant prescriptas ereditates<sup>s</sup> ad supra scrip/ta Chanonica.<sup>l</sup> <sup>o</sup>4 Prescripta tercia ereditate dimisit ad Condemari, nepote suo. Et dimisit ipsas suas vineas, simul cum ipsas terras ubi sunt fundatas, ad prescripta Chanonicha.<sup>u</sup> Et ipso <sup>o</sup>5 suo vino quod habebat in prescripta parrochia Bitulone, simul<sup>3</sup> cum ipso suo blad dimisit per mescinos et per missas. Et<sup>l</sup> prescriptas<sup>5</sup> vineas, quas dimisit ad ipsa/Cla/nonli/cha,<sup>v</sup> sunt in Cirsa. <sup>o</sup>6 Postquam autem predictus testator hec omnia ordinavit, loquelam plenam et memoriam habens integram, [espaí en blanc: ±3] IIII idus octobris et in ipsa prima nocte, que postea fuit, migravit de <sup>o</sup>7 hoc seculo. Atque ex hoc nullatenus postmodum suam volumptatem,<sup>w</sup> nobis scientibus, mutavit. Nos vero, tutores qui et elemosinarii, iuramus per Deum et in Deo quia quantum isti testes testificati <sup>o</sup>8 sunt in hoc<sup>6</sup> iudicio,<sup>x</sup> verum est nullaque fraus nullumve malum ingenium hic inpressum est, sed secundum volumptatem<sup>v</sup> prefati conditoris hoc omne factum vel editum est. Iterum nos testes recte <sup>o</sup>9 atque veraciter testificamus<sup>7</sup> atque iuramus in Domino hoc omne supra dictum omnimodis esse verum, per supra scriptum Sancte Trinitatis iuramentum.

Late condiciones<sup>z</sup> II idus octobris, <sup>o</sup>10 anno X<sup>mo</sup> regni Philippi<sup>8</sup> regis.

\*S+ Poncii sacristus\*, \*s+ Mironis sacerdotis\*, <sup>o</sup>11 s+num Baroni Tudiselo, nos elemosinarii sumus et hoc iureiurando corroboramus.

\*S+ Ermenardi presbiter\*, \*s+num Reimun-<sup>o</sup>12dus presbiter\*, \*s+ Garsia sacer\*, \*s+ Reimundi levite, qui et iudicis\*, <sup>o</sup>13 s+ Raimundi Mironi, s+ Gondemarum Atoni, nos testes sumus et hoc iuramentum fideliter iuramus.

ʀ<sup>4</sup> \*S+ Guilelmi Baroni levite, qui oc<sup>aa</sup> iudicium laudo atque firmo\*.

ʀ<sup>5</sup> S+ Mironi levite, qui has condiciones<sup>ab</sup> scripsi et subscripsi die et anno quo supra cum litteras rasas in linea V<sup>a</sup>X.<sup>ac</sup>

1. Una n convertida en m pel mateix escrivà. 2. Sota la r hi ha indicis d'una altra lletra. 3. Sota la s hi ha una d. 4. Sota la e, una lletra volada indesxifrable. 5. Sota la i hi ha una a. 6. Sota la h hi ha una o. 7. Sota la primera i hi ha una a. 8. Sota la l hi ha una i.

LA. a. sacramentalis. b. conditio. c. iuratione. d. etiam. e. Sota la i final hi ha un expuntuat i ratllat. f. est manu. g. etiam. h. impedimento. i. Estefanus. j. Escrit sobre raspat. k. Iohannis. l. conditionis. m. tantummodo. n. Canonica. o. III<sup>es</sup>. p. parrochiam. q. servitium. r. obitum. s. hereditates. t. Canonica. u. Canonica. v. Canonica. w. voluntatem. x. iuditio. y. voluntatem. z. condiciones. aa. hoc. ab. condiciones. ac. XV.

## 1189

1069 novembre 11

*Maiassenda, dona, filla del difunt Oliba i de Maria, dóna a la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia un alou, situat al territori de Barcelona, a la part occidental de la platja, a Montjuïc, que té pels seus pares, i mig alou situat al riu Llobregat, que era de la seva mare.*

ACB, perg. 1-2-1006. Original. Pergamí, 195 × 284 mm. Al verso: "CCCLXXXV"; "Monte Iudaico" (s. XIII); "mitja escala armari 2, n. 1006" (Caresmar); "Num... 1155" (s. XVII); "Antiquitatum I 426" (Mas); "1069" (F-B). Caplletra "I": 7 línies.

ACB LA.I, n. 425, f. 161b-c. Rúbrica: "Carta quod Maiasendis dedit Canonice alodium in descensum Montis Iudaici, ussus occidentem et alia in litera". Interlineat recto: "n. 425". Exterior recto: "CLXI". Exterior verso: "anno Domini 1070".

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 89, n. 878.

SCHWAB-MIRET, Documents, p. 7, n. 3.

*In nomine Domini. Ego Maiasendis femine, filia qui fui Olibani, quondam, et Marie, donatrix sum domino Deo et Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie. Mani-ʀ<sup>5</sup>festum est enim quia dono Deo et iam dicte Canonice ipsum meum alodium, que habeo in territorio barchinonensis, ad occidentalem plagam eiusdem urbis, ad Mon-ʀ<sup>5</sup>tem Iudaicum, ad descensum prescripti montis. Sunt autem nominatim domus et cortes, cum solis et suprapositis, guttis et stillicidiis, hostiis<sup>l</sup> et ianuis, foveis<sup>ʀ<sup>5</sup></sup> atque cloacis, liminaribus et superliminaribus, et universis in circuitu que habeo in predicto territorio. Que mihi advenerunt per genitorum meorum vocem ʀ<sup>5</sup> vel*



per aliis quibuslibet modis. Habent autem terminum hæc omnia ab oriente in ipso margine et in terra Geriberti Guitardi, a meridie in terra Ruben <sup>/8</sup> isrelite et Ermesindis, uxoris Mironis Guilaberti, ab occiduo in Monte Iudaico, a circio<sup>a</sup> in torrente pluviali tempore decurrente. Quantum termini pre-/nominanti concludunt, dono Domino Deo et sepe dictę Canonice bono animo promptaque voluntate, omnia superius comprehensa ad integrum, et de meo iure trado <sup>/8</sup> in dominium et potestatem iam dictę Canonice, ut faciant exinde canonici predicti quod de aliis munificentis<sup>b</sup> sepe dictę Canonice faciunt. Insuper autem dono <sup>/8</sup> et definitio<sup>c</sup> et exvacuo atque pacifico predictę Canonice medietatem omnium alodium quę fuit Marie, matris mee, quę sunt a flumine Lubricati <sup>/10</sup> usque in alveum Bisocii, et a iugis moncium usque in littoribus maris, cum eorum afrontacionibus,<sup>d</sup> simul cum exios vel regressios earum. Quod si ego dona-<sup>/11</sup>trix aut aliquis homo sexus utriusque contra hanc donationem sive definitionem atque pacificationem<sup>e</sup> vel exvacuationem venero aut venerit ad <sup>/12</sup> inrumpendum, nil prosit mihi vel illis, set componam aut componant supra dicta omnia in duplum cum omni sua illorum melioratione. Atque postmodum hoc <sup>/13</sup> maneat firmum omne per evuum.

Quod factum est III idus novembris, anno X regni Phylippi<sup>f</sup> regis.

S+num Maiansendis femine, que hanc <sup>/14</sup> donationem sive definitionem et exvacuationem atque pacificationem feci et firmavi atque testes eam firmare rogavi.

S+num Re-<sup>/15</sup>mundus Berengarii. S+num Bernardus Berengarii. \*S+ Guilemus<sup>g</sup> /Berengarii\\*. S+num Gerbertus Vivani. S+num Dalmacius Vivani. <sup>/16</sup> S+num Remundus Guisadi. S+num Remundus Riculphy.<sup>h</sup> S+num Arnallus Geriberti. S+num Ar-<sup>/17</sup>bertus Remundi. S+num Remundus Mager. S+num Henrici Bernardi.

<sup>/18</sup> S+num Poncii levite, qui hoc scripsit et sub sss scripsit die et anno quo supra.

1. Sota la i hi ha una s.

LA. a. circi. b. munificentis. c. deffinio. d. affrontationibus. e. pacificacione. f. Philippi. g. Guilelmus. h. Riculfi.

## 1190

1069 novembre 13

*El bisbe Umbert de Barcelona i els seus canonges donen a Maiassenda i al seu fill Guillem Berenguer, canonge, un alou que consta de*

*casa i corts, situat al territori de Barcelona, a Montjuïc, a la platja occidental de la ciutat, al vessant de la muntanya, mentre visquin i a canvi del cens anual d'una aimina d'oli a l'inici de la Quaresma.*

ACB, perg. 1-2-400. Original. Pergamí, 600 × 650 mm. Al verso: "De Monte iudayco" (s. xi); "Scripta" (s. xiii); "Siglo xi - autografo del Obispo Umberto" (s. xix); "Antiquit. I 657"; "1069" (Mas). Caplletra "I": 32 mm.

ACB, LA.I, n. 657, f. 242c-d. Rúbrica: "Stabilimentum alodii in Monte Iudaico per I eminam olei in vita". Exterior verso: "n. 657" (Caresmar). Inter columnas verso: "Anno Domini 1070" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 18 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 89-90, n. 879.

*In nomine Domini. Ego Umbertus,<sup>a</sup> [espai en blanc: ±8] barchinonensis sedis episcopus, et omnis grex canonicorum eiusdem Canonice mihi subditus, pariter in unum, <sup>/2</sup> donatores sumus tibi Maiansendi<sup>b</sup> femine et filio tuo Guilielmo<sup>c</sup> Berengarii, nostre Canonice canonico. Manifestum est eciam<sup>d</sup> quia damus vobis <sup>/3</sup> alodium iuris nostre Canonice proprium, quod habemus in territorio barchinonensi, ad Montem Yudaycum,<sup>e</sup> ad occidentalem plagam prenominate<sup>f</sup> <sup>/4</sup> urbis, ad descensum prescripti montis. Sunt autem nominatum domus<sup>f</sup> et cortes<sup>g</sup> cum solis et suprapositis, guttis<sup>h</sup> et stillicidiis, hostiis et ianuis, fo-<sup>/5</sup>veis atque cloacis, liminaribus et superliminaribus, et universis in circuitu vel in confinio terris nostris et nostre Canonice propriis, que habemus in <sup>/6</sup> predicto territorio et que nostre Canonice advenerunt vestra<sup>i</sup> largitione gratissima atque spontanea vel aliis quibuslibet modis. Habent autem ter-<sup>/7</sup>minum haec omnia ab oriente in ipso margine et in terra Geriberti Guitardi, a meridie in terra Ruben ysreli<sup>te</sup> et Ermessindis,<sup>j</sup> uxoris Mironis Gui-<sup>/8</sup>laberti, ab occiduo in Monte Yudayco,<sup>k</sup> de circio in torrente pluviali tempore decurrente. Quantum termini prenominati con-<sup>/9</sup>cludunt, vobis ad integrum damus, atque de iure nostre Canonice sive nostro in vestrum dominium et potestatem ad integrum tradimus, <sup>/10</sup> tali videlicet modo atque tenore: ut habeatis hec et teneatis atque possideatis quamdiu vixeritis, ambo pariter, aut unus post alium, <sup>/11</sup> absque cuiuslibet viventis hominis inquietudine sive sollicitatione, ita tamen ut detis per unumquemque annum nobis et nostre Canonice <sup>/12</sup> eminam unam olei in initio Quadragesime/ causa census sive tributis; post obitum vero amborum, revertantur hec omnia superius comprehensa in ius atque <sup>/13</sup> dominium nostre Canonice absque ullius contrarietatis obstaculo cum omni sua illorum melioratione. Si autem<sup>l</sup> nos donatores aut cuiuslibet <sup>/14</sup> sexus vel ordinis homo donationem hanc disrumpere sive rescindere aut in quolibet*

*temptaverimus sive temptaverit dimmovere, /<sup>15</sup> nil prosit, sed componamus aut componat vobis universa supra nominata in duplum cum omni sua illorum melioratione. Atque postmodum /<sup>16</sup> hoc maneat aeternaliter<sup>d</sup> firmum.*

*Quod factum est idus novembris, anno X<sup>o</sup> regni Phylippi<sup>m</sup> regis.*

*/<sup>17</sup> \*Umbertus episcopus +\*. \*+ Bernardus archidiaconus\*.<sup>n</sup> \*S+ Vivas, levita adque<sup>o</sup> prepositus, sss\*. \*S+ Dalmatius sacer\*. /<sup>18</sup> \*S+ Remundi<sup>p</sup> Bernardi primicherii\*. \*S+ Riculphi levite\*. \*S+ Guilaberti levite\*. /<sup>19</sup> \*S+ Guitardi presbiteri\*. /<sup>20</sup> \*S+ Poncii sacriscustus\*. \*S+ Mironi sacerdotis\*. \*+ Guilelmus levita\*. /<sup>21</sup> \*S+ Oliva levite\*. \*+ Guilelmus subdiaconus\*.<sup>q</sup> \*S+ Berengari<sup>r</sup> subdiconi\*.<sup>s</sup> /<sup>22</sup> \*S+ Ermenardi presbiter\*. \*S+ Vivani levite\*.*

*/<sup>23</sup> S+ Bertrandi subdiaconi,<sup>t</sup> qui hoc scripsit et sub sss scripsit cum litteris<sup>d</sup> additis in linea XII<sup>a</sup> /<sup>24</sup> die et anno quo supra.*

1. *Esmena de enim.*

LA. a. *Segueix gratia Dei.* b. *Maiassendi.* c. *Guilelmo.* d. *etiam.* e. *iudaicum.* f. *La segona o expuntuada.* g. *curtes.* h. *gutis.* i. *nerut vestra interlineat.* j. *Ermessendis.* k. *iudaico.* l. *eternaliter.* m. *Phylippi.* n. *archidiaconus.* o. *atque.* p. *Reimundi.* q. *subdiaconus.* r. *Berengarii.* s. *subdiaconi.* t. *subdiaconi.* u. *litteris.*

## 1191

1069 novembre 30

*Guillem Miró i la seva muller Llúcia venen a Bernat Ramon i a la seva dona Ermengarda un alou situat al lloc que anomenen Quinçà, al territori de Barcelona, pel preu de 2 mancosos i 2 sous de diners.*

ACB, perg. 1-1-1838. Original. Pergamí, 117 × 324 mm. Al verso: "Num... 1838" (s. xviii); "Diversorum A. 1838" (Mas); "1069" (F-B). Caplletra "I": 26 mm.

*In nomine Domini. Ego Guilielmus Mironis et uxor mea Luciana femina venditores sumus vobis Bernardo Remundi et uxori tuę Ermeniardi femine. Per hanc quoque scripturam /<sup>2</sup> istius nostre venditionis vendimus vobis pecias tres de terra, cultas vel incultas, simul cum ipsa vinea que intrinsecus est fundata, quam habemus in territorio barchinonen-<sup>2</sup>si, in loco qui vocatur Quincianus. Advenit autem michi hec terra et vinea, Gilielmo, per comparisonem vel quibuslibet aliis modis, uxori autem mee prescriptę per suum decimum. /<sup>2</sup> Habent autem terminum prescriptę pecię terre et vineę ab oriente in torrente Vago, a meridie in vestro alodio, ab occiduo in alodio filiorum Dalmacii Gerberti, /<sup>2</sup> a circio in vineis Belluci et*

*in vineis Bonedomne de Solariolis. Quantum intra predictos quatuor terminos qualicumque modo habemus et ibi habere debemus, <sup>6</sup> vobis ad integrum vendimus et de nostro iure in vestrum dominium et potestatem ad integrum tradimus, cum ingressibus pariter et egressibus earum, ut faciatis exinde quodcumque <sup>7</sup> vobis placuerit, ad vestrum plenissimum proprium. Accipimus quoque a vobis precium propter iam dictum alodium mancosos II et solidos II de denariis. Quos vos emptores pre-<sup>8</sup>cium nobis dedistis et nos vendentes manibus nostris accepimus. Nichilque ex predicto precio apud vos remansit. Et est manifestum. Si vero nos venditores aut <sup>9</sup> utriusque sexus homo venditionem hanc disrumpere aut infringere temptaverimus sive temptaverit, nil prosit, sed componamus aut componat vobis predictum <sup>10</sup> alodium in duplum. Et postmodum hoc maneat perhenniter firmum.*

*Quod factum est II kalendas decembris, anno X<sup>o</sup> regni Phylippi regis.*

*S+ Guiliel-<sup>11</sup>mi Mironis, s+ Lucianę femine, qui hanc venditionem fecerunt et firmaverunt et testibus eam firmari rogaverunt.*

*S+ Bellucii Blonucii. <sup>12</sup> S+ Arnalii Bernardi. S+ Remundi Adalberti. S+ Isarni Remundi. S+ Remundi Remundi. \*S+ Reimundi sacer\*.*

*<sup>13</sup> S+ Bertrandi subdiaconi, qui hoc scripsit et sub SSS scripsit die et anno quo supra.*

## 1192

[1063-1069]

*Berenguer, bisbe de Barcelona, amb consentiment dels seus clergues, dona a la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia unes cases situades dins els murs de la ciutat de Barcelona, a tocar de l'església de Sant Miquel, que Guillem Ricard, Jofre, Ramon Bernat, Bonadona o Sança i Ramon tenen per precària, a un cens anual de 10 mancosos, que paguen per Sant Silvestre i Santa Coloma.*

ACB, perg. 1-2-717. Original. Pergamí, 134 × 232 mm. Al verso: paraules il·legibles: "carta...Sancti Silvestri et Sancte Columbe..." (s. xii); "mitja escala armari 2 n. 717" (Caresmar); "donació feta per Berenguer bisbe de Barcelona a la sglesia de Santa Creu, de casas ab lo cens de ellas situadas prop la sglesia de Sant Miquel"; "nº...104" (s. xvii); "1063-1069" (F-B). Document sense data ni subscripció notarial; vegeu l'estudi cronològic de la introducció.

*Sacrorum institutionibus Canonum [espai raspat: ±5] edocemur, ut in comune Deo servientes ex debitis profligacionibus ditemus.*

Quo circa, in Dei nomine, ego Berengarius,  $\beta$  barchinonensis pontifex, cum consensu clericorum mihi subditorum, dono Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie aliquam partem iuris mei episcopatus, quam usquequaque  $\beta$  Raimundus Dalmacii, decanus, tenuit per episcopalem fevum, cuius concessione et rogatu hanc donacionem facio. Sunt autem domus istius mee donacionis  $\alpha$  infra muros civitatis Barchinone, iusta ecclesiam Sancti<sup>1</sup> Michaelis. Quas domus Guielmus Ricardi et Gaucefredus et Raimundus Bernardi et Bonadonna sive  $\beta$  Sancia et Raimundus, babtidatus, tenent per precariam, ex quibus anuatim decem mancosos per censum tribuunt. Quos etiam ad refecionem clericorum in festivitatem Sancti Silvestri et Sancte  $\beta$  Columbe dari precipimus.

$\beta$  \*+ Berengarius, barchinonensis episcopus\*.  $\beta$  \*S+ Remundi levite\*.

1. Sota la i hi ha una e.

### 1193

1070 febrer 15

Guillem Bellit, sacerdot, i el seu fill Ramon, clergue, donen a Ramon Ervigi i a la seva muller Ermessenda una mujada de vinya que els havia donat Oleguer, abat de Sant Llorenç del Munt, situada al territori de Barcelona, al terme de Provençals, a Perella, per plantar-hi vinya. Passats set anys, la dividiran en dues meitats, una per als donadors i l'altra per als plantadors.

ACB, perg. 1-1-2254. Original. Pergamí, 123 × 283 mm. Al verso: "Provincials" (s. XIII-XIV); "Num... 2254" (s. XVIII); "Diversorum A. 2254" (Mas); "1070" (F-B). Caplletra "T": 19 mm.

In [Dei] nomine. Ego Guilielmus Bellici et filio meo Remundo clerico donatores summus tibi Remundo Ervig et uxori tua Ermesindis femina vestreque progenies.  $\beta$  Per hanc scripturam donationis nostre damus vobis modiatam I terre hereme. Et est in territorio Barchinona, in terminio de Provincialis ad ipsa Perela. Et  $\beta$  advenit nobis prefatam peciam terre herema per donationem quod nobis fecit Odegario, abba Sancti Laurentii de ipso Monte. Et affrontat de parte aquilonis  $\alpha$  in terra de Sancti Pauli de Maritima, de circi in terra et vinea de Bonucius Ferreoli, de meridie in strata publica, de occiduo in terra Sancti Michaelis de ipso  $\beta$  Fallo. Quantum iste affrontationes includunt, sic damus vobis: prefata terra sub tali convenientia: ut eam optime plantetis et advineetis de bonas vites

<sup>16</sup> ad hos annos primos VII venientes, et laboretis bene et circumvaletis, et infra isto termino prescripto, ex his fructibus quod Deus ibi dederit, habeatis <sup>17</sup> vos inde tres partes, quartam partem sit nostra et successores nostros, exceptus unam vinadem, quod vobis damus uno anno integriter. Et quando fuerit <sup>18</sup> expletum tempus VII annorum, si optime fuerit advineata, dividere faciamus vobis prefatam terram et vineam per medium, ita ut una medietas <sup>19</sup> sit nostra, alia medietas sit vestra. Ita tamen ut pars vestra non sit vobis licitum vindere nec inalienare nisi nobis et successores nostros, si emere eam <sup>20</sup> voluerimus per directum; et si noluerimus aut noluerint facere, infra primos XL dies postquam commoniti fuerimus, sit vobis licitum ex vestra por-<sup>21</sup>cione quicquid volueritis facere ut faciatis. Quod si nos donatores aut aliquis homo sexus utriusque hoc rumpere voluerimus aut <sup>22</sup> voluerit, nil valeat, set componat aut componamus vobis in vinculo uncias II auri puri. Et insuper hoc maneat firmum omne per evum. Et si nos la-<sup>23</sup>boratores a predicto conventu nos abstraxerimus et diem supra constitutum non adimpleverimus, componamus vobis in vinculo uncias III auri coctis. <sup>24</sup> Et in antea adimpleamus hoc quod spondimus.

Facta ista charta precharia XV kalendas marcii, anno X regni Philippi regis. <sup>25</sup>

S+num \*Guilielmus sacer sss\*, \*s+ Reimundus subdiaconi, nos qui ista charta precharia sive donatione fieri iussimus, manibus <sup>26</sup> nostris nomen nostrum scripsimus, firmamus et testes firmare rogavimus. Et ipsa terram qui remanet, labores eam bene tu, prescriptus <sup>27</sup> Remundus, ad opus de blad. Et si hoc non facis, istam precariam <sup>28</sup> invalide stat.

S+ Iohan Duran. S+ Bonucius Ferriol. S+ Bofil Senfret.

<sup>29</sup> S+ Mironis presbiteri, qui hec scripsit die et anno quod supra cum litteris raras in linea II et in VII, in iam dicto die et anno, ubi dicit «modiatam <sup>30</sup> terre et tres partes».

## 1194

4 març 1070

*Em Borgony i la seva muller Gerberga venen a Bonfill Pere, sacerdot, una peça de terra, situada al territori de Barcelona, a Provençals, a la Torreblanca, pel preu de 40 unces d'or pur de Barcelona; presenciem la venda el vescomte Udalard i altres personatges.*

ACB, LA.II, n. 365, f. 122c-123a. Rúbrica: "Bonofilii Petri presbiter emit I peciam terre in Provincialis, apud Turrem Albam". Exterior verso: "XXXVI" (s. XIII-XIV); "n. 365" (Caresmar). *Inter columnas recto*: "Anno Domini 1070" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 9 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 90-91, n. 881).

*In nomine Domini. Ego Emo Burgundio et uxor mea Gerberga femina, filia Guilie femine, Petri Vivani quondam coniugis, pariter in unum, venditores sum tibi Bonofilio Petri, sacerdoti. Per hanc quoque scripturam istius nostre vendicionis vendimus tibi peciam unam terre nostram <sup>al</sup> propriam, quam habemus in territorio barchinonensi, in Provincialis, ad ipsam Turrim Albam. Advenit autem mihi predicta pecia terre per vocem coniugis mee prenominate. Eidem vero uxori mee prescripte advenit per testacionem et vocem patris sui Petri vel aliis quibuslibet modis. Habet autem terminum hec terra ab oriente in terra Bonucii Vivani, a circio in strata publica, ab occiduo in terra Ezuline femine, a meridie in terra et vinea Sancti Martini et in terra Bonucii prefati et in vineis Carbonellis. Quantum prenominati termini concludunt, tibi ad integrum vendimus atque de nostro iure in tuum dominium et potestatem tradimus propter XL unciatas auri puri barchinonensis. Quas tu nobis dedisti in rebus mobilibus quadraginta unciatas auri puri bene valentibus, secundum quod fuit apreciaticum<sup>1</sup> a vicecomite Udalardo et Umberto archidiachono et Arberto Bernardi et Bonucio Vivani et Poncio Recosendi et Guiriberto Guimerani, in quorum presencia et Guilelmi atque Ermengaudi, iudicum, facta est a nobis hec venditio. Nos vero vendentes precium supra nominatum manibus nostris accepimus. Nichilque ex predicto precio apud te remansit. Quod satis est manifestum. Propter supra dictum quoque precium vendimus et definimus et pacificamus atque evacuamus tibi omnes voces atque directa, que predicta uxor mea habet vel habere debet aut in futuris temporibus quolibet modo acquirere in omnibus rebus, tam mobilibus quam immobilibus, que fuerunt patris sui Petri et sunt sive fuerunt genitricis sue Guilie. Hec autem omnia, que tibi vindimus, de nostro iure in tuum dominium et potestatem ad integrum tradimus, cum ingressibus pariter et egressibus eorum, ut facias exinde quodcumque tibi placuerit, ad tuum plenissimum proprium. Si vero nos vendentes aut utriusque se-<sup>al</sup>exus homo venditionem hanc disrumpere aut infringere sive rescindere aut in alico dimovere temptaverimus sive temptaverit, nil prosit, set componamus aut componat tibi predicta omnia in duplum cum omni sua illorum melioratione. Atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum.*

*Quod factum est IIII nonas marcii, anno X<sup>o</sup> regni regis Philippi.*

*S+ Emonis Burgundii, s+ Gerberge femine, qui hanc venditionem fecerunt et firmaverunt et testibus eam firmari rogaverunt.*

*Umbert +. + Bernardus archidiaconus. S+ Oliva levite. S+ Riculfi levite. S+ Dalmatius sacer. Udalardus vicecomes. S+ Arberti Bernardi. S+ Bernardi Remundi. S+ Bonucii Vivani. S+ Geriberti Gotmerani. S+ Poncii Recosendi. S+ Geralli Quadragesimaintrante. S+ Guilielmi Ermengaudi. S+ Seguini Belliti. S+ Durandi Blandrici. S+ Adalberti Seniofredi. S+ Remundi Gondeballi. S+<sup>2</sup> Bonucii Ferreoli. S+ Fulconis. S+ Ihoannis Uniscli. S+ Guilelmi Gaucefredi. S+ Umberti Burgundii. S+ Arberti Burgundii. Bernardus levita. S+ Bernardi Ollegarii qui et levite. S+ Renardi Guilelmi. S+ Poncii Geralli. S+ Reimundi levite. S+ Reimundi Seniofredi et levite. S+ Reimundi presbiteri. S+ Vitalis, cognomento Gaucefredus, presbiter. S+ Ermengaudus. Dagbertus levita. S+ Donucius levita. S+ Iohannis presbiteri. S+ Ermengaudi Raimundi iudicis.*

*S+ Bertrandi subdiaconi, qui hoc scripsit et sub sss scripsit die et anno quo supra.*

1. *ic expuntuat.*
2. *Manquen els punts de subscripció.*

## 1195

1070 març 30

*Guitart ven a Dalmau Geribert unes vinyes amb les terres on són plantades, situades al comtat de Barcelona, dins els termes de Llacera, a Gavarret, pel preu de 2 sous.*

ACB, perg. 1-2-358. Original. Pergamí, 79 × 322 mm. Al verso: "Lacera, Gavarred" (s. xi); "Scripta" (s. xiii); "Lazera" (s. xvi); "Nil pro Capitulo" (s. xvi-xvii); "Siglo XI" (s. xix); "Antiquit. III 37"; "1070" (Mas). Caplletra "I": 65 mm.

ACB, LA.III, n. 37, f. 17c. Rúbrica: "Item de Gavarreto, in Lacera". Exterior verso: "n. 37" (Caresmar); "Guavarrido"; "Anno Domini 1070" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus D: 9 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 90, n. 880.

*In nomine Domini. Ego Guitardus venditor sum tibi Dalmacius Geriberti emptore. Per hanc scriptura vindicione<sup>a</sup> mee venditor tibi ipsas meas vineas, <sup>ℓ</sup> quod ego abeo<sup>b</sup> in Gavarredo,<sup>1</sup> cum ipsas terras ubi sunt fundatas. Qui mihi<sup>c</sup> advenerunt per genitores meos sive per ullasque voces. Et est hec omnia supra <sup>β</sup> scripta in comitatu Barchinona, infra terminis Lacaria,<sup>d</sup> in Gavarredo.<sup>2</sup> Et affrontat hec omnia supra scripta de parte orientis in terra <sup>℥</sup> et vineas de nepcios<sup>e</sup>*



tuos et de te emptore, de meridie in terras et vineas de te emptore et de neptios<sup>f</sup> tuos, de occiduo in terras et vineas de te emptore <sup>β</sup> et de neptios<sup>g</sup> tuos, de circio similiter. Quantum istas affronta(n)ciones<sup>3-h</sup> includunt, sic vindo tibi: hec omnia supra scripta, totum ab integrum, cum <sup>β</sup> exiis et regressiis earum, in propter precium solidos II de diners in rem valentem, quod ego recepi. Et est manifestum. Quem vero predicta hec omnia supra <sup>β</sup> scripta, que ego vindo tibi, de meo iure<sup>d</sup> in tuo trado dominio et potestatem, ad omnia que volueris facere, ad tuum proprium. Quod si ego venditor<sup>5 β</sup> aut ullusque homo que contra ista (ista)<sup>6</sup> carta vindicione<sup>i</sup> venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed conponat<sup>i</sup> aut conp<sup>o/-β</sup>nat<sup>7-k</sup> tibi iam dicta omnia in duplo cum sua inmelioracione.<sup>1</sup> Et in antea ista carta vindicione<sup>n</sup> firma permaneat modo vel omnique tempore.

<sup>10</sup> Facta ista carta vindicione<sup>8-n</sup> III kalendas aprilis, anno X regni Philippi<sup>9</sup> regis.

S+ Ihoan.<sup>p</sup> S+ Pere Remon. S+ Remon.

<sup>11</sup> S+m Guitard, qui ista carta vindicione<sup>q</sup> fecit et testes firmare rogavi.

S+ Remon. S+ Remon.

<sup>12</sup> S+ Mirone levita, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Sota la segona a hi ha una e. 2. Sota la segona a hi ha una e. 3. n titllada.  
4. Sota la e hi ha una o. 5. Sota la v hi ha una a. 6. Repetit. 7. Dues o tres lletres esborrades al començament de la línia. 8. Abreviatura supèrflua de n sobre in.

LA. a. vinditione. b. habeo. c. michi. d. Lazaria. e. neptios.  
f. neptios. g. neptios. h. affrontationes. i. vinditione. j. conponat.  
k. conponat. l. inmelioracione. m. vinditione. n. Segueix dona expuntuat. o. Filippi. p. Iohan. q. vinditione.

## 1196

1070 abril 6

*Berenguer, Oliver i Adalbert, tots tres germans, venen a Bonuç, fill d'Argemir, i a la seva dona Bonadona un alou al comtat de Barcelona, al terme de Terrassa, al lloc de Guaspins, pel preu d'1 mancús.*

ACB, perg. 3-45-42. Original. Pergamí, 133 × 256 mm. Al verso: "fan a mirar" (s. xiv); "de vineis de Casoles" (s. xvi); "De vineys de Casolis" (s. xvi); "Stança 45, n<sup>o</sup>" (1936-1939); "3-45-42" (JB). Petit esquinç al marge inferior i una vintena de foradets que no impedeixen la lectura. Caplletra ornamentada "I": 37 mm.

*In nomine Domini. (E)go<sup>l</sup> Berengarius et Oliver et Adalbertus, uterque fratres, vinditores sumus tibi Bonucit, <sup>β</sup> prole Argemir, et uxori tua Bonadomna femina, emptores. Per hanc scriptura vindicio-*

*nis nostre vindi-<sup>β</sup>mus vobis alodium nostrum proprium franchum, aput ipsos kasalicis qui ibi sunt. Quod abemus in comitatu barchi-<sup>⁴</sup> nonense infra termine Terracia, in locum que dicunt Guaspins. Et affrontad de oriente in ipso <sup>⁵</sup> tlo/rrente de Guaspins, a meridie in terra et vinea de Ermemir et<sup>²</sup> in terra de Donucio Mironi, <sup>⁶</sup> et de hocciduo in strada quod pergit ubique et in terra Sancti Cucufati, et circi in alodio de vos emptoires. <sup>⁷</sup> Quantum infra istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic vindimus vobis: in perfato <sup>⁸</sup> alodio ipso nostro directo, que ibi abemus de ienitores nostros, et in antea ereditare debent per omnes-<sup>⁹</sup>que voces, totum ab integre, simul cum exiis et regresis suis, in propter precium scilicet mancuso I. Quod vos <sup>¹⁰</sup> emptoires ipsum precium nobis dedistis et nos vinditores manibus nostris recepimus. Et est manifestum. <sup>¹¹</sup> Quem vero predicto alodio, que nos vobis vindimus aput ipsa nascencia qui in se continet de nostro iure, in vestrum <sup>¹²</sup> tradimus dominio et potestatem, ad omnia que volueritis facere. Quod si nos vinditores aut ullusque homo <sup>¹³</sup> vel femina utriusque sexus qui contra hanc ista karta venerit ad inrumpendum, non hoc valead vendicare, <sup>¹⁴</sup> sed componat aut nos componamus vobis iam dicto alodio in duplo cum omnem suam inmeliacionem. <sup>¹⁵</sup> Et in antea ista karta vindicione firma permanead modo et omnique tempore.*

*Facta karta vin-<sup>¹⁶</sup>dicione VIII idus apreli, anno XI regnate Filipo rex.*

*S+num Berengari, s+num Olive|r/, <sup>¹⁷</sup> s+num Adalbert, nos qui ista vindicione fecimus et firmavimus et testes firmare rogavimus. <sup>¹⁸</sup>*

*S+num Guilabert Pasalcollo. S+ Remon levita. S+num Guillem Mir. <sup>¹⁹</sup>*

*S+ Arn(a)l<sup>β</sup> sacer, qui hec scripsit die et anno quod supra.*

*1. Menjat per lepisma. 2. Segueix una taca de tinta original. 3. Menjat per lepisma.*

**1197**

1070 abril 10

*Testament de Guillem, levita, en el qual fa donació a la Canònica de la Seu de Barcelona, després de la mort de la seva mare, d'un alou que aquesta li havia donat i de certa quantitat de diners a Sant Pere de les Puelles de Barcelona.*

*ACB, LA.I, n. 122, f. 59a-c. Rúbrica: "Testamentum Guilelmi qui dimisit Canonice post obitum matris sue alodium suum quod mater sua ei dederat". Interior recto:*

"n. 122" (Caresmar). *Exterior recto*: "Anno Domini 1070" (s. xviii). Caplletra "H" ornamentada, tipus A, acolorida amb vermell i perfilada amb blau: 7 línies.

Regest: MAS, *Notes*, vol. X, p. 91, n. 882.

*Hic est brevis, quam ego Guilelmus facio, detentus in magna egritudine. Et precipio, ut si mihi mori contigerit, antequam aliud testamentum faciam, istum plenum obtineat robur. Et precipio simul et rogo ut sint mei helemosinarii Bernardus archilevita et mater mea et Mironis Goltredi, dando his potestatem de omnium rerum mearum faciendi, sicut ego hic eis iniuncxero. Primum concedo ad ipsa Canonica uncias II auri. Et inter Guitardus Boetii et Mironi Goltredi, unciam I. Et una<sup>1</sup> conca et V/ urceum, ad <sup>b</sup> ipsam Canonicam. Et ipsum alodium, quod mihi dedit mater, mea teneat in diebus suis, post obitum vero suum remaneat ad predicta Canonica. Alium vero alodium, qui mihi contigit per hereditatem patris mei, teneat mater mea in diebus,<sup>2</sup> suis et post obitum suum remaneat ad fratres meos. Et VI uncias auri, quas mihi debet Condebal Mir per ipsa copa, concedo ad mater mea. Et totum alium debitum, quod mihi debet Condeballus Miro supra dicto, precipio ut sint soluti omnes debitos meos et quod supererit, sit de ipsa Canonica. Et ipsum aver, que mihi debet Mir Guilelmi, id sunt, q<ui>nquaginta numos auri Valentie, de ipsos sit solutum debitum Arnalli Gonteri et quod supererit, ad Sancti Petri cenobio Puellarum. Et ipsa mea tonna, quam habet Richardus Guilelmi, aut donet vobis XII numos aut reddat vobis ipsa tonna. Et ipsa mea somaria concedo ad mater mea. Et bacinos duos et gallaria I, ad Arnal Gonter. Et alia callaria et ipsa padela cum cramaselos, ad mater mea, et post obitum suum ad ipsa Canonica. Et de ipsum ordeum meum, quod Deus dederit ad nova, concedo ad duos filios meos quarta I. Et concedo ad ipsa mea sarracena, si se fecerit christiana, oves X et II litos de drapos. Et concedo ad Remon Bonefilius oves V. Et alias que remanent, ad Bonadomna et guadenga I. Et inter sarracena et Bonadomna, sedecim flatos de lino. Et concedo ad Mironi Balluvino gonela I de gualabruno. Aliud vero quod remanet, ubicumque invenire potueritis, date pro anima mea.*

*Actum est hoc IIII idus aprilis, anno X regni Philippi regis.*

*S+ Guilelmus levite, qui hunc testamentum feci et manu mea firmavi.*

*S+ Arnalli Gonteri. S+ Remundus presbiter. S+ Remon.*

*S+ Mironi levita, qui hoc scripsit die et <sup>f</sup> anno quo supra.*

1. *Abreviatura ratllada.* 2. *Abreviatura supèrflua.*

## 1198

1070 maig 11

*Ermengarda i la seva filla Gerberga, amb Ramon i Senfred, fills d'Ermemir, venen a Ermengol Llobet una peça de terra amb arbres situada al comtat de Barcelona, al Vallès, a Vilalba, que tenen els fills d'Ermemir del seu pare, i Ermengarda per delme conjugal, pel preu de 5 mancusos d'or.*

ACB, perg. 1-2-1396. Original. Pergamí, 95 × 372 mm. Al peu del pergamí hi ha un animalot dibuixat. Al verso: "Vilalba" (s. XIII); "mitja escala armari 3, n. 1396" (Caresmar); "Num... 900" (s. XVII); "1070" (F-B). Caplletra "T": 11 línies.

*In nomine Domini. Ego Ermengards femina et filia sua Gerberga femina e Reimundo e Seniofret, filis Ermemir, vinditores sumus tibi Ermengaudi Lobatoni, emtores. Per anc ista <sup>ρ</sup> scriptura vindicionis nostre vindimus tibi pecia I de tera cum arboribus, totum francum nostrum proprium, qui nobis advenit, ad nos infantes, per patri nostro Ermemir Seniofret, <sup>β</sup> et ad Ermengards femina per decimum vel omnesque voces. Et est ipsa tera in comitato barcinonense, in Vallense, intus Vila Alba. Et afrontat de orientis in alaude de Rodlendi femina, <sup>α</sup> de meridie et de occiduo similiter, de circi in ipsa via qui vadid a Belloco sive in alodio qui fuit Ermemir Seniofret. Quantum infra istas quatuor afrontaciones inclunt, <sup>ρ</sup> sic vindimus tibi: ipsa homnia supra scripta, totum ab integrum, una cum exios vel regresios earum a proprio, in propter precium solidos V de moneda Barcinone. Et nicil exinde de <sup>β</sup> ipsum precium aput vos emtores non remansit. Et est manifestum. Quem vero predict homnia, que nos tibi vindimus, de nostro iuro in tuo tradimus domini\o/ et pot\e/statem, a facie homnia <sup>ρ</sup> que volueris. Quod si nos vinditores aut ulusque omo vivens aut femina qui contra ista carta vidicione verit pro inrumpendum, non oc valeat vendicare, set componat aut compo-<sup>β</sup>namus tibi ipsa homnia supra scripta in duplo cum omne suam inmelioracione. Et in antea ista vindicione firma permaneat homnique tempore.*

*Facta carta vindicione <sup>ρ</sup> V idus madii, annos X regnate Filipo regis.*

*Sig+num Ermengards femina, sig+num Gerberga femina, sig+num Seniofret, sig+num Reimundo, filis Ermemir, <sup>ρ</sup> nos qui ista carta fecimus scribere et firmamus et firmare rogavimus.*

*Sig+num Argela. Sig+u Reimundo Oriol. Sig+num Seniofret Igiga <sup>ρ</sup>*

*Ssss Seniullo sacer scripsit sub die et anno quod supra.*

## 1199

1070 juny 13

*Barzilai, jueu, fill del difunt Jucef, jueu, orfebre, ven al levita Berenguer Adroer unes terres i vinyes situades al territori de Barcelona, en diferents indrets dels llocs anomenats Magòria, Trullols i Beder-rida, pel preu de 650 mancusos d'or cuit en moneda de Barcelona.*

ACB, perg. 1-1-2360. Original. Pergamí, 190 × 478 mm. Al verso: "Mogoria, Truiols" (s. XI); "XLIII" (s. XIII-XIV); "Num... 2360" (s. XVII); "Lib. II Antiquit. N. 43"; "Diversorum A. 2360" (Mas); "1070" (F-B).

ACB, LA.II, n. 43, f. 15c-16a. Rúbrica: "Carta que Berzelay iudeus vendidit Berengario Adroarii levite vineas in Bederrida et terras in Mogoria et Trullols". Exterior verso: "n. 43" (Caresmar). Inter columnas recto: "Anno Domini 1070" (s. XVIII). Caplletra "I": 8 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 91-92, n. 883.

MIRET-SCHWAB, Documents, p. 20-21, edició parcial del text; no s'esmenta que porta inclòs un llarg text en hebreu, perquè es basa exclusivament en la còpia, que no el conté.

*In nomine Domini. Ego Berzellay ysrelita, qui fui filius Yosep<sup>a</sup> ysrelite, aurificis, venditor sum tibi Berengario Atroarii levite. Manifestum est eciam<sup>b</sup> quia vendo tibi terras meas proprias et vineas meas proprias, simul et ipsas terras in qua ipse<sup>c</sup> vinee sunt fundate. Quas eciam<sup>c</sup> terras atque vineas habeo in territorio barchinonensi. Habeo namque prefatas vineas in loco vocitato Bederrida et habeo prescriptas terras in locis nuncupatis Mogoria et Trulleolis. Advenerunt autem mihi prefate<sup>d</sup> terre<sup>e</sup> atque vinee, separatim in diversis locis posite, per meam comparationem vel aliis quibuslibet modis. Habent autem terminum prescripte vinee in Bederrida, a parte circii in vineis Sancti Petri et in vineis tuis, ab aquilone in vineis Sancti<sup>f</sup> Michahelis<sup>e</sup> et in vineis Gontardi, ab occiduo in vineis tuis et in vineis Sancti Micahelis<sup>f</sup> et in vineis Adalberti ermeniscli, iam dudum defuncti, a meridie in terra Adalberti supra scripti et in vinea Sancti Petri. Alia vero pecia vi-<sup>g</sup>nee, que est secus istas vineas, quas comparavi a Petro Godmari et fratre suo Gontardo, habet terminum a circio in vinea filiorum Onofredi, ab aquilone in vinea Sancti Petri et in malleolo Adalberti predicti atque Gon-<sup>h</sup>tardi, a meridie in vinea Bonifilii Guilelmi et Petri Barucii, ab occiduo in vinea Bonedomne<sup>g</sup> femine. Quinque vero peciarum terre, quas habeo in Mogoria et in Trulleolis, habet terminum prima pecia et maior<sup>h</sup> a circio in via, ab aquilone in terra et in vinea Moysy<sup>h</sup> ysrelite, a meridie in terra Ysarni Nacarri, ab occiduo in semita et in terra Salomonis et in vinea Petri Ih/oannis.<sup>i</sup> Iterum<sup>i</sup> secunda pecia terre habet terminum a circio<sup>h</sup> in via publica,*

ab aquilone in vinea Sexeti, a meridie in via, ab occiduo in terra Petri Barucii. Item terciã pecia habet terminum a circio in terra Rodlendis atque Adaledis sororum sive in terra Petri Barucii, ab aquilo-<sup>o</sup>ne in terra Petri Barucii, a meridie in via, ab occiduo in vinea Petri Ihoannis<sup>k</sup> et prescriptę Rodlendis atque Adaledis. Iterum<sup>l</sup> quarta pecia terre habet terminum a circio in terra prescriptę Rodlendis sive Adaledis, ab aquilone similiter, ab <sup>o</sup> occiduo in ipsa harena, a meridie in terra Sancti Iachobi et Petri Ihoannis.<sup>m</sup> Item quinta pecia terre terminatur a circio et meridie in viis, ab occiduo in terra tua, ab aquilone in terra Sanctę Crucis. Hec omnia, superius comprehensa et a preno-<sup>o</sup>minatis terminis conclusa atque terminata, tibi ab integrum vendo et de meo iure in tuum dominium et potestatem trado, propter DCL mancosos auri puri et cocti monetę Barchinonę. Quos tu emptor precium mihi dedisti et ego venditor <sup>o</sup> manibus meis accepi. Nichilque ex predicto precio apud te remansit, sicut facio manifestum coram testibus subscriptis. Hęc autem universa, quę tibi vendo, de meo iure in tuum dominium et potestatem, ad integrum, per hanc scripturam trado, <sup>o</sup> cum ingressibus pariter et egressibus eorum, ut facias exinde quodcumque tibi placuerit, ad tuum plenissimum proprium. Si vero ego venditor aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo venditionem hanc dirumpere aut infrin-<sup>o</sup>gere sive rescindere aut in aliquo dimovere temptavero sive temptaverit, nil prosit, sed componam aut componat tibi predicta omnia in duplum cum omni sua illorum melioratione. Atque postmodum hoc maneat perhenniter fir-<sup>o</sup>mum.

Quod factum est idus iunii, anno X regni regis Phylippi.<sup>n</sup> <sup>o</sup>

אני ברזילי בר' יוסף עשיתי מזכרה זו לדון ברנגיר אדוורבי כמו שכתוב למעלה בכתב שלהם ולא שידתי לי [...] מכל הכתוב למעלה שום שייר בעולם וחתימתי אני ופיסתי לחותמה ברזילי בר' יוסף והאז עדים החתומים למטה קנינו מר' ברזילי בר' יוסף לדון ברנגיר אדוורבי על כל הכתוב למעלה וחתימנו על כך ראובן בר' שלמה משה בר' יצחק

<sup>o</sup> S+ *Bertrandi subdiaconi, qui hoc scripsit et sub sss scripsit cum litteris rasis et emendatis in linea VIII<sup>o</sup> et in XV<sup>o</sup>, die et anno quo supra.*

LA. a. Ioseph. b. etiam. c. etiam. d. prephate. e. Michelis. f. Michelis. g. Bonedompne. h. Moysi. i. Iohannis. j. item. k. Iohannis. l. item. m. Iohannis. n. Philippi.

*Traducció del text en hebreu:* Jo, Barzilai, fill de rabí Jucef, he fet aquesta venda a Don Berenguer Adrover com damunt està escrit en l'escriptura dels cristians. I no he fet [...] sobre tot el que hi ha escrit més amunt cap reserva en absolut. He signat i he demanat de validar-la. Barzilai, fill de rabí Jucef. // Nosaltres, els testimonis sotasignants, hem executat l'acte de transferència de la propietat de rabí Barzilai, fill de rabí Jucef, a Don Berenguer Adrover segons tot el que damunt està escrit, i l'hem signat com és procedent. Rovèn, fill de rabí Salomó; Mossé, fill de rabí Issac.

## 1200

1070 octubre 24

*Arnau, fill de Vidal, i la seva filla Adelaida venen a Guillem Gelmir i a la seva muller Maria 2 mujades de vinya situades al comtat de Barcelona, sota la parròquia de Sant Andreu de Palomar, al lloc anomenat Canelles, pel preu de 24 mancusos d'or de Barcelona.*

ACB, LA.II, n. 160, 58c-59a. Rúbrica: "Carta de ipsius vineis de Canellis in Palumbare". Exterior verso: "n. 160" (Caresmar). Inter columnas verso: "anno Domini 1071" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus I: 12 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 88-89, n. 877.

*In nomine Domini. Ego Arnallo, prolis Vitale, et filia mea Adalet femina venditores sumus <sup>b</sup> tibi Guilelmus Gelmiri et uxori tua Maria femina, emptores. Per hanc scripturam venditionis nostre vendimus vobis modiatas duabus vinea, simul cum ipsa terra in quo sunt fundate, nostras proprias. Quod habemus in comitatu barchinonense, infra parrochiam Sancti Andree de Palumbare, in locum vocitatum Cannellas. Advenit nobis ad me Arnallo per comparatione et ad me Adalet per genitorum meorum seu per qualicumque voces. Affrontant namque predictas vineas, simul cum ipsa terra in qua iacent, a parte oriente in vineas de Bernardo Bonefilii et de Ermessindis et de Sancta Eulalie sedis Barchinona; de meridie in vineas de Gita femina, uxor qui fuit de Guanalgauo Sendere, et de filiis suis; de occiduo in torrente, qui excurrit de Channellas, ubi sedet ipsa fonte; de circio in vineas de Ermessindis iam dicta. Quantum istas IIII<sup>or</sup> affrontationes includunt et isti termini ambiunt, sic vendimus vobis: predicta omnia ab integre, simul cum egxios vel regressios earum, in propter precium mancusos XXIII<sup>or</sup> de bono auro cocto monete nove Barchinone curribile sine enganno. Quod vos emptores precium nobis dedistis et nos venditores manus nostras recepimus integriter. Est manifestum. Quem vero predicta omnia, que nos vobis vendimus, de nostrum iure in vestrum tradimus dominium et potestatem, ab omni integritate, ad vestrum plenissimum proprium, ut faciatis quodcumque velitis inde. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra ista venditione venerit pro inrumpendum aut nos venerimus, nil prosit sed componat aut componamus vobis predicta omnia in duplo cum suam meliorationem. Et in antea ista venditione firma et stabilis permaneat modo et omnique tempore.*

*Facta venditione VIII kalendas novembris, anno XI regni regis Filippi.*

*S+num Arnallo, s+num Adalet femina, nos qui ista ven-<sup>h</sup>ditione fecimus et firmavimus et testes firmare rogavimus.*

*S+num Guitardo Bellaroni. S+num Geriberto Primi. S+m Bonutio Ferrèolo. S+num Remon Guilelm. S+num Maier Goltre.*

*S+ Mirone sacer, qui hoc scripsit cum litteras supra positas ubi dicti "regressios", die et anno quo supra.*

**1201**

1070 novembre 7

*Testament de Gombau Sanla, en el qual nomena marmessors Miró Goltred, Miró Guisad, prevere, i la seva muller Beliarda i fa deixes a Hortons, Orsà i Sant Vicenç, a la seva esposa i als seus fills, també a la seva mare i a Tedball, fill d'Em, i a la Canònica de Barcelona.*

ACB, LA.IV, n. 214, f. 80a-d. Rúbrica: "Testamentum Gomballi Sanla qui dimisit sedi alodium suum in Gelida et Ortons". Interior recto: "III" (s. XIII-XIV) i "n. 214" (Caresmar). Exterior recto: "Nostro" (s. XIII-XIV). Caplletra "I" ornamentada, tipus A: 10 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 92, n. 885.

*In Dei eterni nomine. Ego Gomballi Sanla spero in misericordia Dei, timeo ne veniat mihi subito occasione mortis. Propter hoc iubeo atque discerno ut fiant elemosinarii mei, id est, dompni Mironi Goltredi et Mironi Guisadi presbiter et Belliardis, uxori mea. Precipio namque vobis, predictis elemosinariis meis, ut si mors mihi advenerit, antequam alium testamentum faciam, plenam potestatem habeatis, ad distribuere omnem meum mobile vel immobile, sicut in istum testamentum inveneritis ordinatum. In primis concedo a Domino <sup>h</sup> Deo et ad Canonica Sancte Crucis Sancteque Eulalie ipsum meum alodium qui fuit de Servidei,<sup>1</sup> id sunt, terris et vineis et casalicis, cum ipsos olivarios et omnis generis arborum qui infra eius sunt, pro anima mea; et ipsum meum alaudium, que abeo in Ortonos, que emi de Anna et de Lobeta. Concedo<sup>2</sup> ad Bompar Venrelli media modiata de terra in fronte de ipsa sua vinea pro anima mea. Et alium quod remanet prescripti alaudium, simul cum ipsum alaudium qui est subtus ipso archo, que emi de Reimundi Guilelmi, remaneat ad filii mei vel ad filie mee legitime. Et ipsum meum directum que abeo in ipso planter, qui est in ipso alaudium Canonica Sancte Crucis Sancteque Eulalie, concedo ad ipsos meos infantes prescripti. Et ipsum meum alaudium que abeo in monte de Orsa,*



*Sig+m Gaucefredi Ermengaudi, sig+m Raimundi Samarelli, sig+m Arnalli Samarelli, s+m Reimundi Stephani, sig+m Guilelmi Arluconi, sig+m Bernardi Olibani, sig+m Reimundi Guifredi, s+m Ermengaud Samarell, sig+m Trudgardis, qui hanc scriptura venditionis consentiens sumus et libenti animo firmamus.*

*Sig+m Nevia, qui ista carta venditione consentiens sum et libenti animo confirmo omnes meos directos, quas ego habeo et habere debeo.*

*Sig+m Arnalli Bernardi. Sig+m Guilelmi Sendredi.*

*Poncio sacer scripsit cum literas supra positas ubi dicitur "de Sancte Agnetis", et sub die et anno quod supra.*

## 1226

1073 gener 27

*Arnau Vidal ven al sacerdot Geribert dues peces de terra erma al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu de Palomar,*

*al lloc anomenat Vilapicina, prop de la vinya de Rolanda, pel preu de 6 sous en moneda d'argent de Barcelona.*

ACB, perg. 1-1-1928. Original. Pergamí, 122 × 324 mm. Al verso: "Vendicio quam fecit Arnallus ad Geribert" (s. xi); "Num... 1928" (s. xvii); "Lib. II Antiquit. N. 164"; "Diversorum A. 1928" (Mas): "1073" (F-B). Caplletra "I": 4 línies.

ACB, LA.II, n. 164, f. 60a-b. Rúbrica: "Item de Palomar, in Villa Piscina". Interior recto: "n. 164" (Caresmar). Inter columnas recto: "Anno Domini 1049" (s. xviii).

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 98, n. 898.

*In goticis legibus reperitur scriptum ut vendicio<sup>a</sup> per scripturam facta plenam obtineat firmitatem. Propterea ego Arnalus<sup>b</sup> Vitalis venditor sum tvi/ibi<sup>c</sup> Geribertus sacerdoti, emtori.<sup>d</sup> /<sup>e</sup> Per hanc quoque scripturam istius mee vendicionis<sup>e</sup> vendo tibi peciolas duas terre hereme, separatim positas in singulis locis. Quod habeo in territorio barchinonensi, in parro-<sup>f</sup>chia Sancti Andree de Palumbario, loco vocitato Villapicina,<sup>f</sup> prope vinea Rodlendis<sup>l</sup> femine. Advenit ad me Arnallus predictas duas peciolas terre hereme per comparacionem<sup>g</sup> /<sup>h</sup> vel per aliis quibuslibet modis. Habet autem terminum peciolam unam terre a parte orientis et a meridie<sup>2</sup> et ab occiduo et circio in terris et vineis de te comparatore. Aliam /<sup>3</sup> vero peciolam<sup>3</sup> terre affrontat a parte orientis<sup>h</sup> in terra de me venditore, a meridie et occiduo et circio in terris et vineis de te emtore.<sup>i</sup> Quantum predicti termini /<sup>6</sup> concludunt atque circumeunt, tibi ad integrum vendo atque de meo iure sive potestate in tuum dominium et potestatem trado, cum ingressibus simul et egressibus, eius, ut facias exinde quodcumque tibi placuerit, ad tuum plenissimum proprium, absque ullius contrarietatis obstaculo. Accepi quoque at<sup>i</sup> te precium, propter predictas /<sup>8</sup> peciolas duas terre hereme, sex solidos de denarios monete argenteae Barchinone. Quos tu emptor<sup>k</sup> precium mihi dedisti et ego venditor manibus meis /<sup>9</sup> accepi. Nihilque ex predicto precio aput<sup>l</sup> te emtore<sup>m</sup> remansit. Sicut est manifestum. Si vero ego venditor aut utriusque sexus homo vendicionem<sup>n</sup> hanc /<sup>10</sup> disrumpere aut infringere seu recindere vel in aliquo dimovere temptavero sive temptaverint, nil prosit, sed componam sive componant tibi predic-<sup>11</sup>tas peciolas duas terre in duplum cum omni sua illius melioracione.<sup>o</sup> Et postmodum hec vendicio<sup>p</sup> firma permaneat omni tempore.*

*Quod est actum sexto kalendas /<sup>12</sup> februarii, in anno XIII regni regis Filippi.*

*/<sup>13</sup> S+ Arnallus Vitalis, que hanc vendicionem fecit et punctis solitis roboravit atque testibus eam firma-<sup>14</sup>ri<sup>q</sup> rogavit.*



*S+ Gerbertus Primi. S+ Remondus Gondemari.<sup>4r</sup> S+ Gerbertus Isarni. <sup>15</sup> S+ <sup>5</sup> Remundi<sup>6</sup> Argemir. S+ Senniofre Duran.*

*<sup>16</sup> Guilelmus levita, qui hoc scripsit et die et anno quo.<sup>7</sup>*

*<sup>17</sup> S+ Guilelmus levitae,<sup>5</sup> qui hoc scripsit et die et anno quo supra.<sup>t</sup>*

*1. Sota dl es llegeix tc. 2. Sota la i hi ha una e. 3. A sota, un text indesxifrabl. 4. Sota la a hi ha una e. 5. Precedeix Guilelmus levita, qui hoc scripsit et die et ano quo, que, tot i no estar anul·lat, no té validesa perquè és en un lloc que no li correspon, motiu pel qual torna a ésser a la següent línia. 6. Sota la u hi ha una o. 7. Tota la línia es repeteix a continuació. Inacabada.*

*LA. a. vendici. b. Arnallus. c. tibi. d. emptori. e. venditionis. f. Villa Piscina. g. comparationem. h. Segueix d, expuntuat. i. emptore. j. a. k. mptor. l. apud. m. emptore. n. venditionem. o. melioratione. p. venditio. q. firmare. r. Gondemaris. s. levita. t. Manca.*

## 1227

1073 gener 27

*Guillem Guifré i la seva muller Trasegònica venen a Berenguer Ramon una vinya situada al territori de Barcelona, al terme de Monterols i del Coll, que tenen pels seus pares, per compra i per delme conjugal, pel preu de 35 mancusos d'or.*

*ACB, perg. 1-4-254. Original. Pergamí 115 × 260 mm. Al verso hi ha un dibuix d'un animal de l'Apocalipsi (s. xi); "Monterols" (s. xi-xii); "nil pro cap" (s. xviii); "1073" (Mas). Caplletra de 4 línies.*

*In Christi nomine. Ego Guilielmo Guifredi et uxori mea Tresguancia femina venditores sumus tibi Berengarii Remon, <sup>1</sup> emptori. Per hanc scriptura vendicionis nostre vendimus tibi peciam unam vineę, hab ipsa terra ubi est fundata. <sup>2</sup> Et est ipsa vinea in territorio Barchinona, in terminio de Monterolos et de Collano. Qui nobis advenit iam dicta <sup>3</sup> omnia per genitorum et per comparacione sive per decimum et per ullasque voces. Et affrontat predicta omnia de circi in vinea Pon-<sup>4</sup>cio Cabatela, de orienti in via, de meridie in vineas Sancte Crucis Sancteque Eulaliae, de occiduo in vineas de Guadallo Bencio. <sup>5</sup> Quantum istas affrontaciones includunt, sic vendimus tibi: iam dicta omnia ad integrum, in propter precium mancusos XXXV auri puri. <sup>6</sup> Quos tu emptor precium nobis dedistis. Et est manifestum. Prescripta quoque omnia, que tibi vendimus, de nostrum iure in tuo tradimus <sup>7</sup> dominium et postestate, ut quiquit exinde facere vel vindicare valueritis, cum exios et regresios earum, a tuum plenissi-<sup>8</sup>mum*

*proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque contra ista vendicione pro inrumpendum ve-<sup>/10</sup>nerit, nil valeat, set componat aut nos componamus tibi iam dicta omnia in duplo cum omnia sua melioracione. <sup>/1</sup> Et in antea ista \vendi/cio<sup>1</sup> firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc VI kalendas februarii, anno XIII regni Phi-<sup>/12</sup>lipo rege.*

*S+num Guilelmi, s+num Tresguancia, nos qui hista vendicione fecimus et firmamus et testes <sup>/13</sup> firmare rrogavimus.*

*S+num Bonefilio Godmar. S Tefanus. S+num Ermir Bonefilio. <sup>/14</sup> S+ Guita<sup>r/d</sup> (?) Borrello.*

*<sup>/14</sup> S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi cum litteras super positas et fusas in linea XI, et sss die et anno quod supra.*

1. vendi interlineat sobre inpignora, ratllat.

## 1228

1073 gener 27

*Geribert Mir dóna a Déu i als canonges de Barcelona, per la salvació de l'ànima del seu pare Miró i de la seva mare Quixolana, una peça de terra situada al territori de Barcelona, a la vila de Sants, i una peça de vinya al territori de Barcelona, al coll d'Enforcats.*

ACB, perg. 1-1-702. Original. Pergami, 125 × 383 mm. Al verso: "carta Girberti Mironis qui dedit alodium suum Canonice in Sanctis in Colle Inforcatis" (s. xi-xii); "CCCXV" (s. xii); "Num...702" (s. xvii); "Diversorum A 702"; "Lib. I Antiquit. n. 354" (Mas); "1073" (F-B). La caplletra ocupa set línies.

ACB. LA.I, n. 354, f. 138a-b.

Regest: "Carta qui Geribertus Mironis dedit Canonice, peciam unam terem subttus villam de Sanctis I vineam ad Collum de Furcatis"; "n. 354"; "CCCXV". Exterior recto: "CXXXVIII"; "Anno Domini 1073".

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 98-99, n. 899.

*In nomine Domini. Ego Gerbertus Mironis donator<sup>a</sup> sum Domino Deo et barchinonensi Canonice. Noverit universitas hominum, tam presentium<sup>b</sup> quam futurorum, qualiter donem Deo et prescripte Canonice propter remedium anime (patris)<sup>1</sup> /<sup>2</sup> patris mei, nuncupati Mironis, et propter refrigerium anime matris mee, vocitate Chixolane, peciam<sup>c</sup> unam terre, quam habeo in territorio barchinonensi, ad Sanctos, sub ipsa villa, que mihi advenit per vocem supradicto-*

rum pa-<sup>β</sup>rentum meorum. Et habet terminum ab oriente in terra Remundi Ermengaudi, et a meridie in via et in ipso puteo, et ab occiduo in ipsis arenis, et a circio in terra supra scriptę Canonice. Iterum dono Deo et prescripte Cano-<sup>α</sup>nice ipso, eodemque modo et ordine, peciam<sup>d</sup> unam vinee, pariter cum ipsa terra in qua est fundata, quam habeo in hoc eodem territorio, ad collem de Inforcatis, que me contingit per vocem prefatorum parentum meorum vel aliis <sup>ρ</sup> quibuslibet modis sive vocibus. Habet autem terminum vinea hec, cum ipsa terra in qua cernitur esse fundata, ab oriente in terra Guandalgaudus Mironis, ab occiduo in vineis Remundus Bonifilii [ $\pm 3$  en blanc], a meridie simi-<sup>β</sup>liter [ $\pm 4$  espais], a circio<sup>e</sup> in strata qui pergit ad urbem. Quantum prenominati termini concludunt, superius comprehensum,<sup>f</sup> dono Deo et sepe dicte Canonice, cum ingressibus pariter et egressibus suis. Atque de meo iure in dominium et potestatem <sup>ρ</sup> ipsius trado solide atque deliberare, absque ullius contrarietatis obstaculo, ut faciant exinde canonici sepe dicte Canonice quod faciunt ex ceteris munificentii<sup>g</sup> eiusdem Canonice. Si vero ego donator aut cuius-<sup>β</sup>libet sexus vel ordinis homo donationem hanc disrumpere aut infringere temptavero sive temptaverit, nil prosit, set componam aut componat Deo et prenominate Canonice donum omne superius comprehensum in duplum <sup>ρ</sup> propter vinculum cum omni sua illius melioratione. Et insuper, Canonice excommunicatus et a liminibus Sanctę Ecclesię expulsus, perpetuo tabescat pena confusus. Hoc autem postmodum maneat perhenniter firmum et obtineat <sup>ρ</sup> robor valiturum.

Quod factum est VI kalendas februarii, anno XIII regni Phylippi<sup>h</sup> regis.

<sup>ρ</sup>/\*Girbert Mir\*, qui hanc donationem fecit et subscribendo firmavit atque testibus <sup>ρ</sup>11 eam firmari rogavit.

<sup>ρ</sup>12 S+num Petrus Iohannis. S+num Gonballus Remundi. \*Singnum Petrus Reimundi s+\*. \*S+ Guilemus<sup>i</sup> Remundi\*. \*S+ Isarnus Guitardi\*.

<sup>ρ</sup>13 S+num Poncii levite, qui hoc scripsit et sub sss scripsit die et anno quo supra.

1. Repetit.

LA. a. Des de donator fins a nuncupati Mironis escrit a l'interior recto. b. presencium. c. petiam. d. petiam. e. circii. f. comprehensum. g. munificentiiis. h. Philippi. i. Guilelmus.

1073 gener 28

*Guitard Adalbert ven a Berenguer Ramon un tros de vinya al territori de Barcelona, al terme de Monterols, al lloc anomenat Coll, que té per una ampliació que va fer Vidal Duran, pel preu de 14 mancusos d'or.*

ACB, perg. 1-4-255. Original. Pergamí 163 × 245 mm. Al verso: "Colano in Munterols" (s. XI-XII); "siglo XI" (s. XVIII); "nil pro capo" (s. XVIII). Vegeu el doc. núm. 1708, de 30 de gener de 1073. Caplletra de 4 línies.

*In Cristi nomine. Ego Guitardi Adalberi venditor sum tibi Berengarii Raimundi, emptori. Per scripturam vendicio-<sup>o</sup>nis mee vendo peciola una vinee aput ipsa terra ubi est fundata. Et est ipsa vinea in territorio Barchinona, <sup>o</sup> in terminio de Monterolos, in loco vocitato Collano. Qui mihi advenit iam dicta omnia per laxacione, quas <sup>o</sup> mihi fecit Vidal Duran et per ullasque voces. Et affrontat predicta omnia de circi in terra de ipsa Canonika, de orienti <sup>o</sup> in via, de meridie in vinea Iohan Duran, de occiduo in torrent. Quantum istas affrontaciones includunt, sic vendo tibi: <sup>o</sup> iam dicta omnia ab integrum, in propter precium mancusos XIII auri puri moneta Barchinona, quod tu emptor mihi <sup>o</sup> dedisti. Et est manifestum. Prescripta quoque omnia, que tibi vendo, de meum (iure)<sup>1</sup> in tuum trado dominium et potes-<sup>o</sup>tatem, ut quit exinde facere vel iudicare volueris, cum exios et regresios earum, a tuum plenissimum proprium. <sup>o</sup> Quod si ego venditor aut aliquis homo sexus utriusque contra ista vendicione pro inrumpendum venerit, <sup>o</sup> nil valeat, set componat aut ego componam tibi iam dicta omnia in duplo cum omni sua melioracione. <sup>o</sup> Et in antea ista vendicio firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc V kalendas februarii, anno XIII <sup>o</sup>2 regni Philipo rege.*

*S+num Guitardi, qui hista vendicione feci et firmavi et testes firmare <sup>o</sup>3 rogavi.*

*S+num Bonefilio Suniarii. S+num Guitards Borello. S+num Bonefilio \Gotmar./ <sup>o</sup>4 S+num Iuscafredus Pip.<sup>o</sup>2 S+ Gerbertus levita.*

*<sup>o</sup>5 S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi[t] et sss die et anno quod supra.*

1. iure repetit. 2. Abreviatura de difícil interpretació.

## 1230

1073 febrer 8

*Gombau i la seva muller Guinidilda venen a Olibà Ramon un alou amb un mas, terres, vinyes, cases, casals, horts, arbres, la meitat d'una font, situat al comtat de Barcelona, al terme de Cervelló, a la pertinença de Sant Ponç, al lloc de Canalies, que tenen per compra, pel preu de 29 mancusos d'or de Barcelona.*

ACB, perg. 1-4-256. Original. Pergamí, 115 × 224 mm. Restaurat. Al verso: Hi ha restes d'un segell gran rodó, potser marcat accidentalment. "In Cervilione" (s. XIII-XIV); "1073" (Mas). Caplletra "I" ornamentada: 30 mm.

*In nomine Domini. Ego Gonbaldi et uxori sue nomine Guinedeldi femina vinditores sumus tibi Olibani Remundi,<sup>1</sup> /<sup>2</sup> emt\o/-re. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus tibi alaudem [mansum] nostrum proprium, id sunt, /<sup>3</sup> terras et vineas, cultum et ermmum, casas, kasalibus, ortis, ortalibus et omn[is] gener[e] arborum qui infra sunt, /<sup>4</sup> cum ipsa medietate de ipsa font qui ibidem est, via-ductibus et reductibus, omnia a[ut o]mnibus qui ad ipso manso /<sup>5</sup> pertinet. Qui nobis advenit per nostra comparacione et per omnesque voces. Est nam[que pre]dictum alaudem in \c/o- /<sup>6</sup> mitatum<sup>2</sup> Barquinona, infra termine Cervilioni, in apendicio Sancti Poncii, in loco n[omina]tum Kanalia. Et afron- /<sup>7</sup> tad pretaxata omnia de parte aquilonis in alaude de Sancti Poncii et in via qui per[gi]t ubique, de meridie in /<sup>8</sup> alaude qui fuit de Mironi sacer et pervadit usque in serra de Maquocs, de occiduo [in] [i]pso bosco que vocant \de/ Devo- /<sup>9</sup> da, de parte vero circii in termine de Corbaria et in alaude qui fuit de Guadamir [et de I]orfresa femina. Quantum in- /<sup>10</sup> fra istas afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic vindimus t[ibi]: predicta omnia, exceptus /<sup>11</sup> ipsa taska de Sancti Poncii, totum ab integrum, cum exiis et regresiis suis, (in)<sup>3</sup> propter precium manchosos VIII[I?]<sup>4</sup> in auri cogto Barquinona. Et est manifestum. Et de nostre iure in tuo tradimus dominio et potestate, ad t[uum]<sup>5</sup> plenissimum proprium. Quod si nos vinditores aut utriusque sexus qui contra ista carta venerit pro inrumpen- /<sup>6</sup> dum, non hoc valeat vindicari, set componat in triplo. Et insuper firma permaneat modo omni\que/ tempore.*

*/<sup>5</sup> Facta ista carta vindicione VI idus februarii, in anno XIII<sup>o</sup> regni regi Philiphi.*

*Sig+num Gonbaldi, /<sup>6</sup> sig+num Guinedeldi femina, nos qui ista carta scribere fecimus et firmamus et fi<r>mare roga[m]us.*

<sup>/7</sup> Sig+num Remon Mir. Sig+num Petro Iuliani. Sig+num Berenguer Adalbert. \*S+ Borrelli\*. <sup>/8</sup> \*+ Petrus levit[a]\*.

@Arnallus@ ss sacer scripsit die et anno <sup>/9</sup> quod supra.

1. Sota la u hi ha una o. 2. Sota la c hi ha una s. 3. Raspat.

## 1231

1073 febrer 24

*Jofre Amalric i la seva muller Arsenda venen als canonges de la Seu de Barcelona un sagrer que tenen a tocar de l'església de Santa Maria d'Olesa, a canvi de deu sesters d'ordi que Jofre i Arsenda els havien manllevat fins a la festa de Sant Feliu de Girona.*

ACB, perg. 1-2-1283. Original. Pergamí, 128 × 335 mm. Aquest pergamí presenta una petita mutilació al llarg del seu costat esquerre que dificulta la lectura dels acabaments de la majoria de les ratlles. Al verso: "Carta de Aulesa"; "Nichil" (s. XIII-XIV); "Mitja Escala, Armari 3, n. 1283"; "(Num...869, ratllat)" (s. XVIII). Caplletra "T": 39 mm.

*In Christi nomine. Ego Gaucefredus Amalrici et uxor mea Arsendis femina venditores sumus omnes canonicos Sancte Crucis Sancteque Eulalie. Manifestum est enim quia vendimus vobis sacrarium <sup>/</sup> nostrum, quod habemus iuxta ecclesiam Sancte Marie de Eulesa. Vendimus vobis ipsas parietes et superpositos et hostios et ianuas/ et tonnas II et cubos II, et omnia nostra que intus sunt, propter <sup>/</sup> precium sextarios decem ordeí, que nos vobis debemus usque ad festivitatem Sancti Felicis Gerunda. Afrontant autem ipsas domus a parte orientis in parietem ecclesiam Sancte <sup>/</sup> Marie, a meridie in via et in sacrarium Marcucii, ab occiduo similiter in via, a circio in terra de Arbertus Remundi. Quantum iste afrontaciones in-<sup>/</sup>cludunt, sic vendimus vobis: supra dicta omnia, et de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem, ut faciatis exinde quodcumque volueritis. Quod si nos venditores aut <sup>/</sup> aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc vendicionem ve<ne>rimus aut venerint ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componamus aut componant <sup>/</sup> vobis predicta omnia in duplum cum omni sua illius melioracione. Et postmodum hoc maneat perhenniter firmum.*

*Quod factum est VI kalendas marcii, anno XIII regni <sup>/</sup> regis Philippi.*

*S+num Gaucefredus Amalrici, s+num<sup>1</sup> Arsendis femina, qui hanc vendicionem fecimus, firmavimus et testes subscriptos firmari rogavimus.*

S+num Geribertus Guilelmi. S+num Sendredus Mancipo.  
S+num Guilelmus Savarico. /<sup>o</sup> S+num Onofre Budeler.

/<sup>1</sup> S+ Poncii levite, qui hoc scripsit, cum litteris supra positis  
in linea II et subs sss scripsit, die et anno quo supra.

1. Manquen els punts de la signatura.

## 1232

1073 març 7

*Bonfill Ennegó i la seva muller Sicarda venen a Folc Amalric i a la seva muller Bonadona un sagrer situat al comtat d'Osona, a Castellterçol, prop de l'església de Sant Fructuós de Castellterçol, pel preu de 3 mancusos.*

ACB, perg. 1-4-251. Original. Pergamí, 60 × 412. El pergamí presenta un petit forat a la part central esquerra. Al verso: "Saeculi xi" (s. XVI-XVII); "1072" (Mas?).

*In nomine Domini. Ego Bonefilio Ennegonii et uxori sue Sicards femina vinditores sumus vobis Folchonee Amalricii et uxori sue Bonadonna, emptores. Per hac scriptura vindic-<sup>o</sup>tionis nos vindimus vobis ipsum sacrarium nostrum, quod est terminatum prope Sancti Fructuosii de Kastrumterciol, quot nobis advenit ad nos vinditores per nostra condriccione vel per ullasque voces. <sup>o</sup> Et est ipsum [sa]gracio cum solo vel superpositos et ostiis vel ianuas, intrare vel exire, cum ipso cortale, cui termenatum est, in comitatum Ausona vel in Kastrumterciol, /<sup>o</sup> ad ipsa e[cclesi]a de Sancti Fructuosii. Et afrontad ipsa hec omnia iam dicta, de totumque partes, in alode de Sancti Fructuosii martiri. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sicut /<sup>o</sup> vindimus vobis: ipsa hec omnia supra scripta, totum ab integrum, cum exiis vel regresiis earum, in propter prescium manchosos III. Et est manifestum. Quem vero predic-<sup>o</sup>ta hec omnia de nostros iuramus in vestros tradimus dominio ad potestatem, ad vestrum propium. Quod si nos vinditores a<u>d nullusque omo qui contra hac ista vindiccion-<sup>o</sup>ne venerit pro inrumpendum, non hoc valead vindicaret, set componamus vobis in duplo cum omnem suam inmelioracionem. Et in antea ista vindicione firma permansit modo /<sup>o</sup> vel omnique tempore.*

*Facta ista vindiccionem nonas marcii, annos XIII renate regi Filiipii rex.*

*S+num Bonefilio, s+num Sicars, nos qui ista vindiccionem fecimus et /<sup>o</sup> cum testes firmamus et firmare rogavimus.*

*S+num Oliba. S+num Guilelm Mir. S+num Arlavino.*

*S Lubetuus sacer, qui ista vindiccione scripsit die et anno quod su/pral.*

### 1233

1073 març 20

*Miró Bonfill i la seva muller Quíxol venen a Berenguer Adroer mitja mujada de vinya situada a la parròquia de Sant Vicenç, al terme de Bederrida, pel preu de 12 mancosos d'or pur de moneda de Barcelona.*

ACB, LA.II, n. 34, f. 11c-d. Rúbrica: "Carta de Bederrida quod Mir Bonfil vendidit Berengario Adroarii mediam modiatam vinee". Exterior verso: "[XX]XV" (s. XIII-XIV); "n. 34" (Caresmar). Interior verso: "Anno Domini 1073" (s. XVIII). Caplletra "T" ornamentada, tipus B: 11 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 99-100, n. 901.

*In Christi nomine. Ego Mironi Bonefilio et uxori mea Chixol femina venditores sumus tibi Berengario Atroarii, emptore. Per hanc scripturam venditionis nostre vendimus tibi media modiatam vinee et amplius, simul cum ipsa terra ubi est fundata. Et est hec omnia in parrochia Sancti Vincencii, in terminio Beterrita. Qui nobis advenit prescripta omnia a me Mironi per voce uxori mea, et ad me Chixol per mea comparatione et per decimum et per ullasque voces. Habet autem afrontationes iam dicta omnia a parte circi in /<sup>d</sup> maliolo de ipsa Canonica Sancte Crucis, ab oriente in vinea de te emptore, de meridie in vinea Sancti Petri, de occiduo in vineas de te emptore et de nos venditores. Quantum iste affrontaciones includunt, sic vendimus tibi: iam dicta omnia ad integrum, propter precium mancosos XII auri puri monete Barchinone. Quos tu emptor precium nobis dedisti et nos venditores manibus nostris recepimus. Est manifestum. Prescripta quoque omnia, que tibi vendimus, de nostrum iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ut facias exinde quodcumque volueris, ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquid homo sexus utriusque contra ista venditione venerimus aut venerit pro inrumpendum, nil valeat, sed componat aut nos componamus tibi iam dicta omnia in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista venditio firma permaneat omnique tempore.*

*Hactum est hoc XIII kalendas aprilis, anno XIII regni regis Philippi.*



*S+ Mironi, s+ Chixol femina, nos qui ista venditione fecimus et firmamus et testes firmare rogavimus.*

*S+ Petrus Ermengaudi. S+ Gerallus Bonefilio. S+ Petrus Golmar. S+ Guilelmi sacer.*

*S+ Raimundus levita, qui hec scripsi die et anno quo supra.*

## 1234

1073 març 25

*Nèvia, filla d'Enguilrada, dóna a Déu i a la Seu de Barcelona un alou situat al comtat de Barcelona, al Maresme, entre els termes de Mata, Argentona, Cabrera i Premià.*

ACB, LA.II, n. 496, f. 170a-b. Rúbrica: "Nèvia dedit sedi domos, terras, vineas apud Matham, Argentonam, Caprariam et Primianum in Maritimo". Interior recto: "n. 496" (Caresmar). Exterior recto: "anno domini 1073". Caplletra "I" ornamentada, tipus I: 29 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 100, n. 902.

*In nomine Domini. Ego Nèvia femina, que fui filia Enguilrade femine, donatrix sum Domino Deo et barchinonensi Canonice. Presentibus pateat et futuros non lateat qualiter ob meorum ablu-tionem facinorum, preceptis obtemperando dominicis atque apos-tolicis, dono Domino Deo et prenominate Canonice alodium meum proprium, id est, domos cum solis et suprapositis, cortibus et pa-rietibus, guttis et stillicidiis, hostiis et limitibus, foveis et casaliis, terris et vineis atque arboribus, silvis garricisque, prono et plano, in petris, in lignis, in aquis et aqueductibus, viarum ductibus et reductibus, cultum et incultum. Quod habeo in comitatu barchi-nonensi, in Maritima, intra terminos de Mata et de Argentona et de Capraria et de Primiliano. Advenerunt autem mihi hec omnia per vocem parentum meorum vel aliis quibuslibet modis sive vocibus. Habent autem terminum hec omnia a parte circi in serra de Parapario et pertinent usque ad castellum de ipsa cruce, ab aquilonari in torrente de Lavandariis, a meridiana in marinis litto-ribus, ab occiduo in castro Montis Gati. Item in alio loco, in terrano Gramaneti, dono Deo et prescripte Canonice ipsum meum directum, quod habeo vel habere debeo in ipso alodio, quod fuit predictæ genitricis mee, in terris et vineis atque arboribus, molinis cum aqueductibus et reductibus, cum universis utensilibus que ab ipsos molinos pertinent, et cum boschis, cultum vel incultum. Que michi advenerunt per vocem genitricis mee prefate vel aliis quibuslibet*

*vocibus. Terminantur autem a circio in domo Sancte Engratie, ab aquilone in domo Sancti Martini, a meridie in molinis qui fuerunt Guadalli de Sancto Vincentio, ab occiduo in alveo Bisocii. Item dono sepe dicte Canonice universum meum debitum directum, quod habeo vel qualicumque modo in futuris temporibus habere debeo in universis alodiis que fuerunt patris mei <sup>b</sup> Seniofredi et matris mee predicte, que sunt ab alveo Lubricati usque ad amnem Bisocii et a iugis moncium usque ad littora maris. Universa que prenominatis terminis concluduntur atque terminantur, dono tociens dicte Canonice cum ingressibus pariter et egressibus eorum, et cum universis ad supra scripta omnia qualibet conditione vel ordine pertinentibus, que dici vel nominari utcumque possunt ore humano, ut faciant exinde canonici prescripte Canonice quod faciunt ex ceteris munificentis sepe dicte Canonice. Si vero ego donatrix aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo donacionem hanc disrumpere aut infringere temptavero sive temptaverit, nil prosit, set componam aut componat Deo et prescripte Canonice prenominata omnia in duplum cum omni sua illorum melioratione. Atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum.*

*Quod factum est VIII kalendas aprilis, anno XIII regni Philippi regis.*

*S+num Nevie femine, que hanc donacionem fecit et firmavit atque testibus eam firmari rogavit.*

*S+num Guilelmus Amalrici. S+num Rodballus Amalrici. @Umbertus episcopus@+.*

*S+ Poncii levite, qui hoc scripsit et sss subscripsit die et anno quo supra.*

## 1235

1073 març 27

*Pere Guifré i la seva muller Raquel venen a Gerard Miró i a la seva muller Domènega una mujada i mitja de terra erma situada al territori de Barcelona, al terme de la Gavarra, que té Pere pel seu pare i Raquel per delme conjugal, pel preu de 7 sous en diners de Barcelona.*

*ACB, perg. 1-4-257. Original. Pergamí, 160 × 339 mm. Restaurat. Al verso: "abc"; "Gavarra" (s. XIII-XIV); "Nil pro Capitulo" (s. XVI-XVII); "Siglo XI" (s. XIX); "1073" (Mas).*

*In nomine Domini. Ego Pere Guifredi et uxori mea Ricelli venditores sumus vobis Guerallus Mironi et uxori tue Domenega*

femine, emptores. Per anc scripture vendiccionis <sup>1</sup> nostre vendimus vobis modiatia I et media de terra erema et amplius, nostra propria, quas abemus in territorio<sup>1</sup> barci<no>nensi, in terminio de ipsa Gavara. Et advenit mici, at me Pere, per pa-<sup>2</sup>terna, et at uxori mee prefate per suum decimum vel per ullasque voces. Que affrontat hec omnia a parte circio in terra de Sancta Maria de Ripol, ab aquilonis in via vel in terra qui fuit de Got-<sup>3</sup>mar, a meridie in terra qui fuit de Sacio, ab occiduo in terra qui fuit de Xacio et de Adrover Suniarii. Quantum istas afrontaciones includunt, sic vendimus vobis: iam<sup>2</sup> dic-<sup>1</sup>ta omnia ab intecre, simul cum exiis vel regresis earum, in propter precium solidos VII de dinarios monete Barcelona. Et nicil de ipso precio non remansit. Et est manifestum. Quem vero <sup>1</sup> predicta homnia, que nos vobis vendimus, de nostro iure in vestro tradimus dominium et potestatem, at vestrum plenissimum proprium, ab omni intecritate, at omnia facere <sup>1</sup> quot volueris, libera in Dei nomine abeat potestatem, at vestrum plenissimum proprium. Quot si nos venditores aut aliquis omo sexus utriusque qui contra <sup>1</sup> hanc ista vindiccionem venerimus aut venerit pro inrumpendum, nil valeat, set componat aut componamus vobis uncias XX auri (puri)<sup>3</sup> et cum suam in-<sup>1</sup>melioracione. Et in antea ista vindiccionem firma permaneat modo vel omnique tempore.

Acta est ec VI kalendas aprilis, anno XIII regni regis P<h>ylipi.  
<sup>10</sup>

S+ Pere Guifredi, s+ Ricelli femine, nos qui ista vindiccionem fecimus et firmamus et testes firmarique rogavimus.

S+ Guanal-<sup>1</sup>got Geriber. S+ Reimundi Adalbertus. S+ Bonefilii Guadal. S+ Todaleg. S+ Mir Gifre. S+ Goanes Gi-<sup>12</sup>fre.

Et de Mir Gifre et de Goanes Gifre est plivii Borellus de Carera que, si non abebant ista carta firmata usque a Natalis Domini, <sup>13</sup> ista prima festa veniente, donet Pere Guifre uncia I auri puri. <sup>14</sup>

S+ Reimundi sacer, quis scripsit sss dii et anno prefato.

1. Sota terri hi ha l'abreviatura de terra. 2. Sota la i hi ha una a. 3. Repetit.

## 1236

1073 abril 5

Ponç, sagristà [de la Seu de Barcelona], dóna a Arnau Ot una casa i la terra que l'envolta amb els arbres que hi ha, situada al comtat de Barcelona, a la parròquia de Sant Vicenç de Sarrià, al lloc

*de Pedralbes, que té per la Santa Creu i Santa Eulàlia, per tal que hi planti vinya o trilla i la treballi durant set anys, a canvi del quart anual dels fruits, llevat d'un any. Passat aquest període, la terra serà dividida meitat per meitat entre ambdues parts, guardant sempre el donador el dret de compra preferent sobre l'altra meitat.*

ACB, perg. 1-1-2300. Original. Pergamí, 187 × 333 mm. El document presenta sis petits forats en diferents zones. Al verso: "De Petris Albis ad Serriam"; "XLVIII" (s. XIII-XIV); "Num... 2300" (s. XVII); "Lib. I Antiquit. N. 803"; "Diversorum A. 2300" (Mas); "1073" (F-B). Caplletra "I": 7 línies.

ACB, LA.I, n. 803, f. 294c-295a. Rúbrica: "Poncius sacrista dedit Arnallus Od domos et terram ad Pedras Albas in Serriano". Exterior verso: "n. 803" (Caresmar). *Inter columnas recto*: "Anno Domini 1073" (s. XVIII).

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 100-101, n. 903.

*In nomine Domini. Ego Poncius, gratia Dei sacrificustus, donator sum tibi Arnallus Od. Manifestum est etiam quia dono tibi chasa<sup>a</sup> et curte et terra que est in circuitu, cum illorum arboribus <sup>β</sup> qui infra sunt, ad trilam vel vineam complantandam noviter vel hedificandam, quas abeo<sup>b</sup> in chomitatu<sup>c</sup> Barchinona, in parrochia Sancti Vincencii de Serriano, in locum que dicunt ad Petras <sup>β</sup> Albas. Adventit autem mihi hec omnia per vocem Sancte Crucis Sancteque Eulalie sive per aliis quibuslibet vocibus. Abet autem terminum hec omnia a parte orientis in torrentem qui discurrit, <sup>α</sup> a meridie in terra de Guadallus Guilelmus, ab occiduo in terra et trila de ipsa Cannonicha,<sup>d</sup> a circii in istrata qui pergit ad Sancti Vincencii.<sup>e</sup> Quantum isti termini ambiunt, tibi do-<sup>β</sup>no: nominatim chasa et curte et terra et arbores ad condegendum bene iam dicta chasa<sup>f</sup> et curte, et predicta terra ad trilam vel vineam complantandam atque edificandam,<sup>g</sup> tali videli-<sup>β</sup>cet conventum: ut infra istos VII annos venturos predictam terram bene complantes et omnes laboraciones<sup>h</sup> eius in ea pleniter compleas, sicut mos est bonis cultoribus huius terre; <sup>γ</sup> et quicquid interim frugum Deus ibidem dederit, quartam partem mihi dones, excepto uno anno, qualem tu eligeris<sup>i</sup> volueris, in quo licenciam<sup>i</sup> abeas<sup>k</sup> ipsas fruges singulari-<sup>β</sup>ter ad opus tuum recipere propter industriam tui laboris assiduam. Completis autem VII annis, si ipsa vinea iusta estimacionem<sup>l</sup> bonorum cultorum bene fuerit advineata <sup>ρ</sup> et fundata atque hedificata, tunc dividere faciamus eam ipsam terram et vineam simul cum ipsos arbores, equaliter per medium, ita ut una medietas sit mea et altera tua <sup>ρ0</sup> ad faciendum exinde quodcumque tibi placuerit, cum egressibus simul et ingressibus suis, sub ista videlicet condicione<sup>m</sup> servanda: ut non liceat tu neque*

posteris tuis predictam /<sup>1</sup> tuam partem ulla ochasione<sup>n</sup> vel ingenio alienare neque in estraneum ius transducere, nisi ad me aut<sup>l</sup> successor<sup>les</sup>/ meos post me, ita dumtaxat quod si tu aut posteris tuis /<sup>2</sup> volueritis eam vendere et nos infra triginta<sup>o</sup> dies, quibus eam venalem abueritis,<sup>p</sup> noluerimus<sup>2</sup> eam emere, sicut a bonis ominibus<sup>q</sup> iuste adpreciata et compensata fuerit posse vale-/<sup>3</sup>re, tunc abeatis licenciam<sup>r</sup> plenariam predictam vineam et trilam<sup>3</sup> protinus eam vendere cuicumque volueritis, ad vestrum animum. Si vero ego donator aut alicuiuslibet sexus /<sup>4</sup> homo per vocem nostram hoc disrumpere temptaverimus sive temptaverit, et per aliquam ochasionem<sup>s</sup> ipsam terram vel vineam aut arbores sive labracione<sup>t</sup> a vobis auferre tempta-/<sup>5</sup>verimus,<sup>u</sup> nil prosit, set componat aut componam tibi uncias II auri in vinculum et postmodum reddamus vobis predictam terram et vineam sive laboracionem.<sup>v</sup> Et hoc maneat /<sup>6</sup> perenniter<sup>w</sup> firmum, sicut superius est comprehensum.<sup>x</sup> Quod si tu laborator minime feceris et per aliquam ochasionem<sup>y</sup> ipsam terram cum suis laboracionibus<sup>z</sup> dimiseris, et ad ipsum pla-/<sup>7</sup>citum supra insertum, ut dictum est, non abueris<sup>aa</sup> edificata,<sup>ab</sup> tunc componas mihi uncias II auri in vinculum et in antea expleri facias ipsas laboraciones<sup>ac</sup> legitime /<sup>8</sup> usque ad perfectionem suam, que supra lata est. Sicque in postmodum hec precaria firma permaneat in perpetuum.

Facta precaria hec die nonas aprilii, anno XIII regni regis /Philippi.  
/<sup>9</sup> \*S+ Poncii sacrivicustus\*.

\*S+ Reimundius\*. /<sup>10</sup> \*S+ Ermenardi presbiter\*. \*S+ Petrus presbiter\*.  
\*S+ Dalmacius<sup>ad</sup> sacer\*. /<sup>11</sup> S+ Guilelmi levite, qui et caputscole.  
/<sup>12</sup> S+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsi die et anno quod supra.

1. Segueix una lletra il·legible titllada. 2. Segueix una lletra il·legible titllada. 3. Sota la l hi ha una n.

LA. a. casa. b. habeo. c. comitatu. d. Canonica. e. Vincentii.  
f. casa. g. hedificandam. h. laborationes. i. eligere. j. licentiam.  
k. habeas. l. estimationem. m. conditione. n. occasione. o. XXX<sup>o</sup>.  
p. habueritis. q. hominibus. r. licentiam. s. occasionem. t. laboracione.  
u. Segueix sive temptaverit. v. laborationem. w. perhenniter.  
x. comprehensum. y. occasionem. z. laborationibus. aa. habueris.  
ab. hedificata. ac. laborationes. ad. Dalmatius.

## 1237

1073 abril 25

*Publicació sacramental del testament de Gombau Sanla feta en presència del jutge Ramon Guitart per Geribert Salomó, Ponç*

*Guadall i Guillem Sunyer, els quals juren sobre l'altar de Sant Miquel de l'església de Sant Vicenç de Sarrià, situada al territori de Barcelona, haver-ne estat testimonis. El testador hi nomenà almoners seus Miró Goltred, Guitart Boeci, Miró Guitard, prevere, i la seva muller Beliarda i repartí els seus béns mobles i immobles entre els seus fills, la seva muller i la seva mare i la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia de la Seu de Barcelona.*

ACB, LA.III, n. 271, f. 103c-104b. Rúbrica: "Testamentum Gomballi Sanlani qui dimisit Sedi alodium, domos, terras, vineas, et cetera". Exterior verso: "n. 271" (Caresmar). Caplletra "T" ornamentada, tipus F: 11 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 101, n. 904.

*In nomine Domini. Hec est sacramentalis conditio ultime voluntatis cuiusdam Gondeballi Sanlani defuncti, cuius ordo actum est secundum ordinationem Reimundi Guitardi iudicis, in cuius presentia cernentibus aliis testibus. Ego Geriberti Salomoni et Poncii Guadalli atque Guilelmi Suniarii iurando testificamus supra altare Sancti Michaelis, quod est in aula Sancti Vincencii martir sita Sirriano, in territorio barchinonensi, quia vidimus et presentes eramus quando prefatus defunctus, longa infirmitate fessus, in suo sensu tamen et memoria integra, secundum suum testamentum, quod nobis presentibus laudavit et manu propria firmavit, instituit et ordinavit ut per manumissores suos, videlicet per Mironi Goltredi et Guitardi Boecii et Mironis Guitardi presbiteri et Belliardis, uxorem suam, omnes res sue post mortem suam<sup>1</sup> taliter destinarentur. In primis concessit Domino Deo et Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie ipsum suum alodium qui fuit Servidino, id sunt, terris et vineis et casaliis et olivera et omnia genera arborum qui infra sunt, pro anima mea. Et de ipsum alodium, quod habebat in Ortonos, concessit ad Bonuspari Venrrelli media modiatia iuxta vinea sua, pro anima sua. Et alium quod ibi remanebat simul cum ipsum alium alodium, que ibi emit de Reimundo Guilelmi, remansisset ad filio(s)<sup>1</sup> suo vel filias suas legitimas. Et ipsum suum directum, que habebat in planter de ipsa Canonica iam dicta, concessit ad supra iam dictos infantes. Et ipsum alodium, que illi dedit Bonuspari Stephani, concessit ad Theballi, filio Em femina. Et a Mironi Guisadi ipsum alodium que emit de Rigalli, ut tenuisset diebus vite sue et post obitum suum revertatur ad infantes suos iam dictos. Omnem autem alodium, qui fuit de avio suo vel avia, cum omnia genera arborum qui infra sunt, tenuisset mater sua et possedisset in diebus suis, post obitum vero suum remansisset ad infantes suos legitimos.*

*Et ipsos sacrarios que ille fecit vel que emi de Lopardi, remansisset ad infantes suos iam dictos et ad mater sua. Et ipsa sua mula fuisset vendita et de ipso precio fuissent soluti XIII mancosos. Et ad Sancta, mancosos II. Et ad Sancti Vincentii, mancosos I. Et ad Fulchoni presbiteri, mancosos II, per missas. Et si de ipso precio aliquid remanserit, concessit per missas. Et parilio uno de bovos et oves et capras et porchos XI fuissent venditi. Et de ipso precio concessit ad Mironi Guisadi mancosos II per missas. Et ad Guitardus Boetii, mancosos III. Et ad Mironi Goltredi, mancosos III. Et quod remansit de ipso precio, concessit ad ipsa canonica, simul cum ipsa tonna maiore. Et concessit ad mater sua truga una et porcho uno et rela I et exada I. Et concessit IIII<sup>or</sup> caficios vini per indumentum <sup>h</sup> ad corpus suum. Et ipsum panem et vinum, que modo habebat, in comune habuisset victum uxori sua et mater sua et filios suos. Et ad novo veniente de pane et vino, de ipsa sua tercia, parte ad Bonuspari et a Teballo et a Reimundo singulos sestarios ordei. Et infra Arnal et Eroigius sestarium I ordei. Et (a)<sup>2</sup> Thedbal alium sestarios ordei. Et si aliquid remanserit de pane et vino, pro anima sua. Et ipsas fruges, que Deus deberit in ipsa terra ad novo, que concessit ad mater sua, illa dimisit. Et sestarios duos ordei, que illi debebat Gundemari Iohanni, pro anima sua. Et concessit ad Berengario, filio suo, scuto et lancea et espada et sela et subtus sela. Et alias bestias que remanserunt, bubos et asino et oves et capras et porcos, et ipsas duas partes de pane et vino cum ipsa vascula (de mater sua),<sup>3</sup> exceptus vascula de mater sua, remansisset ad uxori sua et ad filios suos. Et ad infans, qui erat in utero uxori sue, si natus fuerit et ad etatem venerit, accipiat partem cum his qui supra inserti sunt equalem. Et si unum de illis obierit antequam habeat proles de legitimo coniugio, revertisset ad alios. Et si omnes mortui fuerint sine legitimos proles, remansisset ad canonicam Sancte Crucis Sancteque Eulalie pro anima sua vel parentum suorum. Omnem autem alodium, que dimisit ad filios suos vel filias, concessit ad uxori sua, ut tenuisset cum filiis suis omnibus diebus vite sue, si digne permanserit in viduitate; et si alium virum aprehenderit, extranea de omnibus fuisset. Et aliud quod remansisset, dare fecissent pro anima sua. Hoc totum ita precepit et post obitum suum sic stare mandavit. Postquam autem predictus testator hec omnia ordinavit, loquelam habens sive memoria integra, vixit a VI idus novembris, anno XIII regni regis prescripti, quo etiam die obiit. Atque ex hoc nullatenus postmodum suam voluntatem, nobis scientibus, mutavit. Et nos, iam dicti testes et helemosinarii, supra scripta omnia*

*auctorizamus et iuramus et testificamus per super adnexum iuramentum in Domino.*

*Late <sup>h</sup> conditiones VII kalendas madii, anno XIII regni regis Philippi.*

*S+ Geribertus Salomoni. S+ Guilelmus Suniarii, nos testes supra dicta omnia fideliter testificamus et auctorizamus.*

*S+ Mironi sacer, s+ Belliardis femine, nos helemosinarii sumus et iam dicta omnia fideliter auctorizamus.*

*S+ Petrus Barucii, s+ Donucius faber, s+m Sinderedus sacer, hec sunt auditores.*

1. s expuntuada.
2. Repetit.
3. de mater sua expuntuat.

## 1238

1073 abril 27

*Company Bonhom i la seva muller Raquel venen a Ramon Bernat, cabiscol, unes cases amb cort, hort i terres que les envolten, situades al territori de Barcelona, al terme de Sarrià, que tenen per compra, pel preu de 50 mancusos d'or en moneda de Barcelona.*

ACB, perg. 1-1-2315. Original. Pergamí, 145 × 341 mm. Al verso: "Ad Inforcatos et in Serriano"; "XLVI"; "Kartes de Enforcads et de Sirriano" (s. XIII-XIV); "Num... 2315" (s. XVII); "Lib. II Antiquit. n. 45"; "Diversorum A. 2315" (Mas); "1073" (F-B). Caplletra "I": 30 mm.

ACB, LA.II, n. 45, f. 16c-d. Rúbrica: "Emit R. Bernardus, caput scole, casas, curtes, ortos et cetera in Serriano.". Exterior verso: "Cabiscol dicitur capud scole"; "Alaudes de ipsa Cabiscolia" (s. XIII); "n. 45" (Caresmar); "Anno Domini 1073" (s. XVIII).

Regest: Mas, Notes, vol. X, p. 101, n. 905.

*In Christi nomine. Ego Compagni Bonushomo et uxori mea Richelle femina venditores sumus tibi Raimundi Bernardi, capiti scole, emptori. Per hanc scripturam vendic<o>nis<sup>a</sup> nostre<sup>h</sup> vendimus tibi casas cum curte, solos et superpositos, hostios, ianuas atque limites, et horto cum olmo et terris qui in circuitu ipsos domos sunt. Et est hec omnia in territorio Bar-<sup>h</sup>chinona, in terminio de Sirriano. Qui nobis advenit predicta omnia per comparacione et per ullasque voces. Et affrontat predicta omnia de aquilonis in strata publica, <sup>h</sup> de meridie in ipso torrent, de occiduo similiter, de circi in alaudes de ipsa Cabiscolia. Quantum istas affrontaciones includunt, sic vendimus tibi: iam dicta omnia <sup>h</sup> ad integrum, propter precium*



*mancusos L auri puri monete Barchinona, legitime pensatos. Quos tu emptor precium nobis dedisti et nos venditores manibus nostris /<sup>β</sup> recepimus. Et est manifestum. Prescripta quoque omnia, que tibi vendimus, de nostrum iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ut quiquit<sup>b</sup> exinde facere /<sup>γ</sup> vel iudicare volueris, cum exios et regresios<sup>c</sup> earum, a tuum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo (sexus)<sup>1</sup> utriusque contra ista vendicione<sup>d</sup> pro inrumpendum venerit, nil valeat, set componat aut nos componamus tibi iam dicta omnia in duplo cum omni sua melioracione.<sup>e</sup> Et in antea ista ven-<sup>β</sup>dicio<sup>f</sup> firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc V kalendas madii, anno XIII regni Philipo rege.*

*S+m Compagni, s+m Richelle femina, /<sup>0</sup> qui histag vendicione<sup>h</sup> fecimus et firmamus<sup>i</sup> et testes firmar<e> rogavimus.*

*\*S+ Remundi levite\*. /<sup>1</sup> S+m Arnallo Honofredi. S+m Guilelmi Guifredi. S+m Bonucio Bernardi. S+m Guilelmus Gotmar. /<sup>2</sup> S+m Bompari Malangeçi. S+m Lobeta femina. /<sup>3</sup>*

*S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi et sss die et anno quod supra.*

1. *Repetit.*

LA. a. venditionis. b. quicquid. c. regressios. d. venditione. e. melioratione. f. venditio. g. ista. h. venditione. i. firmavimus.

## 1239

15 maig 1073

*Guillem Mir i la seva muller Sicarda permuten amb Emma una peça de terra per una casa situada al comtat de Barcelona, al Vallès, a la parròquia de Santa Perpètua, al lloc de Mogoda, que tenen, Guillem pels seus pares i Sicarda per delme conjugal.*

ACB, perg. 1-4-258. Original. Pergamí, 102 × 300 mm. Restaurat. Al verso: "1073"; "Diversorum C (b) 258, Capsa 3" (Mas). Caplletra "I"ornamentada: 24 mm.

*In nomine Domini. Ego Guilelmi Mironi et uxori mee nomine Sicardis femine comutatores sumus tibi Ema, emptores. Per hanc scripture comultamus/ tibi pecia I de terra cum ips[a] casa [±7]ra \domos<sup>1</sup>/ prope ipsa femine /<sup>2</sup> de me Ema. Advenid ad me Guilelm per ienitore meos, et ad uxori mee per decimum au per ullasque voces. Et est hec omnia in comitatu Barchinona, in Valense, in parochia Sancta Perpètua, in loco que dicunt Mugoda. /<sup>β</sup> Abet autem*

*afrontaciones ista omnia, de omnesque partes, in alaude de me Ema supra scripta sive in ipsas meas d'o/mos.<sup>2</sup> Quantum in istas afrontaciones includunt, sic comutamur<sup>3</sup> tibi: ista omnia, /<sup>a</sup> tota ab integre, cum exiis vel regresiis suis, a proprio. Et est manifestum. Quem vero predicta hec omnia, quod superius resonad, de nostro iuro in tuo tradimus<sup>4</sup> dominio et potestatem, ad tuum /<sup>b</sup> plenissimum proprium. Quod si nos excomutatores aut utriusque sexus qui contra hanc ista carta comutacione venerid pro inrumpendum, non hoc valead vendicare, set /<sup>b</sup> componat aut componamus tibi in duplo cum omnem suam [inme]llioracionem. Et in antea ista comutacione firma permane ad usque in evum.*

*Facta ista carta comu-/tacione idus madii, ano III<sup>o</sup>X<sup>o</sup> regni Phylpy rege.*

*S+num Guilelmi Mironi, s+num Sica\r/dis, nos qui ista carta comutacione fecimus et testes /<sup>b</sup> firmarique rogavi.*

*S+num Mironi Marchucio. S+num Gerbert. S+num Guilellm Bonefilii.*

*/<sup>o</sup> S+ Guitardus sacer, qui scripsid cum litteras super positas in linea \prima/ (secunda),<sup>5</sup> die et ano quod supra.*

1. demos. 2. Sota la o hi ha una e. 3. Hi ha un traç entre la u i la t.  
4. Sota la i hi ha una o. 5. Ratllat.

## 1240

1073 maig 29

*Bonisaac, fill de Rabbi Judà, jueu, ven a Ramon Dalmau, levita, un alou consistent en terres i arbres de diverses classes, i casals, situat al territori de Barcelona, a Montjuïc, a la parròquia de Sant Julià, pel preu de 70 mancosos d'or en moneda de Barcelona.*

ACB, LA.I, n. 462, f. 176a-b. Rúbrica: "Carta quod Bonisac Iude vendidit Canonic alodium suum et domos in parroecchia Sancti Iuliani de Montejudic". Interior recto: "n. 463" (Caresmar) i exterior recto: "Anno Domini 1073" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 5 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 101-102, n. 906.

SCHWAB-MIRET, Documents, p. 15, edició parcial.

*In nomine Domini. Ego Bonus Ysaac, cuius pater dudum vocitatus fuit Rabbi Iuda, venditor sum tibi Remundo Dalmatii, levite, emptori. Per hanc quoque scripturam istius mee vendionis vendo tibi alodium meum proprium, terras videlicet cultas et in-*

*cultas, cum arboribus varii generis intrinsecus sitis, cum casalibus et ceteris omnibus ad supra dicta universa, qualibet conditione vel ordine, pertinentibus, quemadmodum ore possunt humano dici vel nominari, vel pertinere debentibus. Que habeo in territorio barchinonensi, in Monte Iudaico, in parrochia Sancti Iuliani et in eius confinio. Que etiam cuncta advenerunt mihi per meam comparacionem vel aliis quibuslibet modis sive vocibus. Abent autem terminum hec omnia a parte orientali in vineis Remundi Ermen-gaudi fr<atr>isque sui, et alodio Reimundi Bonifilii heredumque suorum; a meridiana in ipso farello; ab occidua in domibus Remundi Ermengaudi et in alodio Sancti Iuliani; a circea quoque parte in alodio Boni Ysaac, cuius pater nuncupatus fuit Ioseph, aurifex, sive in strata qua itur a monte ad urbem et ab urbe ad montem. Quantum intra prenomatos quatuor terminos hodie habeo aut in futuris temporibus, qualicumque modo vel voce, habere debeo tibi ad integrum vendo propter mancos septuaginta auri primi et purissimi monete barchinonensis. Quos tu emptor precium mihi dedisti ego venditor manibus meis accepi. Nihilque ex predicto precio apud te remansit. Quod satis est manifestum. Hec autem universa, que tibi vendo, de meo iure in tuum dominium et potestatem ad integrum trado, cum ingressibus pariter et egressibus suis, ut facias exinde quodcumque tibi placuerit, ad tuum plenissimum proprium. Si vero ego venditor aut cuiuslibet <sup>p</sup> sexus ordinis homo venditionem hanc disrumpere aut infringere sive rescindere seu in aliquo dimovere temptavero sive temptaverit, nil prosit, sed componam sive componat tibi vel eis qui per te et post te cuncta (?) hoc adituri sunt hec omnia, in triplum cum omni sua illorum melioratione, quia in legibus seculi ita cautum habetur: ut quociens undelibet placitum conscribitur, in transgressoris pena duplatio, reddende rei vel triplacio rerum satisfactione taxetur. Compositione vero peracta, hoc maneat firmum perhenniter et inconvulsum.*

*Quod factum est IIII kalendas iunii, anno XIII regni regis Philippi.*

*S+ Guilelmus levite, qui hoc scripsit die et anno superius comprehenso.*

## 1241

1073 juny 17

*Benet i la seva muller Engilberga, anomenada Rossa, empenyoren a Bonfill Sanla i a la seva muller Guisla la seva part i heretat de*

*les vinyes que tenen proindivís amb els seus hereus, situada al territori de Barcelona, al lloc de Torre Dostal, per un deute que tenien amb ells de 28 mancusos d'or de moneda de Barcelona, que els han de tornar per Sant Joan de l'any següent.*

ACB, perg. 1-1-2307. Original. Pergamí, 157 × 247 mm. Al verso: "LXXXIII" (s. XIII-XIV); "Num... 2307." (s. XVIII); "Liber II Antiquitatum n. 271 / Diversorum A 2307" (Mas). Caplletra "I": 21 mm.

*In Christi nomine. Ego Gerallus Compagni et uxori mea Ezulina femina venditores sumus tibi Raimundi Raimundi, emptor. Per hanc scripturam vendicionis nostre vendimus tibi terris et vineis, separatim positas, <sup>℞</sup> pecias quinque et trileas cum arboribus variis generis, qui ibi sunt, et casalicios. Et est hec omnia in territorio Barchinona, in terminio de Sancta Cecilia, in Parrochivincii. Advenit nobis iam dicta omnia per comparacione <sup>℞</sup> et per comutacione et per genitorum et per omni\mo/das voces. Et afrontad ipsam peciam unam vinee <de circi> in vineas Berengarii Raimundi et Guanalgaude Mironi, de orient in ipso aren, de meridie in via, de occiduo in vinea Mocione <sup>℞</sup> Bellucii. Et affrontad aliam peciam vinee, qui est subtus ipsam ecclesiam, de circi in vineas Petrus presbiter, de orient in ipso Vierono, de meridie in alaude Bernardus Guanalgaude, de occiduo in vinea Guanallgaudus Miro et Berengarii. Et affrontad <sup>℞</sup> aliam peciam hab ipsas trileas et casalicios de circi (in vineas)<sup>1</sup> in vineas Mocione Bellucii, de aquilonis in torrent et in terra Iohannes Ricarii, de meridie in alaude iam dictus Petro presbiter et in ipsam ecclesiam, de occiduo in vineas de Mosse hebreo <sup>℞</sup> et Mocione Bellucii et de prefatus Petro. Et affrontad aliam peciam vinee de circi in vineas iam dicto Mocione, de aquilonis in via, de meridie similiter, de occiduo in maliolo prefatus Berengarii. Et affrontat aliam peciolam<sup>2</sup> vinee de orient in <sup>℞</sup> ipso Viero et in vinea iam dicto Mosse, de meridie et de occiduo atque circio in vineas Ramundi Guitardi. Quantum istas affrontaciones includunt, sic vendimus tibi: iam dicta omnia ad integrum, propter precium mancosos CCCC <sup>℞</sup> LXX auri monete Barchinona, legitime pensatos unum ad unum. Quos tu emptor precium nobis dedisti et nos venditores manibus nostris recepimus. Et est manifestum. Prescripta quoque, que tibi vendimus, de nostrum iure <sup>℞</sup> in tuum tradimus dominium et potestatem, ut quiquid exinde*

*facere vel iudicare volueris, cum exios et regresios earum, ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque /<sup>0</sup> contra carta vendicione pro inrumpendum venerit, nil valeat, set componat aut nos componamus tibi prefata omnia in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista vendicio firma permaneat omnique /<sup>1</sup> tempori.*

*Actum est hoc XIII kalendas aprelis, anno XV regni Philipo rege.*

*S+m Gerallo, s+m Ezulina femina, nos qui hista vendicione fecimus et firmamus et tes-/<sup>2</sup>tes firmare rogavimus. /<sup>3</sup>*

*S+m Berengarii Raimundi. S+m Ermengaudus Bernardi. S+m Raimundi Fruiani. S+m Benedictus Madfredus. S+m Guilelmi levite, qui et caputscole. /<sup>4</sup> S+ Raimundi levite. /<sup>5</sup>*

*S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi et sss die et anno quod supra.*

1. *Expuntuat.*
2. *Sota la o hi ha una a.*

## 1273

1075 març 27

*Vivà Guillem ven a Guerau Guerau i a la seva muller Ermessenda un alou situat al comtat de Barcelona, al Maresme, a la parròquia de Sant Pere de Premià, pel preu de 2 mancusos d'or.*

ACB, LA.II, n. 478, f. 163c-d. Rúbrica: "Item de Primiano". Exterior verso: "n. 478" (Caresmar). Inter columnas verso: "anno Domini 1077" (s. xvii). Caplletra "I" ornamentada, tipus H: 12 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 112, n. 927.

*In Christi nomine. Ego Vivani Gilelmi, qui et prepositus, venditor sum tibi Gerallo Gerallo et uxori tue Ermessindis femina, emptoribus. Per hanc scripturam venditionis mee vendo vobis alaudem meum proprium, id sunt, terris et vineis, cultum et heremum, pronum et planum, garricis et boscos et aquis aquarum, et casas cum curtes, solos et suprapositos, et ortos cum arboribus variis generis. Et est hec omnia in comitatu Barchinona, in Maritima, in parrochia Sancti Petri de Primillano. Qui mihi advenit prefata omnia per ienitori meo et per comparatione et per omnimodas voces. Habet autem affronta-/<sup>d</sup>ciones prefata omnia de parte vero circi in ecclesia Sancti Mathei apostoli, de oriente in littore maris, a meridie in parrochia de Talano, de occiduo similiter et in suis terminis iam*

dicto Talano. Quantum istas affrontationes includunt, sic vendo vobis: quantum ibi abeo et habere debeo per qualicumque voces ab integrum, propter precium mancosos XII auri vel penso Barchinona. Quod tu emptor precium mihi dedistis. Et est manifestum. Prescripta quoque omnia, que vobis vendo, de meum iure in vestrum trado dominium et potestatem, ut faciatis exinde quodcumque volueritis, cum exios et regressios earum, ad vestrum plenissimum proprium. Quod si ego venditor aut aliquis homo sexus utriusque contra ista carta venditione pro inrumpendum venerit, nil valeat, set componat aut ego componam vobis iam dicta omnia in duplo cum omni sua melioratione. Et in antea ista vinditio firma permaneat omnique tempore.

Actum est hoc VI kalendas aprilis, anno XV regni Philippo rege.

S+ Vivas, levita ad prepositus, ssss, qui ista venditione feci et firmavi et testes firmare rogavi.

S+num Raimundi Dominici. + Guilelmus subdiaconus sss Remundo Donucio. S+num Arnallo Ramio. S+num Mir Radedor.

S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi et sss die et anno quod supra.

## 1274

1075 abril 2

*Folc Ebrí i la seva muller Guisla donen a Déu i a la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia un alou situat al comtat de Barcelona, al Vallès, a la parròquia anomenada de Santa Maria de Coll.*

ACB, perg. 4-121-16. Original. Pergamí, 148 × 233 mm. Al verso: "de manso de Olzeto in Calidis"; "scriptura"; "carta canonice de honore in mansi de Olzenta"; "Fulconis Ebrini in Calidis" i unes paraules il·legibles (s. xi); "caldes Stancia 121, p. e." (1936-1939); "senyal verd n° 4" (F-B). Caplletra: 7 mm.

ACB, LA. III, n. 199, f. 74c-d. Rúbrica: "Fulc Ebrin dedit sedi domos, terras, vineas et molinum in Calles, etc". Caplletra: 125 mm. Interior verso: "n. 199" (Caresmar). Exterior verso: "anno Domini 1075".

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 112, n. 928.

*In nomine Domini. Ego Fulco Ebrini et uxor mea Guilia donatores sumus Domino Deo et Kannonice<sup>a</sup> Sancte Cru[cis] Sancte que Eulalie. Manifestum ℞ est enim quia donamus Domino Deo et*

*iam dicte Kanonice<sup>b</sup> alodium nostrum proprium, franchum. Quod habemus in comitatu Barchinone, in Vallense, /<sup>β</sup> in parrochia Sancte Marie de Kalles.<sup>c</sup> Advenit nobis ad me Folch per genitorum meorum et ad me Guilia per meum decimum sive per quascunque /<sup>α</sup> voces. Id sunt, domos et sacrarios et curtes, solos et superpositos, cum arboribus diversi generis, terris et vineis, cultas vel eremas,<sup>d</sup> pronum /<sup>γ</sup> vel planum, cum ipso mulino rego et capud<sup>e</sup> rego, et omnia utensilia, quecumque dici vel nominari potest. Omne nostrum directum, quod ibi /<sup>δ</sup> habemus vel habere debemus per quascunque<sup>f</sup> voces, damus Domino Deo et sepe dicte Kanonice<sup>g</sup> prompto animo bonaque voluntate. Habet /<sup>ζ</sup> namque terminum predictum alodium ab oriente in Petroso, a meridie in ipsa Serra qui (pergit)<sup>1</sup> vadit ad Plegamanus, ab occiduo /<sup>η</sup> in alodium de Guilelmus Amalrici qui pervadit ad Sancto Minato, a circii in cacumine de Monte Maiore. Quantum isti termini /<sup>θ</sup> ambiunt vel concludunt, damus et tradimus Domino Deo et iam dicte Kanonice.<sup>h</sup> Et de nostro iure (in vestrum)<sup>2</sup> tradimus in dominium et potestatem /<sup>ι</sup> iam dicte Kanonice<sup>i</sup> et kanonicorum<sup>j</sup> eius. Quod si nos donatores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc donacionem<sup>k</sup> venerimus /<sup>1</sup> aut venerit pro inrumpendum, nil prosit nobis vel illis, sed componamus aut componant iam supra dicta omnia in triplum. Et insuper hec /<sup>12</sup> donacio<sup>l</sup> firma et stabilis permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc IIII nonas aprilis, anno XV regni regis Philippi.*

*/<sup>13</sup> S+num Folch Ebrini, s+num<sup>m</sup> Guilia, nos qui ista donacione<sup>n</sup> fieri fecimus et firmamus et testes firmare rogavimus.*

*/<sup>14</sup> S+num Bernardus Iuscafredi. S+num<sup>o</sup> Annarig Folch. S+num Bernardus Remundi. S+num Poncius Oliba. /\*S+num Adaledis, filia Remundi de Madrona<sup>\*p</sup>.\*

*/<sup>15</sup> \*S+ Remundi<sup>q</sup> levite\*. \*S+Guilelmus subdiaconus\*. /<sup>16</sup> \*S+r Guitardi presbiteri\*.*

*/<sup>17</sup> S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit cum litteris<sup>s</sup> fuis in linea VII et in VIII,<sup>t</sup> die et anno quod supra.*

1. Ratllat. 2. Ratllat.

LA. a. Canonice. b. Canonice. c. Calles. d. heremas. e. caput.  
f. quascunque. g. Canonice. h. Canonice. i. Canonice. j. cano-  
nicorum. k. donacionem. l. donatio. m. S+. n. donacione. o. S+.  
p. Manca S+m Adaledis filia Remundi de Madrona. q. Remudi. r. Sig+.  
s. literis. t. IX.



## 1275

1075 abril 10

*Ramon Guadall i la seva muller Arsenda, en esmena d'una disposició indeguda de béns atorgats abans a la mateixa Canònica, fan donació a la Canònica de Barcelona d'una dominicatura situada al comtat d'Osona, al terme dels castells de Miralles i de Segur, a Sant Pere de Vim, per la salvació de les seves ànimes i les dels seus parents.*

ACB, LA.IV, n. 244, f. 98b-d. Rúbrica: "Raimundus Guadalli emendat sedi pariliatam de Segur et vineas et cetera". *Inter columnas recto*: "n. 244" (Caresmar). Caplletra "P" ornamentada, tipus B: 13 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 112-113, n. 929.

*Pateat cunctis hominibus, presentibus sive futuris, qualiter ego Raimundus Guadalli et uxor mea Arsindis femina dedimus Domino Deo et Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie ipsum nostrum alodium proprium et franchum, id est, ipsam dominicaturam quam habebamus ad ipsam ecclesiam Sancti Petri de ipso Vim. Postea, necessitate compulsi, dedimus Gerberto Ugonis ipsam prefatam ecclesiam cum sacrariis et cum domibus, que sunt site iusta ipsos sacrarios, et medietatem de ipsa dominicatura, que iam dudum habebamus datam prenotate Kanonice. Et nos quidem modo propter Deum et propter remedium animarum nostrarum, damus et emendamus prescripte Canonice pariliatam nostram propriam et francham, quod habemus infra terminum de castro quod vocitatur Segur. Et hec prescripta pariliata fuit de Borrello Bonifilii, et tenet se cum ipsa pariliata que fuit de prefato Gerberto Ugonis, et iungit se cum alia pariliata que fuit de Reimundo Geroardi et cum Porta Spana cum omnibus suis affrontationibus. Iterumque damus et emendamus prefate Canonice medietatem de ipsis vineis que sunt site infra terminum de Miraies, que vocitantur Episcopales. Omne autem supra scriptum alodium, quod nos modo damus et emendamus Domino Deo et prefate Kanonice, et medietatem ipsius alodii de Sancto Petro de ipso Vim, quam dudum dedimus prenotate Canonice, id sunt, terre et vinee, culte et hereme, ab ipsa terra in quo sunt ipse vinee fundate, et domos et trillas et ortos et regos et capud regos, modo firmiter damus et affirmamus nostra bona voluntate Domino Deo et prefate Canonice et de nostro iure in suum tradimus dominium et potestatem. Que omnia prescripta est in comitatu Ausone, in termine de castro Miraies et in Segur. Advenit nobis predicta omnia per comparationem sive per omnesque voces.*

*Terminatur autem ipsum alodium de ipso Vim de parte orientis in termine de ipsa Menresana sive in kastrum Rubione, de meridie in termine de iam dicto Rubione sive in termine de castro Copons, de occiduo in ipsa quadra de Borrello Bonifilii, de circio in termine de iam dicta Menresa\na/. Quantum iste affrontationes includunt et prescripti termini ambiunt, sic donamus Domino Deo et iam dicte Canonice: ipsam medietatem ipsius alodii de ipso Vim, cum medietate de ipso censu quod inde exit, et cum ipso alodio de Segur et cum ipsis<sup>l</sup> vineis que iam supra scripte sunt, simul cum ingressibus et exitibus earum, ut canonici prescripte Canonice exinde faciant sicuti de aliis Canonice munificentis faciunt, cum ipsis cupis et tonnis quod ibi habemus. Quod si nos donatores aut aliquis homo sexus utriusque contra istam cartam donationis venerimus aut venerit pro inrumpendum, su<sup>p</sup> valeat, set componat aut nos componamus iam dicte Canonice predicta omnia in duplum cum omni sua melioratione. Et in antea ista carta donationis firma maneat omni tempore.*

*Actum est hoc IIII idus aprilis, anno XV regni regis Philippi.*

*S+num Reimundi Guadalli, s+num Arsindis femine, nos qui istam kartam donationis fieri iussimus et firmavimus et testes firmare rogavimus.*

*S+num Gerberti Ugonis. S+num Reinardi Remundi. S+num Bernardi Brochardi. S+ Raimon Guadalli. S+ Bercideci. S+ Guilelmi Raimundi.*

*S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit cum litteris fuis et supra positis et rasis et emendatis in linea I, et in <sup>l</sup> II, et \in/ III, et in IIII, et in V, die et anno quo supra.*

*1. Abreviatura supèrflua. 2. Per nil.*

**1276**

1075 abril 14

*Bernat Bonfill i la seva muller Raquel venen a Ponç, levita, una peça de terra i una de vinya amb la terra on és plantada, situades al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu, en el lloc anomenat Campbò, pel preu de 3 mancusos d'or en moneda de Barcelona.*

*ACB, LA.II, n. 186, f. 65d-66a. Rúbrica: "Carta quod Bernardus Bofil vendidit Pontio Girberti levite I petiam terre maiorem et vineam apud Campumbonum,*

*in Palomar". Inter columnas verso: "n. 186" (Caresmar). Inter columnas recto: "Anno Domini 1075" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada amb entrelleços i figures geomètriques, tipus H: 12 línies.*

*Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 113-114, n. 930.*

*In nomine Domini. Ego Bernardi Bonefilii et Richellis femine venditores sumus tibi Poncio levite emptori. Manifestum est enim quia vindimus tibi petiam I terre maiorem, cum ipsa vinea et terra in qua est fundata. Qui iam dicta<sup>1</sup> terra<sup>2</sup> est prope quod habemus in territorio barchinonensi, in parrochia Sancti Andree, in loco vocitato Campusbonus. Advenerunt nobis hec omnia per laxationem quam fecit Geribertus Suniarii, olim defuncti, ad opera Sancti Andree de Palumbare, quod iussit nobis suis manumissoribus in suo testamento vindere et precium earundem dedissemus ad opera Sancti Andree iam dicti. Habet autem terminum predictam peciam terre ab oriente in riera de Orta, a meridie et occiduo et circio in terris et vineis Reamballus Ansovalli. Iterim vero affrontat prefatam petiam vinee, pariter cum ipsa terra in qua est fundata, ab oriente in vineis prescriptus Reamballus, a meridie et occiduo in vineis tuis sive in garriga tua de te <sup>⁠</sup>⁠ emptore heresque tuos nepotes, a circio in vineis predicti Reamballi. Quantum isti termini concludunt atque circumeunt, tibi ad integrum vindimus,<sup>3</sup> propter precium mancosos III auri monete Barchinone quas hodie currunt, pensatos ad pensum ipsius monete. Quod tu emptor precium nobis dedisti et nos venditores manibus nostris recepimus. Nichilque ex predicto precio apud te remansit, sicut est manifestum. Hec quoque omnia, que tibi vindimus, de nostro iure in tuum dominium et potestatem ad integrum tradimus cum ingressibus pariter et egressibus suis, ut facias exinde quodcumque tibi placuerit, ad tuum plenissimum proprium. Si vero nos venditores aut cuiuslibet sexus vel ordinis omo venditionem hanc disrumpere aut infringere vel in aliquo dimovere temptaverimus sive temptaverint, nil prosit, sed componamus aut componant tibi predictam petiam terre maiorem et predictam vineam, simul cum ipsa terra in qua est fundata, in duplum cum omni sua illius meliorationem. Et postmodum hec venditio maneat perhenniter firmum.*

*Quod factum est XVIII kalendas may, anno XV regni regis Philippi.*

*S+m Bernardi Bonefilii, s+m Richellis femine, qui hanc vinditionem fecimus et punctis solitis roboravimus atque testibus eam roborari rogavimus.*

*S+m Bernardus Gondemari. S+m Raimundi Gondemari. S+m Geribertus Primi. S+ Guisalmari. S+m Guilelmus Vivani. S+m Gerallus Adalberti de Valle Vitraría. S+m Remundi, filius Sendredi Frontoni.*

*S+ Iohannes levite, qui hoc scripsit cum litteras supra positas in linea VII, et die et anno quo supra.*

1. *Sota la a hi ha una e.* 2. *Sota la a hi ha una e.* 3. *Abreviatura supèrflua sobre di.*

## 1277

1075 abril 16

*Testament de Bernat Guifré en el qual deixa béns a Bell-lloc, Canyelles, etc., a la Seu de Girona, a la Canònica de Barcelona, al monestir de Breda i a diverses persones.*

ACB, LA.III, n. 227, f. 86a-c. Rúbrica: "Testamentum Amati Guitardi clerici \qui dimissit Sedi/ alodium et molendinum apud Canoelles". Interior recto: "n. 227" (Caresmar). Exterior verso: "Anno Domini 1075". Caplletra "H" ornamentada, tipus A: 4 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 114, n. 931.

*Hec sunt conditiones sacramentorum facte ordinante Bernardo Guifredi, iudice, coram sacerdotibus Bernardus Baronis et Poncius Stephani, in presentia Berengarii Gaucefredi et Reimundi Gauzberti et Ermengaudi Poncii atque Poncii Adalberti, clericorum et laicorum, Arnalli Guuzfredi et Guilelmi Gaucefredi seu Arnalli Blidgarii et aliorum hominum. Testificati sunt testes his (omnibus)<sup>1</sup> nominibus, hii sunt, Dagobertus presbiter et Reamballus levita et Bernardus Petri.*

*Nos prelibati testes unum dantes testimonium, iuramus in Domini et super altare Sancte Anastasie, quod situm est in ecclesia Sancte Marie Gerunde, quia nos vidimus et audivimus et presentes ibi eramus ad eandem hora quando condam Amatus Guitardi levite, iacens intra muros Gerunde civitatis, in domo Bernardi Baronis detentus ab egritudine qua obiit, dum adhuc esset in sua plena memoria ac loquela, ordinavit suam extremam voluntatem et ordinationem suarum rerum per suum firmum stestamentum, per quod constituit ut essent sui helemosinarii vel manumissores, hii sunt Giribertus frater suus et Guielmus archilevita sive Bernardus Baronis, quibus iniuncxit distribuere omnia que habebat per ordinationem prefati testamenti, sicut hic scriptum est. Primum*

*dimisit Sancte Marie Sedis gerundensis, ad ipsam Canonicam, medietatem de ipso Castro qui vocatur Bellog, cum medietatem ipsius alodiis qui sunt in parrochia Sancte Marie et Sancte Agnetis seu Sancti Saturnini, et cum alodiis qui sunt in comitatu Barchinone sive in comitatu Ausone et de Penedes, in casis, in casales, in terris et in vineis et in omnibus que ad usum hominem pertinent. Sic dimisit quantum ibidem habebat et habere debebat, per aliquas voces vel auctoritates, Canonicam Sancte Marie prefate, ita ut, si predictus frater suus voluerit redimere iam dictos alodios, donet ad Guilelmus et Bernardus predictis L uncias auri ad numerum <sup>l</sup> barchinonensis monete; si autem noluerit facere, sit licitum canonicis eiusdem sedis iam dicte facere quod voluerint; et si donat has uncias auri, veniant in potestate Guilelmi et Bernardi predictis, ut solvant suis debitis ad Ermengaud Lobaton uncias III, et ad Reamballus levita I, propter missas canendas X. Alias quas remanent, donentur ad ipsam Canonicam in hoc quod melius viderint. Alium suum alaudem de Canoes, cum medietatem ipsius molendini, cum pertinenciis et omnibus aiacentiis eorum, quod dedit et dimisit sibi Fulch, suus avunculus, dimisit ad Canonicam Sancte Eulalie barchinonensis. Et ipsum suum alodem quod Bernardus iam dictus tenebat per eum in Ventalol, quod fuit Godtredi levite, habeat et possideat eum omnibus diebus vite sue. Et post obitum eius dimisit eum ad Canonicam Sancte Marie Sedis iam dicte. Et ipsum suum alaudem de Mafzaned, illum directum quod ibidem habebat et habere debebat per dimissionem matris sue sive per comparationem, dimisit ad Sancti Salvatoris cenobii bredensis, ita ut donet ipsum abbatem aut monachos ad Sicards, sororem suam, uncias X auri ad numerum. Et ipsum directum quod habebat in ipso alaude qui est in campo Taurano et in Auzeda, in locum qui dicitur ipsum Pug, quod dimisit sibi frater suus Udalard, dimisit ad Reamballus prefatus, ut teneat et possideat eum omnibus diebus vite sue, et post eius obitum dimisit eum ad Canonicam Sancte Marie predicte Sedis. Et ipsos suos debitos, qui superius sunt dicti, exeunt de ipsa sua mula, si frater suus non redimeret ipsos alaudes. Et hoc quod superfuerit in ipsa mula, dimisit Bernardo iam dicto. Ipsos tres bachons et III ansunias et V cafiz de vino et ipsum blad quod habebat Poncius Iohannes, et alium quod habebat in cunctis locis, dimisit propter aliis suis debitis et missas canendas. Et si frater suus Giribertus non redimerit ipsum castrum cum prephatis alodiis, sicut iam dictum est, infra <sup>l</sup> primos VI menses quos erunt post suum obitum, ex potestate clericorum Sancte Marie iam dicte et eius canonice, tunc in antea faciant clerici*

*ex medietate ipsius castri atque alodiis quod voluerint, sicut superius resonat.*

*Fuit factum prescriptum testamentum XVIII kalendas maii, anno XV regni Philippi regis.*

*Firmatum fuit iam dictum testamentum a supra dicto conditore Amato signo puncti et a reliquis firmatoribus, scilicet Berengarius Gaucfredi et Bertrandus iudex atque Adalbertus presbiter et Bernardus Petri seu Bonifilius Suinari scriptor, Reamballus levita. Nos, supra dicti testes, testificamus et iuramus in Deum et in supra dicto iuramento quod, sicut superius scriptum est, ita a supra nominato testatore ordinatum est et firmatum, nobis videntibus et audientibus, per extremam voluntatem suarum rerum.*

*Late conditiones XVI kalendas maii, anno XV regni Philippi regis, infra primos VI menses post obitum iam dictum testatorem.*

*S+ Dagobertus presbiter, + Reamballus levita, s+ Bernardi Petri qui supra dictum testimonium dedimus et iurando firmavimus.*

*S+num Arnalli Gaucfredi. S+num Arnal Blidger. + Poncius presbiter. + Bernardus, clericus et iudex*

*+ Reamballus levita, qui hoc rogatus scripsi cum literas rasas die annoque prefixo.*

*1. Expunctuat.*

**1278**

1075 maig 23

*Vivà, prepòsit, ven a Arbert Berenguer i a la seva muller Adalgarda la seva heretat, situada al comtat de Barcelona, a la parròquia de Santa Maria de Martorelles, pel preu de 8 unces d'or.*

ACB, perg. 3-27-316. Original. Pergamí, 161 × 291 mm. Al verso: "venda feta de una heretat que es en la parroquia de Martorelles" (s. XIV); "de Martoreyes" (s. XIV); "scripta" (s. XIII); "Martó" (s. XI); "Prepositura gener stancia 27 n<sup>o</sup> 3" (1936-1939); "senyal verd 45"; "1075" (F-B). Caplletra ornamentada: 40 mm.

ACB, LA.III, n. 8, f. 3c-d. Rúbrica: "Vivanus prepositus vendidus Arberto Berenguer suam hereditatem in Martorillis". Exterior verso: "n. 8" (Caresmar). Interior verso: "Anno Domini 1076" (s. XVIII).

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 114-115, n. 932.

*In Dei nomine. Ego Vivanus prepositus, de bono animo promptaque voluntate, vendo vobis Arberto Berengarii et coniugi tue<sup>a</sup> Adalgardi meam <sup>l</sup> hereditatem, que mihi evenit per vocem patris*

mei. Sunt namque in hac prescripta hereditate domi atque curtes et terre et vineę ac garriceę atque <sup>β</sup> bosci, arboresque diversarum generum et molinus cum proprio rego atque caputrego atque cum omnibus rebus que molino sunt necessarię. Iterum iuxta hunc supra <sup>α</sup>phatum molinum est ibi trilia una, quam Francus<sup>b</sup> plantavit. Et in ipsa ecclesia Sancti Martini, que in hac hereditate prescripta est edificata,<sup>c</sup> iussum <sup>δ</sup> et senioratum,<sup>d</sup> que mihi per vocem patris mei evenit, pariter cum pratis et pascuis atque fontibus aquarum sive<sup>l</sup> discursibus vendo vobis. Est quoque hec omnia prescripta <sup>β</sup> in comitatu Barchinone, in parrochia Sanctę Marię de Martoreies. \Supra scriptus autem caputregus, qui est in parrochia Sancti Saturnini de Palat Dalmanla, qui mihi advenit per comparacionem,<sup>e</sup> mitto<sup>f</sup> vobis in hac venditione./ Omnia autem, que nominatim superius sunt prescripta et omne quod ibi habui per vocem <sup>γ</sup> patris mei vel habere debeo, totum integriter vendo et trado vobis propter pretium<sup>g</sup> de octo untiis auri monete Barchinone, ut exide faciatis quod-<sup>β</sup>cunque voveritis. Quod si ego Vivanus venditor aut aliquis utriusque sexus homo contra hanc venditionem<sup>h</sup> venero aut venerit \ad rumpendum<sup>h</sup>/, nil prosit mihi nec <sup>β</sup> illis, sed coponam aut componant prescripta omnia in triplum cum omni sua illorum melioratione. Et postmodum hec venditio ęternaliter maneat firma.

<sup>10</sup> Actum est hoc X<sup>o</sup> <sup>i</sup> kalendas iunii, anno XV<sup>o</sup> <sup>j</sup> regni Philippi regis.

\*Vivas, levita adque<sup>k</sup> prepositus, ssss\*, <sup>11</sup> qui hanc venditionem feci et firmavi et testibus eam firmare rogavi.

<sup>12</sup> \* S+num Guilaberti levita\*. \*S+Iohannes levite\*. <sup>13</sup> \*S+ Poncii sacricustos\*.

<sup>14</sup> S+ Mironis Donutii subdiaconi,<sup>l</sup> qui hoc scripsit cum litteris<sup>m</sup> emendatis atque supra positis in linea VI<sup>a</sup> <sup>n</sup> et in octava,<sup>o</sup> die et anno quo supra.

1. Abreviatura supèrflua. 2. Sota la v hi ha una l mig raspada.

LA. a. Manca. b. franchus. c. Segueix est. d. senioraticum. e. comparacionem. f. mito. g. precium. h. Segueix et. i. Manca °. j. Manca°. k. atque. l. subdiaconi. m. literis. n. Manca<sup>p</sup>. o. VII.

## 1279

29 juny 1075

Geribert Guitard, Guillem Sunifred, arxilevita de la Seu de Girona, i Bernat Baró, canonge de Girona, segons testament del difunt

*Amat Guitard, germà del primer, fan donació a la Canònica de la Seu de Barcelona d'un alou consistent en cases, terres, vinyes, arbres de diverses classes i la meitat d'un molí, situat al comtat de Barcelona, a les parròquies de Sant Feliu de Canovelles i Sant Esteve de Granollers.*

ACB, LA.III, n. 89, f. 32a-b Rúbrica: "Sacramentale Amati Guitardi clerici, qui dimisit Sedi alodium in Canoellis et in Granolers terras, vineas et domos et molí". Interior recto: "n. 89" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1076" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus E: 8 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 118, n. 944.

*In goticis enim libris scriptum reperitur ut donatio que per vim aut metum non fuerit extorta, plenam habeat firmitatem. Item alibi: res donate, si in presenti tradite sunt, nullo modo repertantur a donatore. In nomine Domini. Ego Geribertus Guitardi et Guilelmus Seniofredi, sancte gerundensis ecclesie archilevite, et Bernardus Baroni, eiusdem sedis canonicus, pariter in unum, Domino Deo et Canonice barchinonensi donatores sumus. Manifestum est enim quia precepit nobis Amatus Guitardi, qui est condam, frater predictus Geribertus Guitardi, in suum testamentum, unde nos iudicium obligatum tenemus infra metus temporum a series conditionis editus. Sic nobis precepit vel iniunxit ut dedissemus Domino Deo et prefate Canonice barchinonensi ipsum suum alaudem, quod habebat in comitatu barchinonensi, in parrochia Sancti Felicis de Canoveles sive in parrochia Sancti Stephani de Granollers, id sunt, domos, terris, scilicet, et vineis, cultis vel incultis, pratis et pascuis, et medietatem de ipso molino cum rego et caput rego et glebariis, cum omni eius usilia et utensilia, que ad predictum molinum pertinent, et arborum variis generibus, vieductibus et reductibus, in eo modo et ordine sicut avunculus s(u)uus<sup>1</sup> Fulconis Geriberti ei dimisit in suo testamento atque concessit, cum eorum affrontationes, totum ab integre, simul cum exios vel regressios earum, ut faciant ipsi canonici sicut de aliis munificenciis eiusdem Canonice. Si vero nos donatores aut utriusque sexus homo donationem hanc disruptere temptaverimus aut temptaverint, nil prosit, sed componamus sive componat Domino Deo et prescripte Canonice prefata omnia in duplum cum omni sua illius melioratione. Et postmodum hec donatio maneat perhemniter firmum.*

*Quod factum est III kalendas iulii, anno XVI regni Philippi regis.*

*S+ Geriberti Guitardi. Sss Guilelmus, archilevite et helemosinarius.*



*S+ Poncii levite, qui hoc scripsit et sub sss subscripsit die et anno quo supra.*

*1. u repetida.*

## 1280

1075 juliol 4

*Bernat Ramon, Ramon Bernat, canonge de la Seu de Barcelona, Arnau Pere, nebot seu, Ermessenda, la muller d'aquest, i Pere Ricard donen a Déu i a l'església de Sant Miquel de Barcelona la primícia d'una honor situada a Barcelona, entre el Besòs i el Llobregat, el delme d'un hort que té a Barcelona, i el castell del Regomir d'aquesta ciutat.*

ACB, perg. 1-2-99. Còpia, 18 desembre 1374. Pergamí, 287 × 332 mm. Al verso: "Translats autèntics de les cartes del rector de Sant Miquel"; "Originale istius instrumenti est in posse rectoris Sancti Michaelis" (s. xiv); "4" (s. xvii); "Mitja Escala, Armari 1, n. 99" (Caresmar); "Diversorum B. 99" (Mas); "1076" (F-B). Caplletra "H" que ocupa 2 ratlles.

*Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam publico instrumento cuius tenor talis est.*

*Hec est donacio quam fecit Bernardus Raymundi et Raymundus <sup>β</sup> Bernardi, barchinonensis Sedis canonicus, et Arnaldus Petri, nepos meus, cum uxore sua Ermesende et Petrus Ricardi. Ob peccatorum veniam premerendam <sup>β</sup> et celestis patrie gaudia consequenda et pro anima fratris mei Gaucerandi et parentum meorum, dono Domino Deo et ecclesie Sancti Michaelis <sup>α</sup> barchinonensis totam primiciam de nostro honore, que nos habemus in Barchinona, de Besossibus usque ad fluum Lubrigati; et damus totam decimam de orto <sup>γ</sup> nostro ceto, qui est araditibus de turribus nostris usque ad mare et sic parrochia Sancti Michaelis usque ad portam de Regomir; et totum castellum <sup>β</sup> de Regomir. Hanc donationem facimus nos predicti in presencia Poncii Ermemir, sacricustos Sancte Crucis Sancteque Eulalie, et Guilelmo <sup>γ</sup> Bernardi, capitis scole, et Arnal Mir et Bernardi Rubei et Raymundi, subcapellani Sancti Michaelis.*

*Quod est actum IIII nonas iulii, anno XVI regni <sup>β</sup> Filippi regis.*

*Et habet preterea ecclesia Sancti Michaelis in manso Stephani d.Alfou, qui est alodium Sancti Petri Puellarum et ospitale ad <sup>β</sup> ipsum Clotum, decimam et primiciam et salsparisum et sepulturam; et in manso Guilelmi de Tossa, idem; et in manso Guilelmi Dionisii, qui <sup>α</sup> est alodium Sancte Marie de Stagno, idem; et in manso de Solario*

*in Proenzals,<sup>1</sup> qui est alodium Canonice, idem; similiter hec ecclesia Sancti <sup>1</sup> Michaelis in campo Darriassa, qui est in Prato de Proenzals, unam muyadam; et altare Sancti Stephani, qui est Sede barchinonense, unam muyadam; <sup>2</sup> et Canonica barchinonensis, duas muyadas; et in toto isto campo hec ecclesia Sancti Michaelis, primiciam.*

*S+num Petri prebiteri, <sup>3</sup> qui hec scripsit die et anno quod supra.*

*<sup>4</sup> Ego Guilelmus de Fontibus, presbiter, officialis reverendi domini barchinonensis episcopi, huic translato cum suo originali comprobato auctoritatem meam interpono pariter et decretum vel ab omnibus fides plenior habeatur, manu propria subscribendo.*

*<sup>5</sup> Sig+num Guilelmi de Sancto Ilario, auctoritate regia notarii publici <sup>6</sup> barchinonensis, testis. Sig+num Bartholomei Arlovini, auctoritate regia notarii, testis.*

*<sup>7</sup> Sig+num Iohannis Eximini, auctoritate regia notarii publici barchinonensis, qui hoc translatum ab originali suo fideliter sump-tum et cum eodem de <sup>8</sup> verbo ad verbum legitime comprobatum, non viciatum nec in aliqua sua parte suspectum, auctorizatumque per dictum venerabilem officialem, ut supra <sup>9</sup> patet, scribi fecit et clausit die XVIII<sup>a</sup> mensis decembris, anno a Nativitate Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> quarto.*

1. *Sota la n hi ha una e.*

1281

1075 juliol 24

*Geribert Guitard i la seva muller Rolanda fan donació a favor de la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia de la Seu de Barcelona d'un alou consistent en una casa, un sagrer, corts i arbres de diverses classes que hi són plantats, situat al territori i terme de Barcelona, als llocs que anomenen Banyols i Cornellà.*

ACB, LA. IV, n. 97, f. 33b-c. Rúbrica: "Girbertus Guitardi dedit Sedi alodium apud Baneols, in Corneliano". *Inter columnas recto*: "n. 97" (Caresmar). Caplletra "T" ornamentada, tipus I: 10 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 119, n. 945.

*In Dei nomine. Ego Guiribertus Guitardi et uxor mea, Rodlendis nomine, donatores sumus pariter bono animo promptaque voluntate Domino Deo et Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie. Manifestum est enim quia donamus Domino Deo et iam dicte*

*Canonice nostrum alodium ipsum, quod habemus in territorio et in terminio Barchinone, in locum qui vocitatus Bagneolus sive in ipsum locum qui vocitatus Corneian. Quod alodium prescriptum advenit nobis per comparationem sive per ullaque voces et per emendationem quam nobis fecit Guilelmus Bernardi per bauziam quam ipse fecit nobis de ipso nostro bello. Sunt autem nominatim domus et sacrarium unum et cortes cum solis et suprapositis, gutis et stillicidiis, hostiis et ianuis, foveis atque cloacis, liminaribus et superliminaribus, et diversorum generum arbores que sunt infra predictum alodium. Hec autem omnia supra scripta a parte orientis terminantur in ipsa strada que pergit de ipsa Gavarra ab Bagnelos, a meridie in alodium iam dicte Canonice sive in strada que pergit ad Lupricatum et in alodium Sancti Iuliani, ab occiduo in alodium qui fuerunt de filii Guifardi, a parte vero circii in cacumina moncium. Quantum prenominata affrontationes includunt, donamus Domino Deo et Canonice sepe dicte: omnia superius vero comprehensa ad integrum. Et de nostro iure tradimus gratanter in dominium et potestatem iam prelocute Canonice, ut canonici exinde faciant quod de aliis munificentis sepe dicte Canonice faciunt. Quod si nos donatores aut aliquis utriusque sexus homo contra hanc donationem venerimus aut venerit ad inrumpendum, nil prosit nobis nec illi, sed componamus aut componat supra dicta omnia in duplum cum omni sua illorum melioratione. Atque postmodum hoc maneat firmum eternaliter.*

*Quod actum est VIII kalendas augusti, anno XVI regni Filippi regis.*

*S+num Rodlendis femine, nos qui donationem hanc fecimus et punctis firmavimus et testibus eam firmavimus.*

*S+m Geriberti Guitardi.*

*S+m Arluvini, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

## 1282

1075 juliol 31

*El bisbe Umbert i la resta de clergues de la Seu de la Santa Creu i Santa Eulàlia de Barcelona donen a Geribert Guitard uns alous consistents en cases, terres, vinyes, arbres de diverses classes i un molí, situats al comtat de Barcelona, als llocs anomenats Granollers, Canovelles, Banyols i Cornellà, per tal que els posseïxi mentre visqui i a canvi de la tasca anual dels seus fruits.*

ACB, LA.III, n. 90, f. 32b-c. Rúbrica: "Stabilimentum de alodiis Canoellis, Granuleriis, Bagnols et Corneliani". *Inter columnas recto*: "n. 90" (Caresmar). *Exterior verso*: "Anno Domini 1076" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 4 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 119, n. 946.

*In Dei nomine/. Ego Umbertus, gratia Dei episcopus barchinonensis pontifex, pariter cum omni caterva clericorum Sancte Crucis Sancteque Eulalie donatores sumus tibi Geriberto Guitardi. Sit etiam manifestum quia per hanc scripturam istius nostre donationis donamus tibi prenominato Geriberto ipsum nostrum alodium, quod habemus in comitatu Barchinone, in ipsum locum qui Granoieris vocitatur. Iterumque damus tibi alium nostrum alodium, quod habemus in loco qui vocatur Canovellas. Itemque donamus tibi alia nostra alodia, quod habemus in loca ipsa qui sunt vocata Bagneolos atque Corneiano. Hec alodia, que superius sunt scripta, donamus tibi cum universis illorum terminis et limitibus cunctis, solis et suprapositis, domibus et cortibus, terris et vineis, cultis et incultis, pratis et pascuis, fontibus et aquis atque aqueductibus earum sive decursibus et molino cum suis universis pertinenciis, cum diversis generis arboribus, et cum omnibus ad universa, que superius sunt comprehensa, pertinentibus. Advenerunt autem nobis hec omnia prenominata per donationem sive laxationem quam nobis fecit Amatus Guitardi clericus, frater tuus, post obitum mortis sue, atque per donationem quam tu nobis fecisti, sicuti est scriptum in carta nostre ipsius donationis, quam nobis fecisti tua spontanea voluntate. Nos namque hec omnia, que superius sunt comprehensa, damus tibi tali videlicet modo et ordine: ut unquam non sit tibi licitum ea dare nec vindere nec commutare nec alienare sive impignorare, sed, dum vixeris, hoc totum, quod in hac / pagina insertum est, quilibet possideas et habeas et de tua omni parte fideliter tribuas nobis tascham; et post obitum tue mortis, non valeas hoc relinquere nec dare ullis hominibus utriusque sexus vel ordinis, sicut supra dictum est, sed libere remaneat nobis absque nullius contrarietatis obstaculo. Hec autem omnia, que tibi damus, de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem ad integrum, ut ita habeas et possideas, dum vixeris, sicut supra scriptum est, quo nec possis ea dare vel vindere nec alienare sive comutare vel impignorare nullis hominibus nullo modo. Quod si feceris, compones nobis vel successoribus nostris predicta omnia in duplum cum omni sua melioratione. Super hoc totum, si nos donatores aut aliquis successorum nostrorum hanc donationis cartam rescindere vel in-*

*fringere voluerimus aut voluerit, tibi componamus sive componat tibi predicta omnia in duplum cum omni sua melioratione. Atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum.*

*Quod est actum pridie kalendas augusti, anno XVI regni regis Philippi.*

### 1283

1075 agost 28

*Guilem Sendred, levita, fa donació al seu germà Pelegrí Sendred i a la seva muller Adalgarda d'un alou situat al comtat de Barcelona, al castell de Font-rubí, al lloc de Pinells, perquè el tinguin ells i la seva descendència.*

ACB, perg. 1-1-354. Original. Pergamí, 167 × 170 mm. Al verso: "Scrip XXVI" (s. XIII-XIV); "N° VIII"; "Num... 354" (s. XVIII); "Liber IV Antiquitatum n. 304 / Diversorum A 354" (Mas). Caplletra "I" ornamentada: 48 mm.

ACB, LA.IV, n. 304, f. 117b-c. Còpia de mitjan segle XIII. Encapçalament de foli: "Fontis Rubei". Rúbrica: "Predictus Guilielmus Sendre dedit Peregrino fratri / suo dictum alodium de Pinellis". *Inter columnas recto*: "n. 304" (Caresmar). *Exterior recto*: "Document n. 303", escrit al marge; "XXVII" (s. XIII-XIV). Caplletra "I" ornamentada, tipus G: 12 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 115, n. 933.

*In nomine Domini. Ego Guilielmus<sup>1</sup> Sendredi levita pacificator et definitor atque evacuator <sup>2</sup> sum tibi, fratri meo, Peregrino<sup>2-a</sup> Sendredi, coniugique tue, Adalgardi nomine. Per hanc quoque scrip-<sup>3</sup>turam istis mee definitionis pacifico et evacuo vobis omne illud alodium, quod habetis <sup>4</sup> in comitatu barchinonensi, intra terminos castris Fontis Rubei, in loco qui vocatur <sup>5</sup> Pinellis, secundum quod vobis advenit per vocem sive testacionem<sup>b</sup> parentum et propinquorum <sup>6</sup> nostrorum, tam in terris quam in vineis, cultis et incultis, domibus et cortibus, solis et supra-<sup>7</sup>positis, guttis et stillicidiis, hostiis et ianuis, foveis atque cloacis, et ceteris<sup>3-c</sup> uni-<sup>8</sup>versis, secundum quod ore possunt humano dici vel nominari, ad prelocuta omnia quali-<sup>9</sup>bet condicione<sup>d</sup> pertinentibus, quemadmodum Fulcho Petri et ceteri/ diviserunt et ordina-<sup>10</sup>verunt ea inter me et vos. Cuncta hec superius nominata et adhuc nominanda <sup>11</sup> vobis ad integrum definio, pacifico et evacuo, cum ingressibus pariter et egressibus suis, cum <sup>12</sup> terminis et limitibus atque cunctis suis accidentibus, ut ab h/odierno die et tempore securi <sup>13</sup> teneatis et habeatis eadem omnia, vobis et posteris vestris absque cuiuslibet contrarieta-<sup>14</sup>tis obstaculo*

profutura. Si vero ego Guilielmus aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo /<sup>15</sup> per vocem meam hoc disrumpere temptavero sive temptaverit, nil prosit, set compo-/<sup>16</sup>nam aut componat vobis universa superius comprehensa in duplum cum omni sua illorum /<sup>17</sup> melioratione. Atque post modum hoc maneat perhenniter firmum.

Quod factum est /<sup>18</sup> V kalendas september, anno XVI regni Philippi regis.

[Espai en blanc: ±25] /<sup>19</sup> [espai en blanc: ±8],<sup>4</sup> qui hanc definitionem et evacuationem atque pacificationem<sup>e</sup> fecit et testibus /<sup>20</sup> firmari rogavit, quam etiam manu propria subscribendo corroboravit.

/<sup>21</sup> S+num Fulcho Baroni. S+num Levegel.<sup>f</sup> S+<sup>5</sup>

1. Sota la darrera l hi ha un senyal d'abreujament d'us. 2. La segona e sembla una o. 3. Sota la segona e hi ha una o. 4. En aquests espais hi manca la signatura autògrafa que es promet a continuació. 5. No hi ha res més escrit al pergamí. Totes les signatures van marcades amb els puntets de subscripció.

LA. a. La segona e escrita sobre raspat. b. testationem. c. ceteris. d. conditione. e. pacificacionem. f. La còpia acaba aquí.

## 1284

1075 setembre 1

*Pelegrí Sendred i la seva muller Adalgarda, en acte de pacificació, definició i evacuació, donen al germà d'aquest Guillem Sendred, levita, un alou situat al comtat de Barcelona, dins dels termes del castell de Font-rubí, al lloc anomenat Pinells, perquè el tingui ell i els seus descendents.*

ACB, 1-2-424. Original. Pergamí, 187 × 175 mm. Aquest pergamí estava doblegat amb plecs petits. Al verso: "Scriptura XXIX"; "De Pinels"; "[lletres il·legibles: ±9]" (s. XIII-XIV); "Carta"; "Diffinició del mas Sendredo en Font-rubí" (s. XVI-XVII); "Siglo XI" (s. XX); "1075"; "Antiquitatum IV, 306" (Mas); (també hi ha restes de tres segells il·legibles i d'època indeterminada). Caplletra "I": 47 mm.

ACB, LA.IV, n. 306, f. 117d-118a. Rúbrica: "Peregrinus Sendre diffinivit Guilelmo clerico fratri suo honorem de Pinellis". *Inter columnas verso*: "n. 306" (Caresmar). *Interior verso*: XXVIII (s. XIII-XIV). Caplletra "I" ornamentada, tipus A: 20 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 115, n. 934.

*In nomine Domini. Ego Peregrinus Sendredi et uxor mea nomine Adalgardis pacificatores, definitores /<sup>2</sup> et evacuatores sumus tibi Guilielmo Sendredi levite, fratri nostro. Noverint etiam universi, /<sup>3</sup> presentes atque futuri, qualiter definimus, pacificamus et evacuamus tibi omne illud /<sup>4</sup> alodium ad integrum, quod habes et tenes atque possides in comitatu barchinonensi, /<sup>5</sup> intra terminos castris Fontis*

Rubei, in loco nuncupato Pinellis, secundum quod advenit <sup>⁶</sup> tibi per vocem atque testacionem<sup>a</sup> parentum et propinquorum nostrorum, tam in terris quam<sup>l</sup> in vineis, <sup>⁷</sup> cultis et incultis, et in ipsa aecclesia<sup>b</sup> suisque accidentibus cunctis et ceteris<sup>c</sup> universis, <sup>⁸</sup> quemadmodum ore possunt humano dici vel nominari, ad prelocuta omnia qualibet condi-<sup>⁹</sup>tione vel ordine pertinentibus, et quemadmodum Fulcho Petri et ceteri<sup>d</sup> diviserunt<sup>²</sup> et <sup>¹⁰</sup> ordinaverunt ea inter nos et te atque designaverunt nutibus et manibus atque pedibus. <sup>¹¹</sup> Cuncta hec superius nominata et adhuc nominanda tibi ad integrum definimus, pacificamus <sup>¹²</sup> et evacuamus, cum ingressibus pariter et egressibus suis, cum terminis et limitibus atque cunctis <sup>¹³</sup> suis accidentibus, ad integrum, ut ab hodierno die et tempore securus teneas et habeas <sup>¹⁴</sup> atque possideas eadem omnia, tibi et successoribus tuis absque cuiuslibet contrarietatis <sup>¹⁵</sup> obstaculo valitura. Si vero nos pacificationem<sup>e</sup> et evacuationem atque definitionem <sup>¹⁶</sup> hanc facientes aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo disrumpere vel infringere tempta-<sup>¹⁷</sup>verimus hoc sive temptaverit, nil valeat, set componamus sive componat tibi vel succes-<sup>¹⁸</sup>soribus tuis [espais raspats: ±2] universa superius comprehensa in duplum cum omni sua illorum meliora-<sup>¹⁹</sup>tione. Atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum.

Quod factum est kalendas setpemis, <sup>f</sup> anno XVI <sup>⁰</sup> regni regis Philippi.

S+num Peregrini Sendredi, s+ Adalgardis femine, qui hanc <sup>ⁱ</sup> difinitionem et pacificationem et evacuationem fecerunt et firmaverunt atque testibus <sup>²</sup> eam<sup>g</sup> firmari rogaverunt.

S+num Fulcho<sup>h</sup> Baroni. S+num Levegel.

<sup>³</sup> S+ Iohannis presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Sota la a hi ha una e. 2. Sota is hi ha un es raspat.

LA. a. testationem. b. ecclesia. c. ceteris. d. ceteri. e. pacifica-  
tores amb diferents abreviatures i lletres expuntuades, per esmenar l'errada. f. septembris.  
g. Manca. h. Fulco.

## 1285

1075 octubre 10

*Testament de Bonfill Pedró, sacerdot, jurat sobre l'altar de Sant Sadurní, en el qual fa deixes a la Canònica, Sant Pere de les Puelles, Sant Martí i a diverses persones, de diners i béns situats a Torre Blanca, Sant Martí de Provençals, Celada, etc.*

ACB, perg. 1-1-2271. Original. Pergamí, 299 × 740 mm. Al verso: Restes de tinta, lletres i signatures il·legibles, impresos per haver estat en contacte amb un altre pergamí (s. XI); "Iudicium Bonnifilii Petri presbiteri"; "XXXVIII" (s. XIII-XIV); "Num... 2271" (s. XVIII); "Diversorum A 2271" (Mas). Caplletra "I" ornamentada: 77 mm.

ACB, LA.II, n. 367, f. 124a-d. Rúbrica: "Testamentum Bonefilii Petroni presbiteri qui dimisit Canonice III petias terre in Provençals". Interior recto: "XXXVIII" (s. XIII-XIV); "n. 367" (Caresmar). Exterior verso: "Anno Domini 1076" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 7 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 109, n. 921.

*In Dei omnipotentis nomine. Ego Martinus Bonefilii et Iohannes Dalmatii et Guanalgaudi et Gerberti iuramus pariter et testificamur per Deum, in substantia<sup>a</sup> unum et in personis trinum, et per altare quod est consecratum in honore Sancti Saturnini martiris, cuius aecclesia<sup>b</sup> sita est in territorio barchinonensi, prope aecclesiam<sup>c</sup> Sancti Petri apostoli cenobii Puellarum, quod etiam<sup>d</sup> altare has condiciones baiulando manibus nostris contingimus, /<sup>e</sup> quia nos vidimus oculis et auribus audivimus tunc temporis quando Bonefilii Petroni<sup>f</sup> sacerdoti iussit scribi et fieri suum testamentum, iacens<sup>g</sup> in lectulo suo in egritudine, unde obiit. Et iniunxit volumptatem<sup>e</sup> suam manumissoribus suis, videlicet Mironi Guilielmi sacerdoti et Elliardis, abbatissa Sancti Petri, et Gaucefredus presbiteri et Ermenardi sacerdoti. Et precepit nobis testificari hanc suam ultimam /<sup>f</sup> volumptatem quam ordinavit nobis videntibus et audientibus. Primum namque concessit ad Mironi Guilielmi sacerdoti aecclesiam<sup>f</sup> Sancti Martini ipsa medietate, et totum suum alaudem et vineis et casas et ortos et ortalibus et ipso alodio<sup>g</sup> quod emit de sorori<sup>h</sup> sua Gerberga ad ipsa Turre Alba; et fexa I de terra quod emit de Petroni Ermemiri in eodem loco supra ipsa strata; et vineis quod emit de Bonutius /<sup>h</sup> Ferreoli et de Bonefilius<sup>g</sup> Ramio; et terra et maliolo quod emit de Ollovara et filios suos; et terra de ipso Vilarencho quod emit de Petroni Ermemiri; et casas et sacrarios et tonnas et cubos simul cum ipso vino qui ibidem est et ipso horto, totum ab integre,<sup>h</sup> simul cum ipsos arbores qui infra sunt, et casas ubi habitat Fulcho, et casaliitiis<sup>i</sup> qui ibidem est, et ferregenal cum ipso campo et colum-<sup>f</sup>bario et oliveres et ulmos; et prope ipsa vinea qui vocant Trilia, pecia I \de/ terra simul cum ipsa vinea qui vocant Trilia; et modiatas II vineis ad ipsa Plana prope vineis de Bonutius/ Vivani; et alias duas modiatas vineis prope ipsa strata qui pergit ad Sancti Adriani; et tribus petiolas vineis qui sunt subtus ipsa strata et ipso vallo cum modiatas I de terra qui se iungit cum ipso viallo.<sup>k</sup> Hoc totum con-<sup>f</sup>cessit ad eum, ut tenuisset et possedisset omnibus*



diebus vite sue<sup>l</sup> sine blandimento ullius hominis viventis, exceptus terra de Turre<sup>5</sup> Blanca subtus strata et super strata cum III<sup>6</sup> petiolas vinee,<sup>m</sup> quas concessit ad Sancti Martini. Post obitum vero suum remaneat solide<sup>n</sup> ac delibere ad Canonicam Sancte Crucis Sancteque Eulalie.<sup>o</sup> Et hoc totum est in Provincialis et in eius territorio. // Et concessit ad Sancti Petri cenobii Puellarum pariliata I de terra subtus ipsa Celada, prope de ipsa Laguna Lantanna, et petiola I de terra subtus ipso regario qui se iungit cum Berengario Adroarii, et suos domos de Barchinona cum cubos et tonnas et solario ex petra et calce, et alios domos cum cortels et porticos et coquina et cloacas et cubellos et puteo et foveas<sup>7</sup> et barrillos <sup>8</sup> et vascula maiora vel minora, in omnia et in omnibus qui infra sunt. Et mandavit ut<sup>8</sup> ibi abitasset capellanus Sancti Petri. Et concessit Domino Deo et Sancti Petri cenobii prenominato<sup>p</sup> ipso furno prope Merdanciano, id est, buada et casal cooperto cum fustos et portico et cortello cum parietes in circuitu et casa ubi habitabat Sendredus. Et concessit ad Eriballum, nepotem suum, ortal cum <sup>9</sup> arboribus cum mansiuncilis que<sup>q</sup> ibidem erant. Et iussit reddere suos debitos. In primis ad Iohannes presbiter, mancosos XV. Et concessit ad Enguntia sestarium I de ordio que<sup>r</sup> debebat ad eam, et ad Bonutia Truncha emines III de orde. Et ad mulier Adalberti francigena, mancoso I. Et iussit ut reddidissent<sup>9</sup> ad Bonutius<sup>s</sup> mancosos II qui fuerunt Guilielmi baptizati, et alio mancoso qui erat de Guilelmus, quem vocabant <sup>10</sup> Chochalam. Et concessit ad presbiteros Sancte Crucis Sancteque Eulalie<sup>t</sup> de ipso ordio qui erat in Provincialis, singulos sestarios. Et concessit ad Mironi Guilielmi quartam I orde. Et concessit ad Iohannes presbiter alia quartam orde. Et concessit ad Isarnus presbiter alia quartam orde. Et concessit ad Ermenardi sestarios II orde. Et ad diachonos Sancte Crucis Sancteque Eulalie<sup>u</sup> et subdiachonos qui sta-<sup>11</sup>bant ad ipso cancello singulas eminas<sup>v</sup> orde. Et concessit ad Canonica iam dicta untias<sup>w</sup> V et porchos VII, et de istos porcos duobus erant ad redimere. Et concessit ad alios<sup>10</sup> presbiteros Barchinona singulas eminas orde. Et concessit ad Bonutius<sup>x</sup> Vivani ipso suo furno, quod iam dimisit ad Sancti Petri, ut tenuisset omnibus diebus vite sue<sup>v</sup> in eo modo: ut panem Sancti Petri coxisset <sup>12</sup> sine ullo avere. Post obitum vero suum, remansisset ad Sanctum Petrum iam dictum. Et concessit ad Berengarii Adroarii ipsa petia de terra supra ipso rego qui se iungebat cum sua terra, ut tenuisset omnibus diebus vite sue.<sup>z</sup> Post obitum suum remansisset solide ac delibere ad Sancti Petri. Et concessit ad Gaucefredus presbiter sestarios IIII ordio. Alium autem qui remanserit de suum

avere, <sup>/3</sup> concessit eum pro anima sua in sacrificiis.<sup>aa</sup> Et concessit ad Sancti Petri prefati uno sarraceno nomine Caid. Et concessit ad Mironi Guilielmi guadenga<sup>11</sup> I et quato I. Et concessit ad predicta Canonica<sup>12-ab</sup> alio suo sarraceno. Et concessit ad episcopum barchinonensi mancosos XXVIII. Hoc totum ita precepit predictus testator et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde, ingravescente <sup>/4</sup> langore, discessit ab hoc seculo in mense setpemis,<sup>ac</sup> anno XVI regni Philippi regis, immutata ac voluntate.

Quod est actum VI idus octobris, anno prefato rege.

S+num<sup>13</sup> Martinus Bonofilii, s+num Iohannes Dalmatii, s+num Guanalgaudi, s+ Geriberti, nos summus huius rei testes et iuratores.

<sup>/5</sup> \*S+ Miro presbiter\*, \*s+ Ermenardi presbiter\*, \*sss Elliardis, gratia Dei abbatissa\*, \*s+ Vitalis, cognomento Gaucefredus, presbiter\*, nos sumus manumissores.

<sup>/6</sup> \*S+ Iohannes presbiteri\*, \*s+ Poncii sacricustos\*, \*s+ Arlunus sacer\*, nos qui presentes adfuimus.

\*S+ Remundi levite, qui et iudicis\*.

<sup>/7</sup> S+ Iohannis levite,<sup>ad</sup> qui hoc scripsit et die ss et anno quo supra.

1. Sota la P hi ha st. 2. Sobre la a i enganxat a la lletra, un traç no identificat. 3. Sota io finals hi ha una u. 4. Sota la segona o hi ha una r. 5. Sota la u hi ha una o. 6. L'últim pal està allargat amb posterioritat. 7. Sota la o hi ha una a. 8. Sota la t hi ha una b raspada. 9. Sota id hi ha una u. 10. Una a raspada i convertida en o. 11. Sota la u hi ha una a. 12. Sota la i hi ha una c. 13. Manquen els quatre punts.

LA. a. substancia. b. ecclesia. c. ecclesiam. d. etiam. e. voluntatem. f. ecclesiam. g. Bonofilio. h. integre. i. casaliis. j. Bonucius. k. vallo. l. vite sue. m. vinee. n. solide. o. Sancte Crucis Sancteque Eulalie. p. prenominato. q. que. r. que. s. Bonucius. t. Eulalie. u. Sancte Crucis Sancteque Eulalie. v. em superflu. w. uncias. x. Bonucius. y. vite sue. z. vite sue. aa. sacrificiis. ab. Chanonica. ac. sebtimis. ad. levite.

1075 novembre 3

Arbert Bernat, la seva muller Ermengarda i el seu germà Ermengol Bernat venen a Abraham, jueu, fill del difunt Benvenist, jueu, una peça de terra situada al territori de Barcelona, al terme del Cogoll Antic, que Arbert i Ermengol tenen per llurs pares i Ermengarda per delme conjugal, pel preu de 70 mancosos d'or en moneda de Barcelona.

ACB, perg. 1-4-268. Original. Pergamí, 183 × 419 mm. Al verso: "Vendicio Arberti Bernardi" (s. XIII-XIV); "Nil pro Capitulo" (s. XVI-XVII); "1075" (Mas); [L] [I] [I] [I] [I] (Erm[eniard?]) (s. XI).

SCHWAB-MIRET, *Documents*, p. 16, edició parcial.

*In nomine Domini. Ego [A]r[b]ertus Bernardi et uxori mea Ermeniardis femina et Ermengaudus Bernardi, nos pariter in unum, venditores summus tibi <sup>1</sup> Habram ebreo, filium condam Benevenisti ebreo, emptori. Per hanc quippae scripturam venditionis nostre sic vendimus tibi peciam I terre. Et est in terri-<sup>2</sup>torio Barchinona, in terminio de ipso Cucullo Antico. Et advenit nobis prescriptam peciam terre, ad me Arbertus et Ermengaudus, utrique <sup>3</sup> fratribus, per genitorum nostrorum et per omnesque voces; et ad me Ermeniardis femina, per meum decimum et per omnesque voces. Et affrontat prefatam peciam <sup>4</sup> terre de parte aquilonis in via, de circi in terra Sancte Crucis sedis, de meridie in terra de Vives ebreo, de occiduo in via. Quantum istas afron-<sup>5</sup>taciones includunt, sic vendimus tibi: prescriptam peciam terre ab integre, simul cum ingressibus et exitibus suis, propter precium mancusos <sup>6</sup> LXX auri monete Barchinone, pensatos bene a penso. Quos tu emptor precium nobis dedistis et nos venditores manibus nostris recepimus. <sup>7</sup> Nichilque ex predicto precio aput te emptore non remansit, ut est manifestum. Quem vero predictam peciam terre, que nos tibi vendimus, <sup>8</sup> de nostrum iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ut facias exinde quodcumque velis facere, ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos <sup>9</sup> venditores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra ista charta vendicione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringen-<sup>10</sup>dum, nil valeat, set componat aut nos componamus tibi prefata omnia in duplum cum omni sua melioratione. Et in antea ista charta ven-<sup>11</sup>ditio firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc III nonas november, anno XVI regni Philippi regis.*

*S+ Arbertus Bernardi, s+ <sup>12</sup> Ermeniardis femina, (nos qui ista charta v-)<sup>1</sup> \*s+ Ermengadus\*,<sup>2</sup> nos qui ista charta venditione fieri iussimus, firma-<sup>3</sup>mus et testibus firmare rogavimus.*

*<sup>4</sup> S+ Guilelmus Salomonis. S+ Arluvinus sacer. S+ Gerrallo Compagni. S+ Bernardus Arberti. <sup>5</sup> S+ Poncius Arberti. \*Sss Bernardus\*.*

*<sup>6</sup> S+ Mironis presbiteri, qui haec scripsit die et anno quod supra.*

<sup>A8</sup> [Segueix, a l'angle inferior dret, una paraula de ±6 lletres en caràcters hebraics.]

1. Ratllat.
2. Aquesta signatura es troba desplaçada cap a la línia inferior.

## 1287

1075 novembre 3

*Guillem Gaucebert, clergue de la Santa Creu, ven a Ramon Dalmau unes terres situades al comtat de Girona, al terme de Sant Martí d'Arenys, al port que anomenen Cavaniono, pel preu d'1 unça d'or de moneda de Barcelona.*

ACB, LA.II, n. 513, f. 175a-b. Rúbrica: "Raimundus Dalmacii canonicus emit alodium terras, vineas et portum de Cavayono apud Sanctum Martinum de Arenis". Interior recto: "n. 513" (Caresmar). Exterior recto: "anno Domino 1076". Caplletra "S" ornamentada: 4 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 116-117, n. 938.

*Scriptura que diem et annum habuerit evidenter expressum, atque secundum legis ordinem noscitur esse scripta, seu conditoris vel testium fuerit signis aut subscriptionibus roborata, omnium habeatur stabili firmitate. Propterea ego Guilelmus Gauceberti, clericus Sancte Crucis Sancteque Eulalie, in Dei nomine, venditor sum tibi Reimundo Dalmatii emptori. Per hanc scripturam istius mee venditionis vendo tibi, mea spontanea voluntate, terras cultas atque incultas et omne meum directum quod modo habeo, vel in antea unquam habere debeo, in ipsum portum qui vocitatur Cavaniono. Hec omnia namque \pre/scriptura sunt in comitatu ierundensi vel in terminio parrochie Sancti Martini de Arenis. Af-frontant namque prenotata omnia a parte orientali in ipso torrente qui nominatur Ermumiries, qui discurrit ad mare in pluviali tempore, a parte meridiana in undas predicte maris, ab occiduo in torrenti de Kanalies, a parte circi in portum Rosa nominatum et in tuo alodio. Advenerunt autem mihi per vocem genitorum meorum hec omnia supra scripta seu per ullasque voces vel quocumque modo sive ordine. Quantum prenotati termini includunt sive ambiunt, prenotata omnia libenti animo vendo tibi ad tuum plenissimum proprium, ut inde facias quodcumque volueris, propter precium unam unciam auri monete Barchinone. Quod precium tu emptor mihi dedisti et ego Guilelmus prescriptus integritur meis manibus recepi. Que vero omnia prenotata, que tibi vendo, de meo iure in tuum trado dominium et potestatem, integritur, cum omnibus*

*ingressibus eorum sive exitibus. Quod si ego venditor aut aliquis utriusque sexus homo qui contra hanc cartam istius mee venditionis venerit ad inrumpendum vel rescindendum, sive ego temptavero infringere vel disrumpere, non hanc valeat vindicare nec valeam, set componat aut componam tibi prenotata omnia in duplum cum omni <sup>b</sup> sua melioratione. Et in antea ista venditio firma et valitura permaneat omne tempore.*

*Actum est hoc III nonas novembris, anno XVI regni regis Philippi.*

*S+ Guilelmi levite, qui hanc cartam istius mee venditionis feci, firmavi et testibus eam firmari rogavi.*

*S+num Guilelmus Isovardi. S+num Geralli Dalmacii. S+num Guilelmi Dalmatii. S+num Reimundus Bernardi. S+num Gaucefredus Calvii.*

*S+ Ardenchus, levite, qui hoc scripsit cum litteris supra positis in linea VIII, die et anno quo supra.*

## 1288

1075 desembre 12

*Guitard Iotoni i la seva muller Guisla venen a Vivà Guadall una peça de terra situada al territori de Barcelona, al lloc anomenat Perella, pel preu de 24 mancusos d'or.*

ACB, LA.II, n. 138, f. 51d-52b. Rúbrica: "Carta quod Guitardus Iotoni vendidit Guille peciam I vinee ad ipsam Perelam in Palomar". Interior recto: "n. 138" (Caresmar). Inter columnas recto: "anno Domini 1075" (s. xviii). Caplletra "I", tipus B: 20 linies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 115-116, n. 935.

*In Christi nomine. Ego Guitardus Iotoni una cum uxori mea Guilie femine, venditores sumus tibi Vivano Gadalli, qui et levite, emptori. Per hanc scripturam venditionis nostre vendimus tibi petiam unam vinee, simul cum ipsa terra in qua est fundata, quam habemus in territorio barchinonensi, in locum que vocant ad ipsa Perela. Qui nobis advenit per complantationem quam fecimus in terra de ipsa Canonica. Habet autem terminum hanc vineam a parte orientis in vineis prelocute Canonice sive de Marie femine, a meridie in Rego Comitale, ab occiduo in vineis iam dicte Canonice Sancte Crucis, a parte vero circi in alaud filiam qui fuit Suniario Borrelli. Quantum iste affrontatione includunt, sic vendimus tibi: predictam*

*petiam vinee integriter, simul cum exiis vel regressis earum, propter precium mancusos XXXIII auri vel penso atque monete que hodie currit Barchinonam. Quas tu emptor precium exinde nobis dedisti et nos ad presens manibus nostris recepimus. Et est manifestum. Eo modo et ordine: ut de ipsis frugibus, quam Deus dederit in ipsam vineam, ut omni tempore des ad ipsam Canonicam prescriptam ipsum quart et ipsum decimam, tam tu emptore quam successores tui, sicut resonat in ipsa scriptura precaria, quam nobis exinde fecerunt. Que vero predictam petiam vinee, que nos tibi vendimus, de nostro iure in tuo tradimus dominium et potestatem, ab omni integritatem, ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc venditionem venerimus aut venerit ad inrumpendum, nil valeat, sed componat aut componamus tibi prescriptam vineam in duplo cum omni sua melioratione. Et postmodum hoc maneat firmum omne per evuum.*

*Quod est actum II idus decembris, anno XVI regni regis Philippi.*

*S+ Guitardus Iotoni, s+ Guilie, femine, nos qui hanc venditionem fecimus et firmavimus et testibus firmare rogavimus.*

*S+ Ardenchus levite. S+<sup>b</sup> Geraldo levite.*

*S+ Arluvinus sacer, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

## 1289

1076 gener 10

*Company i la seva muller Domínica fan donació a Guillem, fill de Guadall, i a la seva muller Guisla, d'una quarterada de vinya situada al comtat de Barcelona, dins del terme de Palau.*

*ACB, perg. 1-4-269. Original. Pergamí, 161 × 268 mm. Restaurat. Al verso: "1076" (Mas). Caplletra "I" ornamentada: 16 mm.*

*In nomine Domini. Ego Companno et uxor mea Domenicha donatores<sup>l</sup> sumus nos vobis Guilelmus, <sup>l</sup> proli Guadalli, et coniux tua Guila, emtore. Per hanc scr[ip]tura donacionis nostre donamus nam-<sup>l</sup>que vobis quarterada I \de vinea/. Et est ipsa vinea in comi<ta>tum barc[h]inonense, infra termine Palacio. <sup>l</sup> Advenit nobis, ad me Companno, per uxor mea Domenicha, et ad me Domenica per incartacione quem fec[i]t viro <sup>l</sup> meo, nomine Duranno, vel per omnesque voces. Et afronted iam dicta vinea de*

tresque partes in vineas de te /<sup>6</sup> Guilelmo et de tuos eres, de occiduo in vinea/ de Pelre/. Quantum infra<sup>2</sup> istas afrontaciones includunt, sic donamus nos / ad vos Guilem et uxor tua Gila: ipsa pecia de vinea supra scripta, totum ab integrum, ipsas nostras voces, /<sup>8</sup> q<u>e nos abemus vel abere debemus (ad fa),<sup>3</sup> cum exiis vel regresis earum, ad vestrum propium, ad face-/<sup>9</sup>re que volueritis. Quod si nos donatores, qui sumus Coppam et Domenica, et filias me/a/s, id sunt, /<sup>10</sup> Adalet et Gila, ad ullusque<sup>4</sup> omo ad femina q<u>i anc ista carta donacione venerit ad inrum-/<sup>11</sup>pendum, non o/c/ valeat vindicare, set componat in duplo. Et in antea firma persistatt vel omni-/<sup>12</sup>que tempore.

Fata carta donacione IIII<sup>o</sup> idus ianuarii, anno XVI regnante Phili-/<sup>13</sup>po rege.

Sig+num Compan, sig+num Domenica, sig+num Adalet, /<sup>14</sup> sig+num Gila, nos qui ista carta donacione fieri iusimus /<sup>15</sup> et firmare rogavimus.

Sig+num Reimon Guitart. Sig+num /<sup>16</sup> Gombal. Sig+num Gerlallo Punet.<sup>5</sup>

1. Sota la a hi ha una o. 2. Abreviatura superflua. 3. Ratllat. 4. Les lletres ul inicials estan ratllades. 5. Manca la signatura i la subscripció de l'escrivent.

## 1290

1076 gener 14

*Testament de Domnuç Bernat en el qual nomena marmessors Ramon Ermemir, Arnau Ramon i la seva muller Adalenda, i manifesta que vol que el seu fill Guadall sigui canonge de la Seu, per la qual cosa deixa a la Canònica un alou situat a Barcelona, al lloc anomenat Gavarra, a Torcel, donació que serà permanent a la mort del seu fill.*

ACB, LA.IV, n. 104, f. 75-76d-c. Rúbrica: "Donutius Bernat dimisit Sedi Arnallum, filium suum, cum alodio de Teroel aput Gavarram in Corneliano". Inter columnas: "n. 104" (Caresmar). Lletra C ornamentada: 4 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 116, n. 936.

*Cum debite conditionis nullus evadere potest mortem qui in carne sit positus, idcirco, in Dei nomine, ego Donnutius Bernardi iaceo in egritudine et timeo ne mihi veniat repentino casu mortis mee. Et ideo hunc testamentum de rebus meis dispono quomodo sint districte pro anima mea. Constituo namque meos elemosinarios:*

*Raimundus Ermemir et Arnallus Reimundi et Adalendis, que dicunt uxor mea, et ut habeant potestatem distribuere omnes res meas, sicut hic viderint insertum, pro anima mea. In primis concedo ipsa medietate de castrum Castcluz cum suis terminis et pertinentiis et adiacentiis, simul cum ipsa medietate de ipsos molinos, simul cum ipsa medietate de ipsa trilla vel de ipsas meas vineas et de ipsas ruviras, qui infra terminos de predicto castro <sup>h</sup> sunt, sicut dimisit michi pater meus in sua testatione, et cum ipsa dominicatura de loco vocato Antids, simul cum suis terminis vel pertinentiis, quomodo dimisit mihi pater meus in sua testatione et frater meus Wigellmus dedit mihi pro excomutatione de Odena, a Reimundo et Berengario, filiis meis. Concedo ad Guadallo, filio meo, ipsum alaudem de Gabrils, et reddat ad filium de Petro Arnalli uncias X, sicut resonat in scriptura de ipso guadi. Et ipsum alodium de Palatio Dalmanla, qui est ad Sanctum Saturninum, concedo ad iam dictum Guadall. Ad Arnall, filio meo, concedo ipsum alodem de Barchinona, \qui est/ in locum que vocant Gavarra vel ad ipso Torcel, in tali vero ratione: ut fiat canonicus Sedis Sancte Crucis Sancteque Eulalia, et habeat ipsam meam libram in Canonica, et teneat predictum alodem in \diebus/ vita sua, et post obitum suum remaneat ad iam dicta Canonica ad proprium. Et ad Guilia, filia mea, concedo ipsum alodem quod habeo ad ipsos forns vel ad parrochia Sancta Eulalia de Oruncana, quantum ibi habeo vel habere debeo per ullaque voces, et ut redimat cum mater sua de ipsa pignera. Et istos alodes supra scriptos remaneant ad unumquemque de supra dictos infantes per suam hereditatem. Et si de qualicumque de predictos infantes obierint sine filios legitimos, remaneant ipsas hereditates ad suos fratres qui vivi fuerant. Et ipsum alodem quod habeo in Bages, in parrochia Sancti Aciscli, ad ipsum locum quem vocant turre de Ennog, quantum ibi habeo vel abere debeo per ullaque voces, et ipsum alodem que<sup>l</sup> habeo in Sancti Genesii de ipso poz de plan de Bages remaneat ad Adalendis, quem dicunt uxor mea, sicut resonat in sua carta, ad proprium, in vita sua, sine blandimentum de ullo homine. Et post obitum iam dicta Adalendis, concedo ad Sancti Benedicti cenobii bagensis ipsum meum alodem qui est in parrochia Sancti Fructuosi de Bages <sup>h</sup> sive infra ei\\$/ terminos. Et ipsum meum corpus cum ipsa mea mula iubeo remanere ad predictum cenobium. Et post obitum Adalendis iam dicta, ipsum alodem iam meminitum, quod ei dimitto, remaneat ad filium meum et suum, cui illa dubitaverit. Et ipsum Castrum de Sorisa remaneat ad Raimundum et Berengarium, filii mei prelibatis, et donet eis predictum castrum*



*Wilelmus, frater meus, quomodo mihi convenitur in sua conveniencia resonat, et ut teneant cum ipsos castellanos per manus illorum, et ut serviant filii mei ipsum castrum ad fratre meo Guilelmo. Et ipsa medietate de Figera, quod tenet Bernardus Brocardi, remaneat ad Raimundum et Berengarium, iam dicti, iterum in servitium de domno Guilelmi. Et si hoc attendit Guilelmus predicti, sicut superius est scriptum, remaneant predicti filii mei et mater illorum in baiolia Domino Deo et Sancta Maria et Sancti Sepulcri. Et dono Guilelmi, fratri meo, et uxori sue cum filiis suis super hoc: ut donent ipsi filiii de Guilelmi ipsum honorem ad filiis meis iam dictis de Sorisa et de Figera, sicut superius est scriptum. Et teneant et possideant filii mei cum mater illorum ipsum honorem et serviant in vita eorum. Et de ipso meo mobilie iubeo dare pro anima \mea/ vel pro meos debitos ipsam terciam partem et ipsas duas partes, quod remanent. Remaneat ad predicta Adalendis et ad filios meos iam dictos, ad dedicationem Sancti Saturnini de Cascluz, tona I, exceptus ipsum vinnum et cubo I. Et ipsa mea tonna maior de Antids remaneant ad Adaleen et filiis meis iam dicti et per ipsos debitos, quod debeo a Sancta Maria de Solerols et a Sancta Maria de Vilaleva et ad Sancti Petri Rodes, tonna I et cub I, et redimant eis. Et quod remanet de ipsa mea tercia parte, donent in missas, in elemosinis et in pauperibus pro anima mea. Et ipsa tonna et cubo quod concedo ad Sancti Saturnini, redimat uxorem meam Adalendis et filiis meis.*

*Facto isto testamento XVIII kalendas februarii, anno millesimo LXXVI Incarnatione Domini, Philippo rege XVI.*

*S+Donucius ⁊ Bernardus, qui hunc testamentum feci, firmavi et firmare rogavi.*

*S+ Reimundi Ermemiri. S+ Arnalli Reimundi. S+ Adalendis. S+ Maiangod. S+Folc. S+ Poncius Olibani. S+Petrus Olibani. S+Guifredi Gitardi. Ermengaudus presbiter sss.*

*Guilelmus, sacristanus et iudex, qui hoc testamentum ante cenobium Sancti Benedicti de Bagis coram domno Sancio, monacho et preposito, et reliquis monachis et testibus et aliis audivit legere et publicare legaliter, ideoque illud prior Guilelmus sacerdos ssss. Licando confirmat.*

*Ssss \*Petrus\*, monachus et levita, qui et scriptor, cum litteras fusas in recolio VIII et XIII, cum die et anno quod supra.*

1. *Segueix una d ratllada.*

1076 gener 19

*Domnuç Joan, ferrer, i la seva muller Emma donen a Berenguer Ramon una terra amb vinya situada al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Vicenç de Sarrià, al lloc anomenat Falcoví, a canvi d'un alou situat a la parròquia de Sant Vicenç de Sarrià, sota Malconsell, a tocar de les terres de Guislbert Ricard i de les terres d'Oda i les seves filles, a més a més de 12 mancosos d'or.*

ACB, LA.II, n. 80, f. 27d-28a. Rúbrica: "Carta de terra et vinea de Falchovi, in Serriano, quem Donucius comutavit Berengario Raimundi". *Inter columnas verso*: "n. 80" (Caresmar). *Inter columnas recto*: "Anno Domini 1076" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus A: 17 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 116, n. 937.

*In nomine Domini. Ego Donucius faber et uxori mea Ema femina comutatores sumus tibi Berengarii Reimundus. Manifestum est enim, quia de bono animo promptaque voluntate comutamus tibi terra nostra simul cum ipsa vinea, que habemus in territorio Barchinona, in parrochia Sancti Vincenti serrianensi, in locum vocitatum Falchuvi. Advenit autem mihi hec omnia prescripta per vocem uxori mee, et ad me Ema per genitorum meorum vel aliis quibuslibet modis. Et affrontat hec omnia iam dicta a parte orientis et meridie in alodio Sancte Crucis Sancteque Eulalie, ab occiduo in ipso torrente, a circi in vinea Bonefilius Fradelli. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comutamus tibi: vinea terra simul cum ipsa terra in qua est fundata, tota ab integre, propter alodium tuum, que nos accepimus in nostra comutatione, que positus est in parrochia Sancti Vincenti serrianensi, subtus Malum Consilium, iuxta ipsas terras Guilabertus Richarii et Ode femine, filiis filiabusque suis, nobis satis est placibile, et propter precium, quod dedisti nobis, mancosos XII. Et est manifestum. Quem vero prephatum alodium, que nos tibi comutamus, de nostro iure in tuo tradimus dominium et potestatem, totum ab integrum, ut facias exinde quodcumque volueris, cum exiis et regressiis earum, ad /<sup>a</sup> tuum plenissimum proprium. Quod si nos comutatores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc comutationem venerimus aut venerit pro inrumpendum, nil valeat, set componamus aut componat tibi prenotato alodio in duplo cum omni sua melioratione. Et in antea ista comutacio firma perm\an/eat omnique tempore.*

*Facta comutacione XIII kalendas februarias, anno XVI regni regis Philippi.*

*S+num Dunucius Iovan faber, s+num Emma femina, nos qui ista comutatione fieri iussimus et firmavimus et testes firmare rogavimus.*

*S+num Olibani Mironi. S+num Mironi Golmar. S+num Seniofre Baruz.*

*S+num Fulchoni presbiter, qui hec scripsit cum litteras supra positas in linea VIII<sup>a</sup>, et die et sss anno quo supra.*

## 1292

1076 gener 26

*Egurud ven a Bernat Guifré un alou que li havien empenyorat, situat al comtat de Manresa, al terme d'Artés, prop del castell vell, que té pels seus pares i per compra, pel preu de tres aimines d'ordi.*

ACB, perg. 1-4-341. Original. Pergamí 92 × 211 mm. Al verso: "de artis bona" (s. xi); "1074" (Mas).

*In nomine Domini. Ego Egurud femina venditrix sum tibi Bernardo Guifredi et sacer, emptor. Per anc meę venditionis scripturam /<sup>o</sup> vendo tibi alodium meum, quod tu tenes in pignus, qui incurrit in tuam potestatem. Et non possum redimere hec omnia de tua /<sup>o</sup> potestate, inde vendo tibi iam dicta omnia. Qui est hec omnia supra scripta in comitato Minorisae, in termine Artess, prope Castrum /<sup>a</sup> Vetere. Et advenit mihi iam dicta omnia per successionem parentorum et per emptionem atque per omnes voces. Qui afrontad hec omnia /<sup>o</sup> a parte orientis in serra de Callarios, a meridie in Matabano, ab occiduo in alveo Gavarera, de septentrionali vero /<sup>o</sup> parte desinit in Balcerubio. Quantum iam dicte afrontacio circummeunt et sicut afrontatur ab omnibus partibus, sic vendo /<sup>o</sup> tibi: iam dicta omnia, quantum ibi abeo per ullaque voces, absque ulla resservacione, pro precio minas tres orde. Et est manifestum. /<sup>o</sup> Quem vero supra scripta omnia, quod ego tibi vendo, de meo iure in tuo trado dominio et potestatem, ad omnia que volueris facere. /<sup>o</sup> Si quis omo vel femina ex quacumque persona anc cartam vinditionis disrumpere voluerit, nullo modo facere possit, sed in /<sup>o</sup> triplo hec omnia componat. Et insuper hec scriptura suum robur adimplead.*

*Que est facta VII kalendas febrarii, anno XVI<sup>11</sup> regnante rege Philipo.*

*Sig+num Egarud femina, qui hanc venditionem feci et firmavi firmarique rogavi.*

*Signum+<sup>/A2</sup> Raimundo Bernardi. Sig+num Bernardo Mir. Sig+num Bernardo Sendredi.*

*Que ehc omnia terras et vineas sunt cultas <sup>/A3</sup> vel eremas, cum casas, solos et suprapositos ortis, ortalibus, omnia que infra supra scriptę afrontationes abeo, totum tibi vendo <sup>/A4</sup> absque ulla resservatione.*

*<sup>/A5</sup> Ermengaudus ypodiaconus scripsit et sub sss in prefato die vel anno.*

## 1293

1076 febrer 11

*Guillem Sendred, levita, i el seu germà Berenguer venen a Salomó Baró una peça de terra situada a Banyols, pel preu de 12 mancosos en moneda de Barcelona.*

*ACB, perg. 1-1-1937. Original. Pergamí, 145 × 203 mm. Al verso: "In Bagneolis" [Dues frases en hebreu]; "De circi in terra de nos venditores dextros XI, de meridie in ripa de ipso stagno dextros XI, de occiduo \Bofil Sendre/ dextros XL, de aquilonis in terra de te Salomo dextros XL" (s. XIII-XIV); "Num... 1937" (s. XVIII); "Diversorum A. 1937" (Mas); "1076" (F-B). Caplletra "I": 6 línies.*

*In nomine Domini. Ego Guilielmo Sendre et fratri meo Berengarii venditor sumus tibi Salamo Barone, emptori. Per hanc scripturam vendicionis nostre vendimus tibi peciam unam terre et est ipsa terra intus in Bagenolis. Qui nobis advenit iam <sup>/B</sup> dicta terram per genitorum et per ullahque voces. Et affrontat iam dicta omnia de circi in terra de nos venditores et habet <sup>/A</sup> dextros XI, de aquilonis in terra de te emptori et habet dextros XL, de meridie in ripa de ipso stagno et ha-<sup>/B</sup>bet dextros XI, de occiduo in terra Bofilii Sendre et habet dextros XL. Quantum istas affrontaciones in-<sup>/B</sup>cludunt, sic vendimus tibi: iam dicta omnia ad integrum, propter <pre>cium mancosos XII auri monete Barchinone <sup>/C</sup> legitime pensatos. Quod tu emptor precium nobis dedisti et nos venditores manibus nostris recepimus. Et nichil <sup>/B</sup> de ipso precio aput te emptor non remansit. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia, que tibi vendimus, <sup>/B</sup> de nostro iure in tuo tradimus dominium et potestatem, ut quiquit exinde facere vel iudicare volueris, cum exios <sup>/A0</sup> et regresios earum, ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque <sup>/A1</sup> contra ista vendicione pro inrumpendum venerit, nil naleat, set componat aut nos componamus tibi iam <sup>/A2</sup> dicta omnia in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista vendicio firma permaneat omnique <sup>/A3</sup> tempore.*

*Actum est hoc III idus februarii, anno XVI regni Philipo regis.*

*S+num Berengarii, <sup>14</sup> \*+ Guilelmus levita\*, nos qui ista vendicione fecimus et firmamus et testes firmare <sup>15</sup> rogavimus. Et ego, prefato Guilelmo, no vendidi in ipsa vendicione nisi ipsum meum directum unum dextro.*

*<sup>16</sup> S+ Raimundi levite. <sup>17</sup> \*S+ Oliva levite\*.*

*<sup>18</sup> S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi et sss die et anno quod supra.*

## 1294

1076 abril 18

*Guisla, Dadó, francès, i Joan Pere, tutors del difunt Vivà Andreu, venen a Arnau Gontar una peça de terra situada al territori de Barcelona, al lloc anomenat Llacuna, amb intervenció del jutge Ramon Guitard, herència de Vivà, pel preu de 50 unces d'or.*

*ACB, perg. 1-4-270. Original. Pergamí 115 × 465 mm. Al verso: "1076" (Mas). Caplletra de 3 línies.*

*Vendicio per scripturam factam in omnibus optineat firmitate. Propter ea ego Guilie femine una cum Dodoni fran[ci]gine atque Iohanis Petri, nos qui sumus tutores et elem[osina]rum de condam Vivano Andries, in nomine Domini, venditores sumus tibi Arnallo <sup>2</sup> Gontarii, emptore. Per hanc scripturam vendicionis nostre vendimus tibi peciam unam terre in territorio barchinonensi, in locum que vocant ipsa Laguna. Qui nobis advenit anc terram per manumissuria de condam Vivano prescripto. Quia pre-<sup>β</sup>cepit nobis cisuum testamentum, unde iudicium obligatum tenemus et abemus, infra metas temporum asserie condicionis editum, ordinante Reimundo Guitardi, iudice, vendidissemus prelibatam terram et dedissemus de ipsum pecium pro anima <sup>α</sup> sua et patri suo vel [mat]ri ipsas duabus partes, aliam tercia partem ad coniugem suam Guilie prescripte, et ita facimus. Habet autem terminum hanc terram superius scriptam a parte oriente in Vierci et in terra Arbertus Bertrandi, a meridie in <sup>β</sup> littore maris, ab occi[duo] in Laguna Dantanna, ubi se iungent ipsas aquas, cum est terminatum et feixuriatum et valegad, a parte vero circi in terra de ipsa kanonica, sicut est simili modo terminatum et valegad. Quantum isti termini ambiunt atque <sup>β</sup> includunt, sic vendimus tibi: prelocutam terram integriter, simul cum exiis vel regresiis earum, propter precium*

*uncias quinquaginta auri et monete que hodie currit Barchinona, pensatos unumquemque ex ipsis mancosos uno argencio legitimo. /<sup>7</sup> Quas tu emptor precium exinde nobis dedisti et nos ad presens manibus nostris recepimus. Et est manifestum. Quem vero prescriptam terram, que nos tibi vendimus, de nostro iure in tuo tradimus dominium et potestatem, ab omni /<sup>8</sup> integritate, ad tuum plenissimum proprium alaudem. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc vendicione venerimus aut venerit ad intrumpendum, nil valeat, sed componat aut componamus tibi prescripta /<sup>9</sup> terram in duplum cum omni sua melioracione. Et insuper hoc maneat firmum omnem per evum.*

*Quod est actum XIII kalendas madii, anno XVI regni regis Phylippi.*

*S+ Guilie femine, \*s+ Ioanni Pere\*, /<sup>10</sup> s+ Dodoni Francigesie, nos qui hanc vendicionem fecimus et firmavimus et testibus firmare rogavimus.*

*S+ Bonefilii presbiteri. /<sup>11</sup> \*S+ Guilelmus sacer\*. \*S+ Compan levita\*. \*S+ Ugo Russ de Muntpestler\*. \*S+ Adroarii\*.*

*/<sup>12</sup> S+Arluvivus sacer, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

## 1295

1076 maig 1

*Vives Guillem, prepòsit, dóna a Arbert Berenguer i a la seva muller Adalgarda la meitat d'uns alous consistents en terres, vinyes, prats, pastures, monts, fonts, cases i arbres de diverses classes, situats a les parròquies de Santa Maria de Martorelles, Sant Fost [de Campsentelles] i Sant Vicenç de Mollet, que tindran mentre visquin i, a la seva mort, passaran a un dels seus fills, a la mort del qual seran de la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia.*

*ACB, perg. 3-27-291. Original. Pergamí, 115 × 489 mm. Al verso: "Memores simus de ipsis domibus de Martoreles" (s. xi); "Stabliment fet de diversos alous de la pabordia de janer que són en les parròquies de Martorelles, de Sent Fost et de Mollet" (s. xiv); "Filipus, 16, janer" (s. xvi); "Ex numero I prepositurae januarii" (s. xvii); "Prep. Janer, St. 27, r<sup>o</sup>" (1936-1939); "Senyal blau, 99"; "1076" (F-B). Caplletra "R": 2 ratlles.*

*Reperitur in V<sup>o</sup> libro censorum, titulo II<sup>o</sup>, capitulo VI<sup>o</sup>, ut res donatę, si in presente sint traditę, nulo modo repetantur a donatore.*

*Propter hoc ego Vivanus Guilelmi prepositus, tali auctoritate fultus, in Dei nomine, donator sum tibi Arberto Berengarii et tuę*

coniugi, <sup>1</sup> nomine Aza\gardi. Sit etiam manifestum quia per hanc scripturam istius meę donacionis dono solide atque delibere vobis prenominatis omnem medietatem cunctorum meorum alodiorum cum omnibus eorum limitibus et affrontacionibus, tam cultorum quam incultorum, scilicet de terris <sup>2</sup> et vineis, cultis et incultis, p\|r/atis et pascuis atque montibus, et de ipsis fontibus sive aquis et rivis, et de omnibus domibus, cum solis et suprapositis, et de arboribus diversorum generum, que habeo in parrochia Sanctę Marię de Martoreles, sive in parrochia Sancti Fausti, <sup>3</sup> et in parrochia de Sancti Vincencii de Mollet atque in eorum terminis, vel unquam habere debebo quocumque modo vel ordine. Advenerunt autem mihi hec omnia prenominata per vocem genitorum meorum sive per laxaciones et donaciones vel comparaciones sive aliquo alio modo vel ordine. <sup>4</sup> Hec vero omnia prenominata dono vobis in tali videlicet modo et ordine: ut solide et delibere habeatis modo et possideatis<sup>1</sup> et quamdiu vixeritis vos prenominati, hoc totum ad integrum; si vero unus ex vobis iam dictis obierit antequam alius, remaneat hoc totum <sup>2</sup> ad illum qui vivus erit; post mortem quoque de vobis ambobus prelocutis, habeat et teneat<sup>2</sup> hoc totum ad integrum, solide et delibere, unus vester filius aut filia, dum vixerint; post obitum eius, remaneat solide atque delibere ad Canonicam Sancte Crucis / Sanctę Eulalię, totum ad integrum,<sup>3</sup> absque<sup>4</sup> aliquo contrarietatis obstaculo. Si vero ego dator aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo hanc donacionem disrumpere vel rescindere temptavero aut temptaverat vel in aliquo dimovere, componam aut compo-<sup>4</sup>nat prelocuta omnia in triplum cum omni illorum melioracione. Et in antea hoc firmum permaneat semper.

Actum est hoc kalendas maii, anno XVI regni regis Philippi.

\*+ Vivas, levita atque prepositus\*.

<sup>1</sup> \*S+ Dalmacius sacer. \*S+ Riculphi levite\*. \*S+ Geralli Amati\*.  
\*S+ Ardenchus levite\*.

<sup>2</sup> S+ Mironis Donucii, qui hoc scripsit cum plurimis litteris rasis et rescriptis et subscripsit die et anno quo supra.

<sup>3</sup> Et habet prenominatus prepositus Vivanus Guilelmi cartam violariam de hoc, quam fecerunt ei prenominatus Arbertus et eius uxor. Et habet ipsam cartam Guilelmus Donucii, suus nepos, per commendacionem suam.

1. o titllada entre o i s. 2. Sota la n hi ha una t. 3. Sota la r hi ha una t. 4. ut solide ... abs escrit sobre quelcom de raspat.

1076 maig 5

*El comte Ramon Berenguer I de Barcelona i els seus fills Ramon Berenguer i Berenguer Ramon empenyoren a la Canònica de Barcelona la meitat de l'església i de la parròquia de Sant Andreu de Palomar amb els seus drets, pel deute que tenen amb la Canònica per raó de la donació de l'església i la parròquia de Santa Maria d'Olesa, amb els seus drets, que el comte en va rebre i que ell va donar a Albert Ramon a canvi de Castellví de la Marca, fins que ho tornin tot als canonges.*

ACB, perg. 1-1-256. Original. Pergamí, 111 × 305 mm. Al verso: "Carta impignoratio [lletres il·legibles: ±8] / comes [lletres il·legibles: ±25] / [lletres il·legibles: ±17] (s. XIII-XIV); "Permutatio et impignoratio facta per dominum Raymundum Berengarii, Dei gratia barchinonensem comitem, et eius filios ecclesiae sedis barchinonensis / de tota medietate ecclesiae et parochiae Sancti Andreae de Palumbario, cum suis / universis decimis et primiciis sive oblationibus, et cum omnibus iuribus / ad dictam medietatem quoquomodo pertinentibus. Et in cambium et / solutionem dictae impignoracionis ecclesia sedis barchinonensis dicto domino / comiti et filiis suis dedit, concessit et impignoravit ecclesiam sive paro-/chiam Sanctae Mariae de Aulesa cum iurium plenitudine, de qua constat / scriptura facta apud Mironem Donucii, tertio nonas maii, anno / decimo sexto regni regis Philippi"; "nº 256"; "[lletres il·legibles: ±6] del Col de Sant Andreu" (s. XVII); "Liber II Antiquitatum n. 202"; "Diversorum A 256" (Mas). Caplletra "I" ornamentada: 30 mm.

ACB, LA.II, n. 202, f. 70a-c. Còpia de mitjan segle XIII. Encapçalament de foli: ["Palomar"]. Rúbrica: "Raimundus Berengarii comes / impignoravit sedi medietatem ecclesie de Palomar per ecclesiam de Ollesa". Interior recto: "Titulus decimarum / Sancti Andree." (s. XIII-XIV); "n. 202" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini / 1076"; "La meytat del delme en la / parochia de Sant Andreu de / Palomar" (s. XVIII). Caplletra "I", tipus F: 8 línies.

Regest: Mas, Notes, vol. X, p. 117, n. 939.

*In Dei nomine.<sup>a</sup> Ego Raimundus Berengarii, gratia Dei barchinonensis comes, una cum filiis meis, scilicet, Raimundo Berengarii atque Berengario Raimundi, impignorores<sup>b</sup> summus<sup>b</sup> Domino Deo et sedis Sancte Crucis Sancteque Eulalię Kanonice.<sup>c</sup> Nos supra dicti simul impignoramus iam dicte Canonice omnem medietatem ecclesie et parro-/chie<sup>d</sup> Sancti Andree de Palumbario, cum suis universis decimis et primiciis sive oblacionibus,<sup>e</sup> et cum omnibus suis pertinentiis sive directis que ad prescriptam medietatem<sup>f</sup> quolibet modo vel ordine pertinent vel pertinere debent. Propterea (damus)<sup>1</sup> impignoramus/hec omnia predicta prenominate Canonice propter ecclesiam<sup>2</sup> sive paroechiam<sup>f</sup> Sanctę Marię de Aulesa, quam<sup>3</sup> ego Raimundus, \comes/ prenominate, accepi de predicta Canonica, cum suis universis decimis et primiciis et alodiis sive oblacionibus,<sup>3g</sup> que ad ipsam ecclesiam*



*pertinent. Et dedi hec omnia <sup>h</sup> predicta ad Arbertum Raimundi per precium Castri Vetuli de ipsa Marcha. Nos quoque prenominati de bono animo impignoramus prenominatam medietatem<sup>h</sup> de ecclesia et parrochia<sup>i</sup> / Sancti Andree de Palumbario, ita sicut superius comprehensum est, iam dicte Canonice in tali videlicet modo: ut predicta Canonica habeat et possideat eam, usque dum ego iam dictus Raimundus <sup>h</sup> comes<sup>4</sup> aut filii mei predicti redimam aut redimant predictam medietatem hanc de iam dicta Canonica, ita ut bene valeat emendatio ipsa quam fecerimus dicte Canonice et ut canonici <sup>h</sup> iam dicte Canonice libenter et cum magna sponte<sup>5</sup> accipiant illam emendationem.<sup>k</sup> Si vero ego Raimundus comes aut mei filii predicti aut ullus utriusque sexus vel ordinis homo <sup>h</sup> contra hanc cartam istius impignoracionis<sup>l</sup> venero aut venerint aut venerit ad inrumpendum vel infringendum sive rescindendum, componam aut componant sive componat prelocuta <sup>h</sup> omnia in triplum cum omni illorum melioracione.<sup>m</sup> Et postmodum firmum permaneat hoc semper.*

*Actum est hoc tercio<sup>n</sup> nonas maii, anno XVI<sup>6</sup> regni regis Filippi.<sup>o</sup>*

*<sup>h</sup>2 + Raimundi Berengarii comes, \*Reimundus +\*, s+num Berengarii Raimudi, nos qui hanc impignoracionem<sup>p</sup> fieri iussimus et punctis et litteris<sup>q</sup> /<sup>h</sup>3 firmavimus et testibus eam roborari fecimus.*

*S+num Bernardi Raimundi. S+num Renardi Amati.<sup>r</sup> /<sup>h</sup>4 S+num Sexeti.<sup>7</sup> S+num Guilelmi Bernardi de Odena.<sup>8</sup> \*S+num Deusdedit\*. S+num Renardi Guilelmi. S+num Bernardi Raimundi de Camarasa.<sup>5</sup> /<sup>h</sup>5 \*S+ Gerallus. \* S+num Comballi<sup>t</sup> Mironis. S+num Arnalli Mironis.*

*/<sup>h</sup>6 S+ Mironis Donucii,<sup>u</sup> qui hoc scripsit cum litteris<sup>v</sup> rasis et fusis et supra positis et subscripsit die et anno quo supra.*

*1. Ratllat. 2. Abreviatura supèrflua. 3. Sota la l hi ha una b. 4. Escrit al marge. 5. Sota la s hi ha una i. 6. Sota el V hi ha un I. 7. Hi ha com una mena d'accent sobre la segona e. 8. Hi ha una mena d'accent sobre la o i la e.*

*LA. a. In nomine Domini. b. sumus. c. Canonice. d. parrochia. e. oblationibus. f. parrochiam. g. oblationibus. h. medietatem. i. parrochia. j. predictamtem; tem expuntuat. k. emendationem. l. impignoracionis. m. melioracione. n. III. o. Philippi. p. impignoracionem. q. litteris. r. Les dues signatures anteriors són darrere la signatura de Deusdedit. s. Les dues signatures anteriors són darrere de la signatura d'Arnalli Mironis. t. Gomballi. u. Donutii. v. litteris.*

## 1297

1076 maig 9

*Bernat Bernat ven a Bertran Sendred i a la seva filla Ermengarda un alou situat al comtat de Barcelona, a la parròquia de Sant Boi,*

*al lloc que anomenen el Vilar, pel preu de 60 unces d'or en moneda de Barcelona.*

ACB, perg. 1-1-1866. Original. Pergamí, 174 × 388 mm. Cosida per la part inferior a la còpia en pergamí. Al verso: "Diversorum A. 1866" (Mas); "A-número 1866"; "1076" (F-B). Caplletra "I": cinc línies.

ACB, perg. 1-1-1866bis. Còpia, 24 gener 1155. Pergamí, 170 × 387 mm. Cosit per la part inferior al pergamí original. Al verso: "Sancti Baudilii" (s. XI); "Hec sunt carte Bermundi de Mediano numero V<sup>e</sup>" (s. XIII); "Num... 1866" (s. XVII); "1076" (F-B).

*In nomine Domini. Ego Bernardus Bernardi venditor sum vobis Bertrando Sendredi et filie tue Ermengardis, emptores. Per hanc scripturam vendicionis<sup>a</sup> meę vendo vobis alaudem meum proprium, /<sup>o</sup> in duobus locis positum, id sunt, terris et vineis et trilia, cum ipsa terra in qua sunt fundate, cum casis et curtis sive columbario, cum solis et superpositis, ostios et ianuas, simul cum ortis et ortalibus /<sup>o</sup> et ficulneis et puteis que infra sunt. Que est hec omnia in comitatu barchinonensi, in parrochia Sancti Baudilii, in locum quem dicunt ad ipso Vilar. Qui mihi advenit hec omnia per mea comparacione,<sup>b</sup> quam feci /<sup>a</sup> de Guilielmus Seniofredi et de uxori sue Arsindis,<sup>c</sup> vel per ullahque voces. Habet autem terminum ipsam terram et triliam et ipsis casis, ubi est ipso columbario cum ipsis ortis et ortalibus, a parte circii in strata /<sup>o</sup> publica qui pergit ad Eraprinanum vel ubique, ab oriente in terra Sancti Cucufati<sup>d</sup> cenobii, a meridie in terra de Ermeniardis<sup>e</sup> et in prato de me venditore, ab occiduo in alaude Berengarius Senio-<sup>f</sup>fredi. Aliam autem terram et vineis et mansionem que infra est, que sunt supra dictam stratam, afrontant ab oriente in vineis Sancti Cucufati<sup>f</sup> et in alaude de Ermeniardis,<sup>g</sup> a meridie in strata iam dicta, /<sup>o</sup> ab<sup>l</sup> occiduo in torrente et in alaude Berengarius Seniofredi, a parte vero circii<sup>h</sup> in alaude de prescripte Ermeniardis<sup>i</sup> et de me venditore. Quantum iste afrontaciones<sup>j</sup> includunt et isti ter-<sup>k</sup>mini ambiunt, sic vendo vobis: predicta omnia integriter, simul cum ecxiis vel regresiiis<sup>k</sup> earum, propter precium uncias LX auri vel penso atque monete que hodie currit Barchinonam. Quas vos epmtores pre-<sup>l</sup>cium mihi dedistis et ego ad presens manibus meis recepi. Et est manifestum. Quem vero prescripta omnia, quem ego vobis vendo, de meo iure in vestro trade dominium et potestatem, ab omni integritate, ad vestrum /<sup>o</sup> plenissimum proprium<sup>l</sup> alaudem, ad facere quicquid volueritis, ea rratione.<sup>m</sup> ut si morrierit<sup>n</sup> predicta Ermeniardis<sup>o</sup> sine infante, veniant unc<sup>p</sup> alaudes in potestate Bertrandi Sendredi sine /<sup>o</sup> ulla diminucione,<sup>q</sup> et si prenominata Ermeniardis<sup>r</sup> abuerit<sup>s</sup> infantes, veniant istos pre-*

*nominatos alaudes in sua potestate de prenominata Ermeniardis ad suum proprium alaudem, ad facere /<sup>12</sup> quicquid ecxinde<sup>u</sup> voluerit. Quod si ego venditor aut aliquis homo utriusque sexus qui contra hanc vendicionem<sup>v</sup> venero aut venerint ad inrumpendum,<sup>w</sup> nil valeat, sed<sup>x</sup> componad<sup>y</sup> /<sup>13</sup> aut componam vobis iam dicta omnia in duplum cum omni sua melioracione.<sup>z</sup> Et postmodum hoc maneat firmum omne per evum.*

*Quod est actum VII idus madii, anno X<sup>o</sup>VI<sup>o</sup> regni regis /<sup>14</sup> Philipi.*

*S+m<sup>aa</sup> Bernardus Bernardi, ego qui hanc vendicionem<sup>ab</sup> feci, firmavi et testibus firmare rogavi.<sup>ac</sup>*

*S+m<sup>ad</sup> Raimundo Poncii. S+m Sendredus Guifredi. /<sup>15</sup> S+m<sup>ae</sup> Bernardo Guilielmi. S+m<sup>af</sup> Guilielmus Seniofredi. S+m<sup>ag</sup> Raimundo Guadalli. S+m<sup>ah</sup> Bernardus Raimundi. S+m Petrus Raimundi. S+m<sup>ai</sup> Bo-/<sup>16</sup>nucius Guiriberti. S+m<sup>aj</sup> Adalbertus Mironi.*

*/<sup>17</sup> S+m Arluvinus sacer, qui hoc scripsit die et anno quo supra.<sup>ak</sup>*

*1. Escrit fora de la caixa d'escriptura.*

*Perg. 1-1-1866bis. a. venditionis. b. comparatione. c. Arssindis. d. Cucuphati. e. Ermengardis. f. Cucuphati. g. Ermengardis. h. circi. i. Ermengardis. j. affrontationes. k. regressiis. l. proprium plenissimum. m. racione. n. morierit. o. Ermengardis. p. hunc. q. diminutione. r. Ermengardis. s. habuerit. t. Ermengardis. u. exinde. v. venditionem. w. irrumpendum. x. set. y. componat. z. melioracione. aa. S+. ab. venditionem. ac. rogavi. ad. S+. ae. S+. af. S+. ag. S+. ah. S+. ai. S+. aj. S+. ak. Segueix S+m Petri de Corron, qui hunc translatum rogatus fideliter scripsit VIII kalendas februarii, anno XVIII regni Ledoici iunioris.*

## 1298

1076 maig 9

*Vives, prevere, fa donació a favor de Déu i de la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia de la Seu de Barcelona de la meitat de tots els seus alous, que comprenen terres, vinyes, arbres de diverses espècies, prats, fonts, rius i cases, situats a les parròquies de Santa Maria de Martorelles, de Sant Fost [de Campsentelles] i de Sant Vicenç de Mollet, l'altra meitat dels quals havia estat lliurada mitjançant escriptura a Arbert Berenguer.*

ACB, LA.III, n. 7, f. 3b-c. Rúbrica: "Vivanus canonicus dedit Sedi in ista carta medietatem suorum alodiorum in Molleto". *Inter columnas recto*: "n. 7"

(Caresmar); *exterior recto*: "Ista carta fuit prima" (s. XVIII). *Exterior verso*: "Anno Domini 1076" (s. XVIII). Caplletra "S" ornamentada: 5 línies.

Regest: MAS, *Notes*, vol. X, p. 117, n. 940.

*S<c>riptum reperitur in V Libro Censorum, titulo secundo, capi-tulo sexto, ut res donate, si in presenti sunt tradite, nullomodo repetantur a donatore. Idcirco ego Vivanus prepositus, tali auctoritativa auctoritate fultus, in Dei nomine, de bono animo donator sum Domino Deo et canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie. Sit etiam manifestum quia per hanc scripturam istius vicedonationis dono Domino Deo et iam dicte Canonice, solide atque delibere, omnem medietatem cunctorum meorum alodiorum, scilicet, de terris et vineis, cultis et incultis, et de arboribus diversorum generum que infra sunt, et de pratis sive pascuis et montibus sive fontibus et rivis atque aquis, et de omnibus domibus cum solis et suprapositis atque cum omnibus earum pertinentiis, et cum cunctis limitibus ⁊ sive affrontationibus de omnibus predictis alodiis. Hec quoque predicta alodia sunt in parrochia Sancte Marie de Martorelles, sive in parrochia Sancti Fausti, et in parrochia Sancti Vincentii de Molled, sive in eorum terminis. Omnia vero predicta alodia sive domos, et cuncta que nominatim sunt dicta, advenerunt mihi per vocem genitorum meorum sive per laxationes et comparationes vel alio quolibet modo vel ordine. Quantum inter predictas parrochias hodie habeo vel unquam habere debebo quolibet modo vel ordine, exceptus omnem aliam medietatem quam dedi, solide atque delibere, Arberto Berengarii, secundum quod continetur in scriptura illa quam ei exinde feci, cum omnibus earum pertinentiis, totum ad integrum, dono Domino Deo et predictae canonice ob remedium anime mee. Hec autem omnia, que dono Domino Deo et prelocute Canonice, solide atque delibere, de meo iure ad suum dominium et potestatem, cum ingresibus et egressibus suis, ad integrum trado, ut exinde faciat predicta canonica quodcumque sibi placuerit, ad suum plenissimum proprium. Si vero ego donator ad cuiuslibet sexus vel ordinis homo hanc donationem disrumpere temptavero sive temptaverit aut in aliquo dimovere vel rescindere voluerit, nil prosit, sed componam aut componat prelocuta omnia in triplum prescripte canonice. Et in antea hoc maneat firmum semper.*

*Actum est hoc VII idus maii, anno XVI regni regis Philippi.*

*S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit cum literis supra positis in linea VI et in IX, die et anno quo supra.*

## 1299

1076 maig 24

*Oleguer i la seva muller Guisla donen a la Canònica de Santa Creu i Santa Eulàlia de Barcelona un alou situat al comtat d'Osona, al terme del castell de la Manresana i Vilallonga, al lloc anomenat de Sant Ermengol.*

*Supra scripta autem omnia advenerunt nobis per comparacione sive per decimum vel per quascumque voces. Nos autem supra dicti donatores hoc totum, quod supra scriptum est, tibi <sup>β</sup> supra scripte filie nostre ad integrum damus atque de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem, cum omnibus eorum affrontacionibus et eorum ingressibus sive suis regressibus, et cum universis ad supra dicta <sup>β</sup> alodia quolibet modo vel ordine pertinentibus, ut facias exinde quodcumque tibi placuerit, ad tuum plenissimum proprium. Si vero nos donatores aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo donacionem hanc disrumpere aut infringere temptaverimus aut temptaverit, nil prosit, set componamus aut componat tibi hec supra scripta omnia in duplum cum omni sua melioracione. Postea <sup>β</sup> autem hoc maneat firmum omne per evum.*

*Quod est actum VII kalendas februarii, anno XVII regni regis Philippi.*

*S+num Sexet, s+num Ermesindis femine, nos qui hanc donacionem fecimus et manus proprias solitisque punctis firmavimus atque testibus sub scriptis eam firmari rogavimus.*

*<sup>/0</sup> S+num Durandi Blandrici. S+num Poncii Recosindi. S+num Arnalli Gontarii. S+num Bernardi Bonifilii.*

*<sup>/1</sup> S+num Poncii levite, qui hoc scripsit cum literis supra positis et fuis in linea II, et sub sss scripsit die et anno quo supra.*

*1. Ratllat.*

## 1310

1077 març 4

*Arbert Berenguer i la seva muller Adalgarda donen a Vivà Guillem les seves heretats situades al comtat de Barcelona, a la parròquia de Santa Maria de Martorell i a la de Sant Sadurní de Palau Dalmau.*

*ACB, perg. 3-27-337. Original. Pergamí, 146 × 302 mm. Al verso: "donació feta al pabordre de certes heretats que eren de Martoreyes"; "Vivans Guilelmi"; "de Martoreles"; "janer" (s. XIII); "Philipp XVII" (s. XVII); "prepositura gener stancia 27, n<sup>o</sup>" (1936-1939); "1077"; "senyal verd 66" (F-B). Caplletra: 3 mm.*

*In Dei nomine. Ego Arbertus Berengarii et coniux mea nomine Adalgars damus tibi Vivano Guilelmi \preposito/ ipsas nostras hereditates per cartam donacionis, <sup>β</sup> quam tibi facimus. Iam dictas vero hereditates dedisti nobis et liberasti \et vendidisti/ tua spontanea voluntate. Sunt namque in istis predictas hereditatibus <sup>β</sup> domi atque curtes et terre et vinee et garrice et que bosci, arbores quoque*

diversorum generum, et molinus cum proprio rego et caput rego /<sup>1</sup> atque cum omnibus rebus que molino sunt necessarię. Iterum iuxta supra dictum molinum est ibi trilia una, quam Francus plantavit. Et /<sup>2</sup> in ipsa ecclesia Sancti Martini, que in his hereditatibus prescriptis/ est edificata, iussum et senioraticum, quem nobis per donacionem sive libe-<sup>3</sup>racionem tuam evenit et per ullasque voces parentorum nostrorum pariter, cum pratis et pascuis atque fontibus aquarum sive decursibus donamus tibi. /<sup>4</sup> Est quoque haec omnia iam dicta in comitatu Barchinonę, in parrochia Sancte Marię de Martoreies. Supra scriptus autem capud regus, /<sup>5</sup> qui est in parrochia Sancti Saturnini de Palatio Dalmanę, qui nobis advenit per comparacionem sive donacionem atque liberacionem quam nobis fecisti, /<sup>6</sup> mittimus in hac donacione. Omnia autem, que nominatim superius sunt comprehensa, totum ab integrum damus tibi et liberamus, ut teneas et /<sup>7</sup> habeas dum vixeris, et post obitum tuum solide atque delibere cuncta superius conclusa revertantur absque ulla impedicione nobis predictis. /<sup>8</sup> Quod si nos donatores aut aliquis utriusque sexus \homo/ contra hanc cartam violariam venerimus aut venerit ad inrupendum, nil nobis prosit nec illi, /<sup>9</sup> sed componamus aut componat tibi prelocuta omnia in duplum. Et in antea hec donatio facta per cartam violariam firma maneat, dum /<sup>10</sup> vixeris. Omne vero quod superius dictum est, totum integriter damus tibi, exceptus hoc quod ibi habebamus et detinebamus priusquam hec cuncta /<sup>11</sup> nobis vendidisses et dedisses, \et retinemus ibi ipsam medietatem trilię quam emimus de Francho/.

Anno XVII regni regis Philipi, IIII nonas marc(h)i.<sup>1</sup>

S+num Arberti Berengarii, /<sup>2</sup> s+num Adalgardis coniugis eius, nos qui hanc donacionem fecimus et firmavimus et testibus eam firmari rogavimus.

/<sup>3</sup> S+num Geralli Amati. S+num Raimundi Gitardi. S+num Raimund Poncii.

/<sup>4</sup> S+Mironis Donucii, qui hoc scripsit cum litteris supra positis in tribus locis die et anno quo supra.

1. h ratllada per mitjà d'una taca.

1077 març 13

*Testament de Guillem Miró fet abans de pelegrinar a Sant Pere de Roma en el qual fa deixes de béns mobles i immobles, situats a Santa*

*Perpètua de Mogoda i la Garriga, especialment a la seva muller i als seus fills, i també a altres persones, tant laiques com eclesiàstiques, i a diverses institucions religioses com ara la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia de Barcelona i el monestir de Sant Cugat.*

ACB, 4-9-135. Original. Pergamí, 312 × 448 mm. Aquest pergamí estava doblegat en plec i presenta forats, de diferents mides, que afecten la lectura, sobretot, de les ratlles 8, 9, 27, 28 i 29. Al verso: "CXXXV"; "Testamentum Guilelmi Miro" (s. XIII-XIV), "9<sup>a</sup> Stantia Testamentorum Piae Elemosinae"; "N<sup>o</sup> 135" (s. XVI-XVII). Té impreses lletres d'altres pergamins, per contacte. Caplletra "I" ornamentada: 51 mm.

*In Dei nomine. Ego Guilelmus, prole Mirone, volo itinere ad Domino Deo et ad Sancti Petri Roma et Sancti Pauli et aliorum sanctorum, quod per-<sup>o</sup>gere cupio, et timeo penas inferni. Et ideo iubeo atque discerno ut fiat elemosinarii mei amici, id sunt, Vivane Guadalli, fratri <sup>o</sup> meo, et Mirone Richolfi et Seguini Iocfretidi et uxori mea Sicardis. Precor vos, amici mei supra scripti, ut si mors mihi advenerit in ista <sup>a</sup> itineracione aut in isto anno aut antequam alium testamentum faciam, plenam potestatem abeatís apprehendere ipsam meam elemosinam et dare pro ani-<sup>o</sup>ma mea, sicut ego vobis iniungo per ipsum meum testamentum.*

*In primis ad Canonica sede Sancte Crucis Sancteque Eulalia, uncia I auri Barchinona. Et ad Sancti <sup>o</sup> Cucufati cenobii consedo uncia I. Et consedo ad Sancti Micaellis de ipso Faio uncia I. Et consedo ad Sancta Perpetua uncia I. Et consedo ad Sancta Maria de ipso Pug un-<sup>o</sup>/cia I. Et consedo pro anima mea per misas ad Pedro Sendret et ad Remon sacerdos uncia I. Et ipsos manhusos supra scriptos fiat solutos de ipsos manhusos que <sup>o</sup> mihi debebat Beregarío Remon. Et est fidaca Mirone Amalrigo. Et ipsa uncia supra scripta de Sancta M[a]ria fiat soluta de ipsos manhusos qui mihi debebant <sup>o</sup> in Barchinona. Et consedo ad filio meo Bern\ar\idi Guiliemi, que vocant Vives, ipso meo asbergo meliore et [forat: ± 4]ano et ipsa espada et ipso kaval negro. Et consedo <sup>o</sup> ad uxori mea ipso kaval sor qui mihi dedit Pedro Ermegod. Et si voluit comparare ipso kavallo Pedro Ermegod, abebat illum per mens. Et consedo ad <sup>o</sup> Sicardis, uxori mea, (bove)<sup>o</sup> \parilio de bovos/ I, et asina I, et egua I, et uncias V de auro. Et consedo ad Vivas Gualli, fratri meo, uncias III auri Barchinona. <sup>o</sup> Et ad Guadal, fratri meo, uncia I. Et consedo ad Seguino Iocfretidi uncia I. Et consedo ad Magesindis, filia mea, pulino I sorre. Et consedo ad Ledgardis, <sup>o</sup> filia mea, ipso pregnato de ipsa eggua supra scripta. Et consedo ad Rosa, filia mea,*

uncias II auri, qui mihi debebat Guadalli Guilaberti. Et <sup>14</sup> consedo ad Bonuccio Plancher manchusos IIII, qui mihi debebat Guadal Oliba. Et consedo ad filio meo Bernardi, que vocant Vives, cubo I magore et tona <sup>15</sup> I maiore. Et consedo ad uxori mea alio cubo meliore et tonna I et ipso cubos VII/ et ipsa tonna, qui est ad ipsa Gariga. Et consedo ad Magesindis cubo I et <sup>16</sup> tona I. Et consedo ad Ledgardis cubo I et barilio I. Et consedo ad filio meo Bernardi, que vocant Vives, ipsas meas mansiones ubi ego abito, qui sunt in cimiterio <sup>17</sup> Sancta Perpetua; et ipsa vinea cum ipsa terra ubi est fundata, qui est ad Vila de Canos; et ipsa pecia de terra qui est prope ipsa vinea; et ipso meo/ alodio qui fuit de Eribal; et pecia I qui est super ipsa <sup>18</sup> mansione de Vivas Guadal, ubi Ballovino abita; et ipso meo alodio de Canalies qui mihi advenit de Artal fratri meo; et ipsa mea ereditate de alodio qui advenit <sup>19</sup> de mater mea. Et consedo ad Magesindis, filia mea, ipsa mansione cum ipsum alodium, qui est in circuitu, et ipsos arboribus qui dicunt ad ipsas Figeras ubi Geribert <sup>20</sup> abita; et ipsas vineas qui sunt super vila de Mogoda et ipsa vinea de Grasomorsel. Et consedo ad filio meo Bernardi, que vocant Vives, ipsas meas comparaciones <sup>21</sup> de ipsum alodium, que ego feci in parochia Sancte Estefani de ipsa Gariga. Et consedo ad Ledgardis, filia mea, ipsum meum alodium, qui est ad ipsa Archa vel ad ipsas <sup>22</sup> Comas. Et consedo ipsum meum alodium, qui est in parochia Sancte Estefane de ipsa Gariga, exceptus ipso supra scripto que consedo ad filio meo. Alium totum consedo ad filias <sup>23</sup> meas minores, exceptus Magesindis et Ledgardis, totum et ab integrum, in prono et plano, in silvis et garicis. Et consedo ad Remon Mirrone migeras III de blad ad novo, <sup>24</sup> et (g)<sup>2</sup> ad Guilelm Remon migeras III, et ad meo provender ad Remon sestarius I, et ad Oliba quarteras III. Alium meum abere quod remanet, id sunt, terris et vineis, cubos et tonas, vascula <sup>25</sup> maiore vel minore, et ipsa mea laboracione, tam de (le)<sup>3</sup> vetere quam de novo, totum consedo ad uxori mea: tenead et posideat in diebus vite sue sine ullum blandi-<sup>26</sup>mentum, et post obitum suom remanead quod superius resonat. [Espais en blanc: ±4]. Et si obit filio meo anteaquam et(e)atem<sup>4</sup> venerit aut sine infante, remanead <sup>27</sup> ad Magesisda; et si obit de illa sine infante de legitimo coniugio, remanead ad ali[a]s filias meas.

<sup>28</sup> Facto isto testamento III idus marcii, anno XVII regnante Filipo regi.

Sig+num Guilelmus [Miro]n[e, qui i]stum testamentum fieri fecit scribere et testes <sup>29</sup> firmare rogavi.

Sig+num Mirone Mar[c]hucio. Sig+num Lobos Duran.  
\*Sig+num [Ar]nal Mirone\*. \*Sss Peitrus presbiter\*.

<sup>/β0</sup> Reimundo sacer scripsit cum literas super positas in linea  
XI ubi dicit "parilio de bobis",<sup>5</sup> die et anno quod sss \supra/.

1. Ratllat. 2. Ratllada. 3. Raspada. 4. La primera e ratllada. 5. La  
i és el resultat d'una u amb el pal primer ratllat i expuntuat.

## 1312

1077 març 25

*El bisbe Umbert de Barcelona i els clergues de la Seu de la Santa Creu  
i Santa Eulàlia donen a Berenguer Adroer una peça de terra  
situada al territori de Barcelona, al lloc que anomenen Trullols,  
perquè hi planti vinyes durant els set anys vinents a canvi de  
la quarta part anual dels fruits d'aquesta.*

ACB, perg. 1-2-746. Original. Pergamí, 167 × 377 mm. Al verso: "Berengarii Atroarii  
et donacio episcopi" (s. xi); "LVI" (s. xiii); "n° 220"; "Stabliment fet per lo Bisbe  
y Canonges de la Seu de Barchinona à Berenguer Atroari de terra situada al territori  
de Barchinona, al lloch dit Trullols, à prestacio de la quarta parts dels fruyts"  
(s. xvii); "Mitja Escala, Armari 2, n. 746" (Caresmar); "Antiquit. II 55" (Mas); "1077"  
(F-B). Caplletra "I" que ocupa 7 ratlles.

ACB, LA.II, n. 55, f. 19d-20b. Rúbrica: "Carta que Canonica stabilivit Berengario  
Adroarii I petiam terre apud Trulios ad vineam". *Inter columnas verso*: "n. 55"  
(Caresmar). *Inter columnas recto*: "Anno Domini 1077" (s. xviii). Caplletra "I" que  
ocupa unes 18 ratlles.

Regest: Mas, Notes, vol. X, p. 122, n. 950.

*In Dei nomine. Ego Umbertus, gratia Dei Barchinonę pontifex,  
et omnis clericorum cętus Sedis Sanctę<sup>1</sup> Crucis Sanctęque Eulalię  
donatores sumus tibi Berengario Atroari tueque proge-<sup>2</sup>niei<sup>3</sup> et tue  
posteritati. Per hanc quippe scripturam istius nostre donacionis<sup>b</sup>  
damus tibi tueque progenie<sup>c</sup> et predicte posteritati peciam unam  
terre<sup>2</sup> ad plantandum. <sup>β</sup> Iam dicta vero pecia terre est in territorio  
barchinonensi, in loco qui nominatur Trulleolos. Advenit nobis  
donatoribus per vocem nostre matris Ecclesię vel ob collacionem<sup>d</sup>  
<sup>/^</sup> cuiuscumque fidelium aut quocumque alio modo. Terminatur  
autem iam dicta pecia terre a circitio<sup>e</sup> in strata publica, a parte  
orientali in torrente, a meridie <sup>/β</sup> in alodio Guilelmi Mironis et fratris  
eius, ab occiduo similiter in alodio Bernardi Guanalgaudi et ma-  
tris eius. Quantum prenominate affrontaciones terminant <sup>/β</sup> atque  
concludunt, sic damus tibi: predic<tam> terram et predictis personis  
integriter, simul cum ingressibus et egressibus suis, sub tali quoque*

*convenientia ut eam bene plantes /<sup>f</sup> de bonis vitibus, et advineas atque circumvalles, omnesque eius laboraciones<sup>f</sup> ei tribuas per hos septem<sup>g</sup> annos qui sunt venturi. Inter tantum quoque omnes fructus, quod /<sup>h</sup> Deus ibi dederit, faciamus eos recte div*<i>dere<sup>h</sup>* per unumquemque annum, ita ut tres partes sint tuę predictarumque personarum, et quarta pars, que mihi contingit meisque /<sup>i</sup> successoribus, tenebis eam per fevum, quia dono eam tibi, dum in hoc seculo vixeris. Quamcumque advineacionem volueris accipere, inter predictum terminum facies, et hic non feceris /<sup>j</sup> ullum alium senioraticum nisi nostrum aut successorum nostrum. Si vero tibi aut iam dictis personis necessitas vendendi evenerit aut inaliena<n>di,<sup>i</sup> facietis aut facies ad vestri /<sup>k</sup> consimiles, qui similiter donent nobis aut successoribus nostris ipsum quartum de fructibus, quos Deus ibi dederit, per unumquemque annum. Si vero nos donatores aut aliquis /<sup>l</sup> utriusque sexus homo venerimus aut venerit ad inrumpendum hoc vel infringendum, nil nobis valeat nec illi, sed componamus vobis aut componat prelocuta omnia /<sup>m</sup> in duplum. Et postmodum sit perhenniter firmum.*

*Actum est hoc VIII kalendas aprilis, anno XVII regni regis Filippi.<sup>j</sup>*

*/<sup>n</sup> \*Umbertus episcopus +\*. \*S+ Mironis presbiter\*. \*S+ Reimundus presbiter\*. /<sup>o</sup> \*S+ Guilelmi levite, qui et caputscole\*. \*S+ Stephanus levite\*. \*S+ Miro presbiter\*. /<sup>p</sup> \*S+ Petrus sacer\*. \*S+ Guilelmi levite\*. /<sup>q</sup> \*S+ Remundi levite, qui et iudicis\*. \*S+ Poncii sacricustos\*. \*S+ Dalmacius sacer\*.*

*/<sup>r</sup> S+ Mironis Donucii, qui hec scripsit cum litteris rasis in linea prima et secunda et subcripsit die et anno quo supra.*

*1. Sedis Sanctę escrit sobre quelcom de raspat. 2. Segueix quelcom de raspat, il·legible, interlineat i ratllat.*

*LA. a. proieniei. b. donationis. c. proieniei. d. collationem. e. circio. f. laborationes. g. VII. h. dividere. i. inalienandi. j. Philippi.*

### 1313

1077 març 25

*Umbert, bisbe de Barcelona, amb tots els clergues de la Seu, dóna a Berenguer Adroer i als seus descendents una peça de terra erma situada al territori de Barcelona, al lloc anomenat Trullols, perquè hi planti bones vinyes i a canvi de la quarta part dels fruits.*

ACB, perg. 1-2-715. Còpia, sense data. Pergamí, 183 × 311 mm. Al verso: "Karta de Truliols"; "Berengarii Adroarii scriptura" (s. xi); "XXXIII" (s. xiii); "Stabliment fet per lo Bisbe y Canonges a Berenguer Atroari de terra al lloch dit Trulleolos a cens de la quarta part dels fruyts" (s. xvi); "N° 107" (s. xvii); "Mitja Escala, Armari 2, n. 715" (Caresmar); "Antiquit. II. 33" (Mas); "1077" (F-B). Caplletres "H" i "T" que ocupen 1 i 3 ratlles, respectivament.

ACB, LA.II, n. 33, f. 11b-c. Rúbrica: "Carta que Canonica dedit Berengario Adroarii terram ad plantandum apud Truliols". *Inter columnas recto*: "n. 33" (Caresmar). *Exterior verso*: "Anno Domini 1077" (s. xviii). Caplletra "H" que ocupa 10 ratlles.

Regest: MAS, *Notes*, vol. X, p. 122, n. 951.

*Hoc est exemplar fideliter translatum ipsius scripture precarię<sup>a</sup> donacionis<sup>b</sup> quam Umbertus, barchinonensis episcopus, fecit Berengario Atroarii, que taliter incipit.*

*℞ In Dei nomine. Ego Umbertus, gratia Dei sanctę Sedis barchinonensis pontifex, pariter cum omni clericorum cetu iam dicte Sedis, donator sum tibi Berengario <sup>β</sup> Atroarii, tue progenię<sup>c</sup> et tue posteritati. Manifestum sit etiam quia per hanc scripturam istius mee donacionis<sup>d</sup> dono tibi tueque progenię<sup>e</sup> et iam dicte posteritati <sup>℞</sup> terram nostram heremam et incultam ad plantandum per hanc cartam precariam. Predicta vero terra est petia una, que est in territorio barchinonensi, in loco qui nominatur <sup>β</sup> Trulleolos.<sup>f</sup> Advenit nobis donatoribus per vocem nostrę matris Ecclesię vel ob collationem cuiuscumque fidelium aut quocumque alio modo. Terminatur vero iam <sup>β</sup> dicta petia terrę<sup>g</sup> a parte circi in strata publica, ab oriente in torrente, a meridie in alodio Guilelmi Mironis et fratris eius, ab occidente in alodio <sup>℞</sup> similiter Bernardi Guanalgaudi et matris eius. Quantum prenominate affrontaciones circumeunt<sup>h</sup> atque terminant,<sup>2</sup> sic damus tibi prelocutam terram et iam dictis <sup>β</sup> personis integriter, simul cum ingressibus et egressibus suis, sub tali quoque convenientia:<sup>h</sup> ut eam bene plantes de bonis vitibus, et advineę et bene circumvalles, <sup>β</sup> omnesque eius laboraciones<sup>i</sup> ei annuatim tribuas per hos septem<sup>j</sup> annos qui sunt venturi; inter tantum omnes fructus, quod Deus ibi dederit, per unumquemque annum faciamus <sup>℞</sup> eos recte<sup>k</sup> dividere ita ut tres partes sint tue tueque progenię,<sup>l</sup> et quarta pars mihi Umberto prescripto remaneat meisque successoribus,<sup>m</sup> exceptus unde<sup>3</sup> ad<sup>℞</sup> vineatio<sup>4</sup> quamcumque voveris accipere inter prelocutum terminum. Predicta vero quarta pars, que mihi Umberto meisque successoribus debet contingere, tenebis eam per fevum, <sup>℞</sup> dum in hoc seculo vixeris. Si vero vobis necessitas vendendi evenerit aut inalienandi, hoc non sit vobis licitum nisi mihi meisque successoribus vendere aut inalienare. Si vero*

*/<sup>3</sup> noluoero emere aut noluerint vestram medietatem de predicta terra et vinea inter XXX<sup>a</sup> dies, in quibus fuero ammonitus aut fuerint, licentiam habeatis vendere aut in-<sup>4</sup>alienare ad vestri consimiles, qui donent nobis ipsum quartum per unumquemque annum de fructu, quem Deus ibi dederit. Vos vero receptores ibi ullum alium senioraticum non feceri-<sup>5</sup>tis ibi nisi nostrum. Et si de hac carta precaria te volueris Berengarium abstrahere aut voluerint, composueris mihi libras II auri puri aut meis suc-<sup>6</sup>cessoribus. Si vero nos donatores aut aliquis utriusque sexus homo venerimus ad<sup>7</sup> inrumpendum hoc aut infringendum, nil nobis valeat nec illis, set componamus aut compo-<sup>7</sup>nat vobis prelocuta omnia in duplum. Et postea sit in eternum firmum.*

*Actum est hoc VIII kalendas aprelis,<sup>n</sup> anno XVII regni regis Philipi.<sup>o</sup>*

*1. A sota, raspat. 2. Abreviatura d'ur sobre t, raspada. 3. de restituiit seguint la còpia. 4. ad restituiit seguint la còpia. 5. Sota la d hi ha una t.*

*LA. a. precharia. b. donationis. c. proieniei. d. donationis. e. proieniei. f. Truleols. g. terre. h. conveniencia. i. laborationes. j. VII. k. Sota la e hi ha una o seguida d'una s expuntuada. l. proieniei. m. Segueix debet contingere subratllat amb la intenció d'anul·lar-lo. n. apri-lis. o. Philippi.*

## 1314

1077 març 27

*Ponç Arnau i Arnau Arnau, germans, renunciem a favor del seu germà Pere Arnau un alou que tenen dels seus pares i que conté terres, vinyes, cases, horts cultivats amb tota mena d'arbres i sense cultivar, situat al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu de Palomar, a Vilapicina.*

*ACB, perg. 1-1-2289. Original. Pergamí, 233 × 180 mm. Al verso: "Villapiscina carte empicio mei Petri Arnaldi canonici" (s. XI-XII); "Num... 2289" (s. XVII); "Liber II Antiquitatum. N. 223"; "Diversorum N.2289" (Mn. Mas); "1077" (F-B). La caplletra ocupa tres línies.*

*ACB, LA.II, n. 223, f. 77-78d-a. Rúbrica: "Carta de eodem". Inter columnas verso: "n. 223". Inter columnas recto: "anno domini 1077".*

*Regest: Mas, Notes, vol. X, p. 123, n. 952.*

*In nomine Domini. Ego Poncius Arnalli et Arnallo Arnalli, uterque fratres, manifestum facimus uni-<sup>2</sup>versis qualiter pacificamus et difinimus<sup>a</sup> sive evacuamus tibi Petro Arnalli, fratri nostro, ipsum <sup>2</sup>alodium qui fuit patri nostro et matri nostre, id sunt, terris et*



vineis cum domibus et curtes, <sup>/</sup> cum solis et suprapositis, ortos et ortales, tam cultum quam eremum, sive omnia genera arborum <sup>/</sup> qui infra predictum alodium sunt. Est autem hec omnia in t<er>ritorio<sup>b</sup> barchinonensi, in parro-<sup>/</sup>chia Sancti Andree de Palumbario, ubi dicunt Villapiscina, vel ad ipsam Tonniam. Terminatur <sup>/</sup> autem predictum alodium ab oriente in torrente pluviali tempore decurrente et in via que ducit <sup>/</sup> ad iam dictam ecclesiam Sancti Andree vel ubique; a meridie in terra Rodlendis femine sive in terris et vineis <sup>/</sup> qui fuerunt Geriberti presbiteri vel in ipsa riera qui venit de Orta; ab occiduo in vinea Sancte Eulalie <sup>/</sup> et in alodio tam Rodlendis quam Adaledis sive in ipso torrente qui est super ipsam mansionem Gu<i>llemi <sup>/</sup> Donnucii, quo vadit usque ad ipsum Montedellus et in ipsum puteum de iam dictum Montedellus, vel in <sup>/</sup> superiori margine procul ad ipsam tonnam et in vineis qui fuerunt Ermengaudi Goltredi et suorum <sup>/</sup> heredum; a parte vero circi in alodio et in vineis Canonice<sup>c</sup> Sancte Crucis Sancteque Eulalie et <sup>/</sup> in ipso torrente que venit de Romaned. Quantum infra predictos terminos per modum <sup>/</sup> supra dictum abemus vel abere debemus, tibi iam dicto Petro fratri nostro ad integrum eva-<sup>/</sup>cuamus, pacificamus et difinimus<sup>d</sup> [ $\pm 29$ ],<sup>1</sup> ut ab hodierno die <sup>/</sup> et tempore securus/ possideas ea omnia atque quietus/ teneas absque ullius contrarietatis obstaculo, <sup>/</sup> ad tuum plenissimum proprium. Si autem nos evacuatores et definitores aut cuiuslibet sexus vel <sup>/</sup> ordinis homo hoc disrumpere temptaverimus, sive temptaverit nil prosit, set componat aut <sup>/</sup> componamus tibi predicta omnia in duplo cum omni sua melioratione. Et postmodum hoc maneat <sup>/</sup> firmum omne per evuum.

Hactum<sup>e</sup> est hoc VI<sup>o</sup> kalendas apreli, anno X<sup>o</sup>VII<sup>o</sup> regni <sup>/</sup> Philipi<sup>f</sup> regis.

Sig+num Poncius<sup>2</sup> Arnalli. Sig+num Arnallo Arnalli, <sup>/</sup> nos qui hanc evacuationem, pacificationem et definitionem fecimus et firmavimus <sup>/</sup> et testes firmare rogavimus.

Sig+num Adaledis femina, sig+num <sup>/</sup> Maria femina, sig+num Iarsendis femina, sig+num Hisarnuus<sup>g</sup> Suniarii, <sup>/</sup> nols/ qui \h/oc supra scriptum confirmamus.

Sig+num Gerbertus Primi. Sig+num <sup>/</sup> Raimundi Guilelmi. Sig+num Raimundi Cativelli. Sig+num <sup>/</sup> Guilelmi Guitardi. Sig+num Sendredus Bonifilii. /S+ Gui[l]jelmus Atoni\.<sup>29</sup> \*S+ Arluvinus sacer\*. S+ Iohanis presbiteri\*. \*S+ Berengarii levite/\*.<sup>30</sup>

Raimundus sacer, qui hoc scripsit cum litteras fusas in linea XVI et sub ssss die et ann\o/ quo supra.

1. *Ratllades intensament.* 2. *Sota la u hi ha una o.*

LA. a. *diffinimus.* b. *territorio.* c. *Canonice.* d. *diffinimus.* e. *ac-*  
*tum.* f. *Philippi.* g. *Isarnus.*

## 1315

1077 abril 2

*Definició feta pels germans Ponç, Arnau, Maria, Arsenda i Adelaida a favor de llur germà Pere, clergue, de l'alou de la Tona, que aquest havia rebut del seu difunt pare, Arnau Vidal d'Horta, mercès al consell de Geribert Isarn, Geribert Ató, Geribert Prim, Isarn Sunyer, Guillem Guitard, Ramon Captivell, Pere Geribert, el prevere Arluví i altres, després de nombrosos contenciosos entre els germans.*

ACB, LA.II, n. 226, f. 78d-79a. Rúbrica: "Carta quod Arnallus Vitalis de Orta dedit Petro clerico, filio suo, alodium de Ventosa et cetera". *Inter columnas verso*: "n. 226" (Caresmar). *Inter columnas recto*: "Anno Domini 1077" (s. xviii). Caplletra "S" ornamentada: 4 línies.

Regest: Mas, *Notes*, vol. X, p. 123-124, n. 953.

*Satis est manifestum quomodo Arnallus Vidalis de Orta dedit Petro clerico, filio suo, ipso alodio que dicunt ad ipsam Tonnam, in illo videlicet tempore quando Balluvinus Ansovallus in abscon(dito)lso<sup>a</sup> sive subito vulneravit eum et venit prenominatus Petrus, filius suus, et duxit suo patre in Barchinona, in ipsos domos quas emit de Ermumirio Rusticio et que sunt medicos, qui curaverunt eum, et ad patrem suum et ad ipsos medicos servivit in quantum potuit et necesse fuit. Et sano facto patre suo, dedit ad iam dicto Petro, filio suo, ipso alodio de iam dictam Tonnam, ita ut iussit illum imparare et plantare ipsos arbores qui ibi sunt et ipso omine mittere et per manu sua in ipso alodio stare et in ipsa mansione. Et quando obiit ex hoc seculo, predictus Arnallus in ipso alodio quam abebat ab oram rieram Orta, contra villam de Romaned, ab ipso Montedzellus, sive in aliis locis, concessit simul in unum filiis et filiabus suis. Quod prenominatus Petrus quesivit ipsam hereditatem in iam dicto alodio, quod pater suus dimisit inter invicem fratres sive sorores. Et resonat in ipso testamento sive iudicio, sicut est corroboratum. Propter hoc et pro aliis causis venerit adlocuciones et contenciones inter invicem fratres et sorores. Contra hanc contentiones venit Gerbertus Isarni et Gerbertus Atoni et Gerbertus Primi et Isarnus Suniarii et Guilelmus Guitardi et Rei-<sup>a</sup>mundus Captivelli et Petrus Gueriberti et Arluvinus presbiter et alii plurimi viri, qui adfuerunt ibi et*

*dederunt consilium inter invicem fratres et sorores et rogaverunt iam dictum Petrum ut definisset ipsam hereditatem, quem adquisivit in iam dicto alodio, ad fratres et sorores su(i)as<sup>2</sup> in tali modo: ut fratres et sorores suas evacuassent et definissent ipsum alodium de ipsam Tonnam et omnem alodium qui fuit patre illorum, quod abebat et tenebat prenominatus Petrus. Quod iam dictus Petrus adquevit consilium et deprecatio eorum et noluit contendere cum fratres et sorores suas, definivit per scripturam evacuacionis iam dictam hereditatem ad fratres et sorores suas. Quod similiter Poncius et Arnallus et Maria et Arsendis et Adaledis femina, uterque fratres et sorores, definierunt ad prenominatum Petrum, frater illorum, per scripturam evacuationis manus illorum firmitas iam dicto alodio de ipsa Tonnam et omnem alodium qui fuit patris et matris illorum, quod tenebat et abebat prenominatus Petrus ex patre suo, toto ab integre, ad suum proprium, ut faciat quicquid voluerit.*

*Quod factum est IIII nonas aprilis, anno XVII regni Philippi regis.*

1. dito expuntuat. 2. i expuntuada.

### 1316

1077 abril 2

*Adelaida, Maria i Garsenda, germanes, defineixen i evacuen a favor de llurs germans Pere Arnau, Ponç i Arnau Arnau un alou que havia estat de llurs pares, situat al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu de Palomar, al terme d'Horta i de Vilapicina, a Tona.*

*ACB, LA.II, n. 215, f. 75b-c. Rúbrica: "Adaled et sorores eius diffinierunt Petro Arnalli suas hereditates per patrem et matrem pertinentes". Inter columnas recto: "n. 215" (Caresmar). Exterior verso: "Anno Domini 1077" (s. xviii). Caplletra "H" ornamentada, tipus A: 6 línies.*

*Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 124, n. 954.*

*Hec est translatio de ipsa scriptura evacuationis et diffinitionis que fecerunt Adaledis femina, sorores suas Maria et Garsendis, femine, ad Petro Arnalli et fratres suos.*

*In nomine Domini. Ego Adaledis femina et sorores meas Maria et Garsendis femine diffinitrices sive evacuatrices sumus tibi Petro Arnalli ⁊ et Poncius et Arnallo Arnalli, fratribus nostris. Diffinimus et evacuamus vobis, prescriptis fratres nostri, omne alodium qui fuit*

*patri nostro et matri nostre, tam cultum quam eremus, pronum et planum, et omnia genera arboribus sive domibus a quacumque ordine pertinentibus, ut ab hodierno die et tempore securi atque quieti possideatis et teneatis ea omnia, toto ab integrum, ad vestrum plenissimum proprium, ut faciatis quodcumque volueritis, exceptus ipso alodio sive domibus quod vos nobis dedistis et evacuastis, sicut resonat in ipsa scriptura, quod vos nobis exinde fecistis. Quod si nos evacuatrices aut ullus homo utriusque sexus qui contra hanc definitionem sive evacuationem venerimus aut venerit ad inrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aut componamus vobis predicta omnia in duplo. Et in antea ista diffinitione atque evacuatione firma maneat in perpetuum. Et est ipso alodio, quod nos definimus et evacuamus, in territorio barchinonense, in parrochia Sancti Andree de Palumbario, in termine Orta sive ad Villapiscinam vel ad ipsam Tonnam.*

*Quod factum est hac definitione sive evacuatione IIII nonas aprilis, anno XVII regni Philippi regis.*

*Et supra dictam definitionem fuit facta in Orta, ubi dicunt Susribas, ad ipsum Monte\de\llus.*

*Adaledis femina, Maria femina, Garsendis femina, nos qui hanc evacuationem et definitionem fecimus et firmavimus secundum supra scriptum est et testes firmare rogavimus. Hisarnus Suniarii, Raimundus Isarni, Bernardus Isarni, hoc supra scriptum confirmanti.*

*Arluvinus sacer, Raimundi Captiveli, Sendredus Bonefilii, Raimundi Guilelmi, Guilelmi Guitardi, qui hoc firmaverunt.*

*Et sicut hic scriptum est, comendavit Petrus Arnalli ad Poncius fratri suo in presencia Guilelmus Guitardi et Reimundus Arluvini et Guilelmus Galindi et Ermengaudus Baiulus et alii qui aderant viri sub tali tenore: ut iam dictus Petrus recuperasset ipsum scriptum, sicut est corroboratum, quantisque vicibus opus abuisset.*

### 1317

1077 abril 20

*El bisbe Umbert de Barcelona dóna a Arnau Gonter una peça de terra situada al burg de la ciutat de Barcelona, prop de l'església de Sant Cugat, perquè hi edificà cases i hi fàc horts closos per parets i a canvi li doni un cens anual de tres porcs, cadascun dels quals valorat en 2 mancusos d'or en moneda de Barcelona,*

*per la festivitat de Sant Feliu, pel preu de 4 unces d'or pur en moneda de Barcelona.*

ACB, LA.I, n. 289, f. 116a-b. Rúbrica: "Stabilimentum cuiusdam pecie terre prope Sanctum Cucuphatem". Interior recto: "n. 289"(Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1077" (s. xviii). Caplletra "H" ornamentada, tipus A: 4 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 124-125, n. 955.

*Hoc est translatum fideliter translatum.*

*In Dei nomine. Ego Umbertus, gratia Dei sancte sedis Barchinone pontifex, pariter cum omni clericorum cetu mihi subdito, donator sum tibi Arnallo Gontari. Sit etiam manifestum quia per hanc scripturam istius nostree donationis dono tibi Arnallo pre-nominato peciam unam terre, quam habemus in burgo civitatis Barchinone, prope ecclesiam Sancti Cucuphatis. Hec namque terra advenit nobis per vocem nostre matris Ecclesie et quibuslibet aliis modis. Affrontat quoque a parte orientis in ripam rivi, a parte vero meridiei in via de Merdantiano, ab occiduo in parietibus et in orto de te predicto Arnallo et nepotis tui Poncii Guilelmi, de circio in publico itinere. Quantum pre-nominati termini concludunt atque circumeunt, sic dono ego Umbertus, cum omni congregatione pre-nominata, tibi Arnallo prescripto: iam dicta terra, sub tali quoque conveniencia: ut ibi hedifices domos et ortos et concludas parietibus. Dabis namque mihi prelibato Umberto et successoribus meis per unumquemque annum tres porcos, qui valeant unusquisque ex illis mancusos II<sup>os</sup> auri monete Barchinone, pensati de argent*l*i/o in argencio. Hoc quoque faci(a)\e/s<sup>t</sup> ad festivitatem Sancti Felicis, que est per kalendas augusti. Et non erit licitum tibi Arnallo predicto ibi ullum senioraticum facere aut proclamationem, nisi meum aut successorum meorum. Si vero tibi necessitas fuerit aut voluntas vendendi hoc aut impignerandi, feceris ad homines tui consimiles vel ad vicinos tuos, qui similiter censum predictum reddant mihi aut successoribus meis ad iam dictum terminum, quia non habueris licenciam ut facias ulli principi vel militi illud edificium, quod supra insertum est, si non feceris, sicut convenis, illi quibus vendideris vel dederis, adimpleant et faciant. Ego vero prelibatus Umbertus accepi propter <sup>b</sup> hanc donationem, quam tibi Arnallo feci, uncias IIII auri puri monete Barchinone per precium. Quisquis autem ex utraque parte, tam videlicet donatoris quam acceptoris, hoc disrumpere voluerit aut infringere, aut si aliquis successorum meorum facere voluerit, nil valeat, sed componat aut componant predicta omnia in duplum. Et maneat postmodum semper firmum.*

*Facta carta istius donationis XII kalendas madii, anno XVII regni regis Filippi.*

*@Umbertus episcopus@. + Bernardus archidiaconus. S+m Guilelmus Berengarii. S+ Raimundus Geribertus. S+ Bernardus levite. S+ Poncii sacricustos. S+ Stephanus levite. (s+)<sup>2</sup> S+ Dalmatius sacer. S+ Berengarii subdiachoni.*

*S+ Mironis Donucii, qui hec scripsit cum litteris supra positis (in linea)<sup>3</sup> et rasis die et anno quo supra.*

*S+m magistri Guilelmi presbiteri, sig+m Petri presbiteri, sig+m Bernardi de Colle presbiteri, s+m Raimundi presbiteri, sss+ Geralli presbiteri, s sss m Berengarii de Montetorneso, sig+m Guilelmus sacer, sig+num Arnaldi de Calidis, nos huic translationi presentes adfuimus.*

*S+m Arnaldi de Serriano scriptoris, qui hoc translatum scripsit cum litteris apositis in linea III<sup>a</sup>, nonas iunii, anno M CC II.*

1. *Sota la e hi ha una a anul·lada.* 2. *Anul·lat mitjançant repetició.* 3. *Expuntuat.*

## 1318

1077 maig 23

*Emelianda, vídua de Ramon Bonfill, amb Arnau Gontar, Guislabert Sabater i Ponç Bonfill, germà de Ramon, venen a Hug la meitat d'unes cases [situades a Barcelona], pel preu de 22 unces d'or en moneda de Barcelona.*

*ACB, perg. 3-23-24. Original. Pergamí, 206 × 281 mm. Al verso: "Petrus de Leu" (s. XI); "Cubiculum III, Palomar, Scrinium 23, n. 24" (Caresmar). Caplletra "I": 6 ratlles.*

*In Dei nomine. Ego Emelianda femina, coniux quę fui Raimundi Bonifilii, qui olim obiit, et Arnallus Guontarii et Guilabertus Sutoris et Poncius <sup>β</sup> Bonifilii, frater iam dicti Raimundi, pariter venditores sumus tibi Ugoni, [espai en blanc: ±11] epmtori. Sit eciam manifestum quia per hanc scripturam istius <sup>β</sup> nostrę vendicionis vendimus tibi Ugoni prenominato medietatem omnium domorum cum omnibus illarum directis sive pertinenciis, quę fuerunt prenominati Rai-<sup>β</sup>mundi et<sup>l</sup> de me Emelianda sua coniuge dudum. Advenerunt autem mihi Emeliande per vocem genitorum meorum sue quocumque alio modo vel ordine. <sup>β</sup> Predicto vero Raimundo advenerunt per me. Habent autem affrontaciones predictę domus*

*ab oriente in orto<sup>2</sup> Ermesindis(is)<sup>3</sup> femine, a parte vero <sup>6</sup> meridiei in domibus Gerberge Frugis, ab occidente in calle et in pariete communi que est inter nos et Vivanum Thibogerii, a<sup>4</sup> circea / quoque parte in Merdanciano. Quantum predicti termini ambiunt atque terminant, sic vendimus tibi: ad integrum, ad tuum plenissimum proprium, medie-<sup>8</sup>tatem predictam, cum omnibus rebus sibi pertinentibus, et omne nostrum directum quod ibi modo habemus vel unquam habere debemus quocumque modo. Et de nostro iure in <sup>9</sup> tuum tradimus dominium et potestatem, solide et delibere, ad faciendum quodcumque inde facere volueris. Accepimus quoque precium de te emptore <sup>10</sup> propter iam dictas domos uncias XX<sup>11</sup> duas auri monetę Barchinonę. Et de predicto precio nichil apud te remansit, set nos habuimus illud. <sup>11</sup> Et est manifestum. Predictę vero due untię fuerunt date in ipsa parte predictarum domorum, que tangit ad filium de Raimundo prenominato et de me Eme-<sup>12</sup>lianda sua coniuge. Si vero nos venditores aut aliquis utriusque sexus homo hoc dirumpere vel infringere voluerit aut si nos voluerimus, <sup>13</sup> componamus aut componat tibi predicta omnia in duplum. Et postmodum hoc perhemniter sit firmum.*

*Factum est hoc X kalendas iunii, <sup>14</sup> anno XVII regni regis Filippi.*

*S+ Emeliandę. S+ Arnalli Guontarii. S+ Guilaberti Sutoris. <sup>15</sup> S+ Poncii.*

*S+ Guisle femine. \*S+ Guilelmus sacer\*.*

*<sup>16</sup> S+ Mironis Donucii, qui hoc scripsit et subscripsit die et anno quo supra.*

*1. Segueix non ratllat. 2. Sota la o hi ha una e. 3. is repetit. 4. Segueix una d ratllada.*

## 1319

1077 maig 30

*Ramon Gotmar permuta amb Umbert, bisbe de Barcelona, i la seva Canònica unes terres i vinyes que té al Maresme, al terme de la vila de Pomar, al lloc dit Llefia, a la parròquia de Santa Maria de Badalona.*

*ACB, LA.II, n. 390, f. 132d-133a. Rúbrica: "R. Gomar comutavit sedi terras, vineas et culta alia in Bitulona". Inter columnas verso: "n. 390" (Caresmar). Inter columnas recto: "Anno Domini 1077" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 6 línies.*

*Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 125, n. 956.*

*In nomine Domini. Ego Raimundi Gondemari commutator sum vobis domno Umberto episcopo et cuncta congregatione canonicali tibi subdita. Manifestum est enim quia comuto vobis terras meas et vineas, et ipsa terra ubi ipsas /<sup>a</sup> vineas sunt fundatas, separatim positas in septem locis. Que sunt in comitatu Barchinone, in Maritimam, in parrochie Sancte Marie Bitulone, locis vocitatis Niphiano, sive in termine de villa Pomar. Advenerunt mihi Raimundo hec omnia supra scripta per vocem genitorum meorum sive per aliquas quascumque voces. Terminantur autem hec omnia a parte oriente in torrent vocitato Kanalies, a meridie in litus maris, ab occidente in flumine Bisocio, a circio in mont de Castelar sive in mont de Capsenteges. Quantum isti termini ambiunt et concludunt, sic comuto vobis ego Raimun, sicut iam supra insertum est, et de meo iure in vestrum trado dominium et potestatem, ut faciatis exinde quodcumque volueritis. Quod si ego comutator aut aliquis homo utriusque sexus contra hanc comutationem venero aut venerit ad intrumpendum, nil valeam aut valeant, sed componam aut componant vobis in triplum. Et insuper firmum permaneat omni tempore.*

*Quod est actum III kalendas iunii, anno XVII regni Philippi regis.*

*Sig+m Raimundi Gondemari, qui hanc comutacionem feci et firmavi et testibus firmare rogavi.*

*Sig+m Guilielmi Petro. Sig+m Durandi Baroni. Sig+m Martini Ysarni. Sig+m Raimundi Olibani. Sig+m Gondemari Atoni.*

*Bonifilius sacer scripsit sub die et sss anno quod supra.*

## 1320

1077 novembre 9

*Testament del levita Berenguer en el qual elegeix com a almoiners seus Miró Goltred, El-liarda, abadessa de Sant Pere de les Puelles, Guiltard Boeci, Ramon Ramon, Pere Ermengol i Guislabert Sunifred i en què reparteix els seus béns mobles i immobles, aquests situats a Barcelona i prop de la ciutat, en indrets com Finestrelles, les Corts, la Salada, Trullols o els Arenys, entre els seus fills i els seus nebots, i institucions eclesiàstiques, com la Canònica de la Santa Creu de la Seu de Barcelona i el monestir de Sant Pere de les Puelles.*

ACB, LA.I, n. 272, f. 110a-111a. Rúbrica: "Testamentum Berengarii, qui dimisit Canonice alodium suum et vineas". Interior recto f. 110: "n. 272" (Caresmar);



"CCXLII" (s. XIII); "Bederrida" (s. XVIII). *Interior recto f.111: "Anno Domini 1078"* (s. XVIII). Caplletra "Q" ornamentada: 5 línies.

Regest: MAS, *Notes*, vol. X, p. 127, n. 960.

*Quoniam letalis conditionis debitum nemo valet evadere mortalium, adeo ego Berengarius, egritudine detentus tamen mente consistens integra et pleno sensu, volens ordinare omnes facultates meas sive sustancias, hoc apud me decrevi facere testamentum, iniungens hanc meam ultimam voluntatem rerum mearum helemosinariis meis, videlicet, Mironi Goltredi sive Elliardi, abbatisse Sancti Petri cenobii Puellarum Barchinone, atque Guitardus Boecii et Remundo Remundi atque Petrus Ermengaudi necnon et Guilaberto Seniofredi, precipiendo iubens eis ut, secundum quod hic fuerit a me ordinatum, robur obtineat perhenniter valiturum. Precipio quoque vobis prescriptis helemosinariis meis ut, si mors mihi advenerit de ista egritudine quam detineor, antequam alium testamentum faciam, plenam habeatis potestatem distribuere omnes facultates sive sustancias meas, tam mobilium rerum quam immobilium, quemadmodum ego vobis iniungo in hoc testamento.*

*In primis concedo Domino Deo et Kanonice Sancte Crucis omne meum alodium quod habeo subtus ipsam strata Karral, qua vadit ad ipsas Curtes vel ubique. Iterum autem concedo iam dicte Canonice omnes meas vineas quas habeo trans ipsam casam de Gontard, et ipsas meas malleolas quas habeo in Bederrida, ad ipsos Clapers. Hoc totum concedo iam dicte Canonice, tali videlicet modo et ordine: ut Arnallus Berengarii, filius meus, habeat hoc totum integriter et possideat omnibus diebus vite sue, post eius obitum revertantur iam dicta omnia predictae Canonice. Iam dictus autem Arnallus remaneat in baiulia Domino Deo et Remundo Remundi necnon et Petrus Ermengaudi, in tali videlicet modo et ordine: ut per quatuor annos istos primos venientes bene faciant eum erudire ad clericatum sive ad omnia que ei opus erunt, post quatuor annos revertantur hec omnia <sup>h</sup> supra scripta ad iam dictus Arnallus. Iterum autem concedo Domino Deo et cenobio Sancti Petri Puellarum Barchinone omne meum alodium quod habeo ad ipsa Celada, sub strata sive super strata, et omnes vineas in eas quas habeo ad Finistrellas, tali ordine: ut ipsa abbatissa bene faciat nutrire Berengarium et erudire ad clericatum. Et habeat hoc totum cum Berengarium, filium meum iam dictum, per septem annos. Et si per <sup>h</sup>os septem annos noluerit ipsa abbatissa supra dicta aut alie post mortem eius Berengarium supra scriptum bene nutrire aut*

*erudire, sicut necesse fuerit, revertantur hec omnia supra dicta ad manumissores meos Remundus Remundi et Petrus Ermengaudi, qui sunt illorum baiulos. Post septem vero annos habeat iam dictus Berengarius hoc totum solide atque delibere omnibus diebus vite sue, post obitum vero eius revertatur hoc totum ad iam dictum cenobium. Insuper autem concedo ipsum meum campum quod habeo in Truiols, ad ipsas Curtes, cum suis affrontationibus, sicuti ego habeo et teneo atque possideo, et ipsas vineas que sunt ad ipsos Arens, nepotis meis, videlicet Berengario Remundi sive Arnallo Guiriberti, cum suis fratribus. Iam dictus vero campum remaneat ad iam dictam Canonicam post obitum eorum. Iterum autem concedo<sup>1</sup> eis ipsas domos qui fuerunt de Oliba Vitalis, cum ipsis casaliciis qui iuxta eas sunt, qui fuerunt de Vidana. Insuper autem concedo iam dicto Arnallo Guiriberti cum suis fratribus omne meum alodium tam ipsis ortis quod habeo in Apiera. Hoc totum quod concedo nepotibus meis supra scriptis, per hereditatem eorum illis concedo, exceptus iam dictum<sup>2</sup> campum quod concedo post obitum eorum ad iam dictam Canonicam. Et si noluerit recipere hoc quod illis concedo per illorum hereditatem que illis advenit ex illorum parentibus, revertatur hoc totum, quod eis concedo, ad iam dictos filios meos supra scriptos et supra dicti nepotes mei inquirant illorum directum ubi habuerint. Adhuc autem concedo iam dicto Berengario Remundi, meo nepoti, et Remundo Gundemari ipsum meum complantarium quod habeo factum in terra Sancte Crucis, quam teneo per fevum per eiusdem episcopum, nomine Umbertum, et habet per precariam. Concedo namque Remundo Gaucefredi, cognato meo, ipsum meum alodium quod habeo in Rocheta. Preterea supra dictis nepotis meis concedo cubos II ex quatuor cubis qui sunt in ipsas meas domos novas, et tonna I qui fuit Guilelmus Belliti. Omnes namque domos meas quas habeo in Barchinona, exceptus ipsas quas concedo nepotibus meis supra scriptis, concedo filiis meis supra scriptis cum omni vascula, maiore vel minore, sive ferramenta cum chaldariis et padellas. Et concedo ad Petrum Ermengaudi ipso meo pullino bruno. Et concedo ad Arnallo Guiriberti ipso meo cavallo balzano. Et concedo ad filiis meis supra scriptis ipsas meas tres equas, videlicet, una que fuit filia kavalli Dalmatius Guitardi, et aliam que fuit filia meo cavallo balzano, alia vero que fuit filia de ipsa equa quam emi de Berengario Seniofredi. Quatuor alias quas habeo, concedo duas ad Kanonicam Sancte Crucis et alias II ad cenobium Sancti Petri Barchinone. Et concedo ad iam dictum filium meum Arnallum parilio I de bobus. Et concedo ad hospitale Sancte*

*Crucis kaficios II et sestarios III de ordeï quod habeo in Castelet, simul cum kaficios III de vini quas ibi habeo. Ipsum cellarium quod ibi habeo, cum tonna I et cubo I, concedo ad ipsos clericos qui cantabant ipsa ecclesia de Castelet. Alia vero tonnam concedo ad Fulco, presbiter eiusdem ecclesie. Et ipsum meum blad quod habeo in Apiera concedo supra dictis nepotibus meis. Et concedo ipsas meas oves, quas habeo, ad filios meos supra scriptos. Et ex ipso meo vino, quod habeo in Barchinona, mando vindere XXX et III kaficios. Aliud vero quod remanet inde, simul cum ipso ordeï qui remanserit de ipsa sement, concedo filiis meis atque nepotibus meis supra dictis, ut habeant in comune. Et ex centum octuaginta mancosos ordeï et vini et ex precio trium mulorum, quos mando vindere, concedo centum mancosos ad iam dictam Canonicam Sancte Crucis. Et concedo inde ad Guilabertus Seni\o/fredi uncias III. Et ad <sup>u</sup> unumquemque de ipsis ebdomadariis Sancte Crucis singulas uncias. Et ad Dalmatius Guiriberti, uncias II. Et ad Miro Guilelmi, unciam I. Et ad Miro Goltredi, uncias II. Et ad Ermenardi sacer, unciam I. Et ad II<sup>os</sup> presbiteros Sancti Petri cenobii, uncias II. Aliud vero quod inde remanserit, detur pro anima mea in sacrificiis. Et ad Arnallus, presbiter Sancti Petri de Terracia, unciam I inde. Et ad alios presbiteros eiusdem ecclesie, ad unumquemque, mancosos II. Et concedo ad Sanctum Cucuphatem cenobium ipsum sarracenum qui fuit Remundo Remundi. Et concedo ad iam dictam Kanonicam unum niel. Et concedo ad Sanctum Petrum cenobium alium sarracenum que fuit de Sancta Perpetua. Et concedo unum sarracenum, nomine Abrahym, ad Petrus Ermengaudi. Et concedo ad filios meos supra scriptos asinos II. Et ex ipso debito quod debet mihi domnus Remundus Berengarii, senior meus, concedo inde ad dormitorum Kanonice Sancte Crucis mancosos CC<sup>os</sup>. Et ad Kanonicam Sancte Marie gerundense, mancosos L<sup>a</sup>. Et ad operam Sancte Marie Barchinone, uncias V.<sup>3</sup> Et concedo ad Iohannes baptizato alias V. Et ad Ardenchus exarator, uncias II. Et ad clocher de Sancti Michelis, mancosos XLVI. Et concedo ad ospitale de ipsa Canonica cholcedra I cum superlectum de blastanea vergada, cum feltre unum et guadenga I, cum plumatio I. Et ipsam terciam partem de ipso sarraceno, quam habeo cum Durandus Blandrici, concedo adiutorium ad uno captivo redimere. Aliud vero quod invenire potueritis ex meo avere, concedo ad filiis meis supra scriptis. Et concedo nepos meus Berengarius ipsam meam pelliciam cum superllicio, quod habet archidiachonus. Iterum autem concedo iam dicte Canoncie Sancte Crucis ipsam vineam, quam emi de muliere que olim fuit de Oliba*

*Vitalis. Et de ipso blad, quod Deus dederit, ad novo veniente, concedo terciam partem pro anima mea, in quo melius videritis. Et ex ipso debito supra scripto, quod debet mihi senior meus, ad dedicationem Sancti Yacobi, uncias X. Et ad cenobium Sancti Cucuphati, C<sup>m</sup> mancosos. Et ad opera Sancti Petri cenobii, mancosos C. Et ad cenobium Sancti Laurentii, mancosos L<sup>a</sup>. Et ad cenobium Sancti Petri cluniensi, mancosos C. Et con-<sup>a</sup>cedo ad filiis meis supra scriptis ipsas meas domos, qui sunt subtus archos palacio comitale. Super hoc totum, quod est supra scriptum, sit in baiulia Dei et seniorum meorum comites, videlicet domini Remundi Berengarii atque domini (Re)<sup>4</sup> Berengarii Remundi. Quod si aliquis homo, vivens sub celo, hoc male voluerit facere domini mei supra dictis, illi sint ex hoc defensores et tutores.*

*Quod est actum V idus novembris, anno XVIII regni regis Philippi.*

*S+ Berengarii levite, qui hoc testamentum fecit firmavit et testesque eum firmari rogavit.*

*S+m Guadallus Donnucii. S+m Poncius Bonuspar. S+ Bernardus. S+m Oliba Suniarii. S+ Remundi levite.*

*S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit cum litteris supra positis et rasis et emendatis in linea VIII et in IX<sup>a</sup> et in XXII et in XX<sup>a</sup> IX<sup>a</sup> et in XIX/XIII, die et anno quo supra.*

1. *Sota la o hi ha una e.* 2. *Sota la u, abreviatura de us.* 3. *A sota hi ha un II.* 4. *Expuntuat.*

## 1321

1077 novembre 22

*Pere Geribert fa escriptura a favor de la seva esposa Ermessenda confirmant el dot i el delme conjugal que li correspon segons la llei dels gots.*

*ACB, LA.II, n. 278, f. 92b-c. Rúbrica: Hec est dos quam fecit Petrus Geriberti Ermessendi uxori sue. Inter columnas recto: "LXX[XXI]" (s. XIII-XIV); "n. 278" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1078" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 8 línies.*

*Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 127, n. 961.*

*In nomine Sancte et individue trinitatis. Hic est titulum dotis et donationis quam facit homo, nomine Petrus Geriberto, in manu dilecte sponse vel uxori sue, nomine Ermessindis. Mos futurum*

*coniugii divina est Dei providentia qualiter debet homo preceptum Domini adimplere. Nam et ipse creator omnipotens Deus noluit hominem solum vivere, set creavit illi adiutorium similem sibi Eva. Eo quodammodo na\scentis mundi primordii ex ossa viri feminam figuravit, ex uno duos faciens duos unum esse monstravit, nec a se putavit esse diversum quo ex se cognoverat fabricatum. Idcirco sponsa vel uxori mea placuit mihi meisque convenit animis ut te mihi in matrimonio expetissem copulandam, sicuti et facio. Igitur, in Dei nomine, propter amorem pulcritudinis tue et propter procreandos filios de me et te de omnium (meum)<sup>1</sup> rerum mearum, de quo vi(s)sus<sup>2</sup> sum abere vel possidere vel deinceps Deo propicius augmentare potuero, decimam partem tibi dono atque concedo, sicut lex gorum continet. Et qui hanc dote vel donacione dirumpere temptaverit, componat in vinculo una libram auri puri. Et in antea hec dote maneat firma omni tempore.*

*Quod est acta X kalendas decembris, anno XVIII regni Philippi regis.*

*S+num Petrus Geriberto, qui ista dote et donacione fieri iussi, firmavi et testibus firmare rogavi.*

*S+num Rodballus Amalrici. S+num Mironis Guilelmi. S+num Maier Daconii. ⁂ S+num Mironis Borrello.*

*Sss Ssendredus levita, qui hoc scripsit sss et die et anno quo supra.*

1. *Subratllat.* 2. *Expuntuada.*

## 1322

1077 desembre 13

*Publicació del testament sacramental de Folc Ermengol en el qual aquest reparteix el seu patrimoni, situat a Osona i al Penedès, entre la seva muller i els seus fills, per ordre del jutge Bermon i en presència de Gelabert Miró, Arbert Francó, Arbert Guitza, Guillem Senfred i el sacerdot Guillem, els quals juren sobre l'altar de Sant Hilari haver estat testimonis del testament quan el testador marxà vers Hispània amb la host.*

ACB, perg. 1-4-348. Original. Pergamí, 266 × 510 mm. Restaurat. Al verso: "Testamentum Fulconis Ermengaudi" (s. XIII-XIV); "[D.C.(b) 331 Car.1]"; "1077" (Mas). Caplletra "T": 7 línies.

*In Christi nomine. Hec est sacramentalis condicio ac legalis publicacionis voluntatis et ordinacionis cuiusdam defuncti, Fulco-*

*nis Ermengaudi nomine. Est autem facta secundum ordinacionem Bermundi iudicis, ante cuius presenciam nos testes Guilbertus Miro-<sup>o</sup>nis et Arbertus Franconis et alius Arbertus Guitza et Guilelmus Seniofredi atque Guilelmus sacerdos iurando testificamur super altare Sancti Ilarii, quia vidimus et audivimus, quando prefatus defunctus Fulcho His-<sup>o</sup>pania in hostem adiit, testamentum olim fecerat, in quo res suas, sicut voluit, ordinavit et ore proprio laudavit hac manu propria solito signo manu firmavit. Constituit atque precepit taliter ordinacionem rerum suarum perma-<sup>o</sup>nere. In primis iussit solvere suos debitos de sua tercia parte, que pro anima sua dimisit. Et aliud quod remanet, donetis ad clericos de mea onore per missas, et quod remanet, donetis totum ad dedicacionem Sancte Marie de Oloni. Duas vero partes <sup>o</sup> que remanent de suo mobile, dimisit matris sue et coniugi sue et infantibus suis. E(e)t<sup>l</sup> cavallum suum et mulam et spatam et suam loriam dimisit filio suo qui sit laicus, qui suum onorem abuerit. Et ipsum castrum de Agilo cum suis perti-<sup>o</sup>nenciis dimisit Arsendi, uxori sue, ut teneat et possideat in vita sua, post obitum eius remaneat ad filios ex ambobus procreatos. Et ipsum suum alodem que abebat in Penitense, iussit remanere ad suum filium qui sit clericus. / Et ipsum suum castrum de Corbera cum suis pertinenciis et suis terminis, et ipsas suas voces que abebat infra terminos de castrum Odena, sive et ipsos suos alodes que abebat infra terminos de castrum Oloni, id sunt, casas et casalibus cum solis et <sup>o</sup> superpositis, ortis et ortalibus, terris et vineis, cultis et eremis, pratis et pascuis, silvis et garricis, molinis et molinaribus, boscis et revuris cum omni ienera arborum qui infra sunt, aquis et aquarum, petris petrarum, viaductis et reduc-<sup>o</sup>tibus, sic iussit remanere ad Arsendi, coniugi sue, que teneat et possideat in vita sua cum suos filios ex ambobus procreatos. Et ipsum suum alodem de Molisti, que tenet Berengario Calvo in pignus per sollatas, sive et ipsum quem abe-<sup>o</sup>bat in valle Sancti Ilarii de Osor, et ipsas mansiones que abebat in villa Vicho, sic dimisit ad suum filium qui sit clericus. Et mater sua, nomine Guila, inter viva fuerit, sic iussit ut abeat vita et vivolarii in vita sua aput honore, et post <sup>l</sup> obitum suum sic iussit, sicut superius scriptum est. Et ipsum suum filium, qui abebat suum onorem de castrum Oloni, iussit remanere in potestatem domini et in baiolia de seniore suo comite de Barcinona, que abebat in suo servicio, et que non perdat ono-<sup>o</sup>rem et ille que bene serviat ei. Et suas filias iussit remanere ad Arsendi, coniugi sue, que illaprehendisset consilium quomodo vivant, sicut melius potuisset. Et si mortem venerit ad suum filium qui erit clericus,*

*istos alodes* <sup>13</sup> (alodes).<sup>2</sup> *supra scriptos cum ipsas onores sic iussit remanere ad alios suos filios laicis. Et si mortem venerit ad suos filios laicis sine infantibus de legitimo coniugio, suas onores et suos alodes sic iussit remanere ad suum filium cleri-<sup>14</sup> cum, si vivus fuerit. Et si mortem venerit ad suos filios masculos sine infantibus de legitimo coniugio, totos suos alodes et suas honores sic iussit remanere ad una de suas filias. Et ipsos totos suos alodes supra scriptos post <sup>15</sup> obitum Arsendi, coniugi sue, sic dimisit ut siant de filios ex ambobus creatos. Et muliere sua cum infantibus suos et cum illorum directis sic iussit remanere in potestatem domini nostri Ihesu Christi et in guarda de Gueraldi Alamandi et <sup>16</sup> de Berengarii Seniofredi. Postquam autem iam dictus auctor huius ordinacionis ita constituit, nobis scientibus, aliter voluntatem suam non mutavit, set sic stare precepit. Insuper autem cum cartula pergameni sui testamenti absque hocca-<sup>17</sup> sione et diminucione in potestate iam dicte uxori sue Arsendis dedit hac tradidit ad abendum et possidendum, secundum modum superius comprehensum atque testatum. Et nobis, prenotatis testibus, iniunxit et per suis verbis atque <sup>18</sup> preceptis, post eius<sup>3</sup> ab hac vita dicessum, nobis alligari hac testificari precepit.*

*Acta sunt hec intra spacium sex mensium post iam dicti huius voluntatis auctoris hobitum, idus decembris, anno XVIII <sup>19</sup> franchorum regis Filipi.*

*Sig+num Guilaberti Mironis, sig+num Arbertus Franconis, sig+num Arberti Guitze, sig+num Guilelmi Seniofredi, nos huius rei testes sumus et, re-<sup>20</sup> cipiente iudice, iurando confirmamus ac propriis signis punctatim, sicut mos laicorum est, corroboramus. <sup>21</sup>*

*\*Ego Bermundus iudex hoc confirmo sss\*. <sup>22</sup>*

*Guilelmus sacerdos, qui hoc scripsit et sub sss die et anno quod supra.*

1. e repetida. 2. Repetit. 3. Segueix d.

**1323**

1077 desembre 21

*Senfred, fill de Llunes, fa donació a favor de la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia de Barcelona d'un alou, consistent en terres amb les vinyes que hi ha plantades, situat al comtat de Barcelona, al terme de Llacera, a Gavarrat.*

ACB, LA.III, n. 34, f. 17a. Rúbrica: "De Lacera, in Gavarreto". *Supra columna* a: "n. 34" (Caresmar). *Interior verso*: "Anno Domini 1078" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus D: 7 línies.

Regest: *MAS, Notes*, vol. X, p. 127-128, n. 962.

*In Dei nomine. Ego Seniofre, prole Lunes, donator sum a Domino Deo et Sancta Cruce et Sancta Eulalia Barchinona. Per hunc firmamentum scripture donationis mee dono vobis alaudem meum proprium, id sunt, terras cum vineas qui ibidem sunt fundatas. Qui mihi advenit de genitorum vel \per/ comparatione vel excomutacione de Sancti Sebastiane de Monte Maiore vel per qualicumque voce. Hec est omnia in comitatu Barchinona, in termine Lazaria, in Guavared. Cum illorum affrontationes, quomodo resonat in ipsa excomutatione quod mihi fecit Guilelmus Fredario, et cum ipso cubo meo maiore qui est a Sancti Laurentii de Valle, et cum ipsa tonna qui fuit de Guilelmus Iohan, in tale conventum: ut fiat de ipsa Canonica usque in finem seculi ad proprio et cum exiis vel regressiis earum, propter Deum et remedium anime mee.<sup>1</sup>*

*Actum est hoc XII kalendas ianuarii, anno XVIII regni Philippi rex.*

*Signum+ Seniofre Lunes, qui ista donatione feci et firmavi et firmare rogavi.*

*Signum+ Iohan Sendre. Signum+ Ermetruit. Signum+ Arnallus. Mirone sacer sss.*

*Companio sacer, qui hoc scripsit cum literas raras die et anno quo supra sss.*

1. *Abreviatura supèrflua sobre ee.*

## 1324

[1076-1077]

*Bernat Mir i la seva muller Ava venen a Miró Goltred, en nom dels canonges de la Seu de Barcelona, una terra i una vinya situada al comtat d'Osona, a la parròquia de Sant Pere de Vim, prop de la riera, pel preu de 7 mancosos.*

ACB, LA.IV, n. 247, f. 99b-c. Rúbrica: "Bernardus Mir vendidit sedi alodium apud Sanctum Petrum de Vim". *Inter columnas recto*: "n. 247" (Caresmar); "Nota" (s. xvi-xvii). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 5 línies.

*Datació*: no hi consta ni dia ni mes; vegeu l'estudi cronològic de la introducció.

Regest: *MAS, Notes*, vol. X, p. 126-127, n. 959.



*In nomine Domini. Ego Bernardus Mironi et uxori mee nomine Ava venditores sumus tibi Mironis Goltredi, vice canonicorum Sancte Crucis Sancteque Eulalie. Manifestum est enim quia venditores sumus tibi terram nostram et vineam, cum ipsa terra ubi est fundata, cum ipsos domos qui infra sunt, simul cum ipsos arbores, hec totum nostrum proprium franchum. Quod habemus in comitatu Ausone, in parrochia Sancti Petri de ipso Vim, prope ipsa riera. Adventit nobis ad me Bernardus Mironi per vocem parentorum meorum sive per quascumque voces, et ad me Ava, per decimum<sup>1</sup> vel per quascumque voces. Abet autem terminum ipsum alodium ab oriente in ipsa via qui pergit ad Sanctum Petrum sive in ipso alodio Bernardus Guifred, ab meridie in vinea Bernardus Guifredi, ab occiduo in ipso alodio qui fuit de Ennego, a circi in ipsa via sive in alodio Adalberti. Et ipsa vinea supra scripta habet autem terminum a parte orientis in alodio Bernardus Guifredi, a meridie in via, ab occiduo in vinea de Esponsata, a circi in terra de Guitardi. Quantum isti termini ambiunt vel concludunt, sic vendimus tibi supra dicto Mironi: ipsam terram et vineam, sicut iam supra insertum est. Et de nostro iure in <sup>h</sup> tuo tradimus dominium et potestatem vel aliorum canonicorum. Accepimus namque a te in precium et propter precium mancos VII, que tu nobis dedisti per manus Petri Guilielmi, qui nobis eos dedit vice tuo. Et est verum et manifestum. Supra scripta namque omnia, que nos tibi vendimus vice aliorum canonicorum, de nostro iure in tuo vel illorum tradimus dominium et potestatem, ut faciat exinde quodcumque volueritis, ad vestrum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc venditionem venerimus aut venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set nos componamus aut componat ipsa omnia in duplo supra scripta cum omni sua melioracione. Et in antea hoc maneat firmum omne per evum.*

*Actum est hoc anno XVII regni regis Philippi.<sup>2</sup>*

*S+num Bernardi Mironis, s+num Ave femine, nos qui hanc venditionem fecimus et punctis eam firmavimus et testibus eam roborari rogavimus.*

*S+num Guilelmi Isarni. S+num Bernardi Gaucefredi. S+num Guitardi. S+num Bonfil Bernardus sacer.*

*S+ Mironis Donucii, qui hoc scripsit cum litteris supra positis et rasis in linea secunda, et in tercia, et in undecima, et in XII, die et anno quo supra.*

1. Sota la u hi ha una t. 2. Manquen el dia i el mes.

1078 gener 13

*Umbert, bisbe de Barcelona, i els clergues donen una casa i la seva cort a Bernat Udalard i la seva muller Persídia, situada a la ciutat de Barcelona, prop de la basílica de la Santa Creu i de Santa Eulàlia i del palau del comte, per un preu d'entrada de 7 mancusos d'or i un cens anual de 8 mancusos d'or pagadors la festivitat de Sant Andreu apòstol.*

ACB, perg. 1-2-1423. Original. Pergamí, 244 × 326 mm. "translatum carte Bernardi Udalardi"; "translatum Peatris donuci Bernardi Udalardi" (s. XIII); "mitja escala armari 3, n. 1423"; "num...1092" (s. XVII); "Antiquitatum I, 201" (Mas); "1078"; "Aquest document és una altra còpia" (F-B).

ACB, LA.I, n. 201, f. 85d-86b. Rúbrica: "Carta quod Umbertus episcopus et conventus (?) dedere Bernardo Udalardi et Persedie terram et domus iuxta Palacium Comitale. Interlineat verso: "nº 201". Exterior recto: "anno Domini 1068".

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 128-129, n. 964.

ACB, LA.I, n. 376, f. 145a-c. Rúbrica: "Carta quod Canonica dedit Bernat Uzalardo et Persedie uxori sue terram et domos vetulas infra urbem prope Palacium Comitatis". Interior recto: "n. 376" (Caresmar); "CCCXXVIII". Exterior verso: "Anno Domini 1074" (s. XVII). Caplletra "P" ornamentada: 16 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 128, n. 963.

*Precipitur evidenter in canone consilio<sup>a-a'</sup> emeritensi, capitulo XXº IIº, ut ubi ab episcopo bonus impe<n>ditur, profectus a succedente institutus teneatur modus. Item alibi: Si quis sanctorum antistitum <sup>l</sup> qui statuta presencia subscriptionibus propriis firmaverunt necnon et quos eorum Deus esse<sup>b-b'</sup> voluerit successores, relictac integritate, observatio<sup>d-c'</sup> excesserit reum se divinitatis pariter et fraterni-<sup>l</sup>tatis, iudicio<sup>e-d'</sup> futurum se<sup>e'</sup> esse cognoscat. Iterumque legitur alio in loco: Si quis<sup>l-f</sup> episcoporum contra harum sententiarum ordinem agens, irrumpere voluerit quod prior eius fecerit, et vocem aminittat et scripture que <sup>l</sup> facta est penam adimpleat et a cetu fraterno excommunicatus maneat,<sup>f</sup> ut excessus sui emendet causam. Talibus igitur ego Umbertus, ac si indignus, gratia Dei barchinonensis episcopus, auctoritatibus <sup>l</sup> suffultus, una cum omni clericorum cetu mihi subito,<sup>g-g'</sup> donator sum tibi Bernardi Udalardi et coniuge<sup>h-h'</sup> tue, nomine Persidie,<sup>i-i'</sup> de hoc quod ei tribuis in hac presenti scriptura, sicut subterius dixeris atque con-<sup>l</sup>firmaveris omnibus modis. Donamus namque vobis, superius prenominatis, per hanc scripturam istius nostre donationis, terram iuris nostre Canonice et nostram et domum una<sup>j-j'</sup> vetulam cum sua curte et cum omni <sup>l</sup> suo solo<sup>k</sup>*

et supraposito et, sicuti melius potest humano ore dici vel nominari, illud totum quod pertineat ad hoc quocumque modo. Hec vero omnia, que cum prompto animo damus vobis, proinde facimus ut ubi <sup>8</sup> faciatis et condirigatis domos ad habitandum. Advenerunt autem nobis ob collationem<sup>k</sup> cuiuscumque fidelium vel per vocem nostre Canonice aut quocumque alio modo ordine. Sunt autem intra menia <sup>9</sup> urbis Barchinone, secus Basilicam<sup>l</sup> Sancte Crucis Sancteque Eulalie ac palacium comitis. Habent autem affrontaciones ab<sup>m</sup> oriente in parietibus predicti Palacii et de illis domibus que sunt comi-<sup>0</sup>tales, a<sup>n</sup> meridie atque occiduo sive circa<sup>1</sup> in itinere sive in callibus publicis. Quantum iste prelocute affrontaciones<sup>m-o</sup> concludunt atque terminant, totum sic damus pleniter atque integriter <sup>1</sup> et de iure nostre prenominate Canonice sive nostro in vestrum tradimus dominium et potestatem. Accepimus quoque a te Bernardo sepe dicto uncias VII<sup>n</sup> auri monete Barchinone ad numerum, <sup>2</sup> quas tu nobis dedisti in precio sive per precium. Cuncta vero hec que superius sunt predicta, in tali videlicet modo et ordine vobis damus: ut ibi <sup>et</sup> exinde faciatis quicquid vobis placuerit, ad vestrum ple-<sup>3</sup>nissimum proprium, exceptus hoc: ut<sup>o</sup> non habebitis licentiam vendendi sive comutandi<sup>p</sup> hoc nec inalienandi ulli principi nec militi, nisi hominibus vestri consimilibus, et ibi non <sup>4</sup> feceritis nec fecerint ullum alium senioraticum neque baiulum, nisi nostrum aut successorum nostrorum. Insuper vero dederitis vos,<sup>q-p</sup> ad<sup>q</sup> illi qui hoc habuerint et detinuerint per vos aut post vos, <sup>5</sup> mancosos VIII<sup>o</sup> s de auri<sup>r</sup> Barchinone, aut<sup>t-s</sup> numerum pensatos de<sup>u</sup> argento in argento,<sup>t</sup> ad festivitatem semper Sancti Andree apostoli, per censum istius donationis,<sup>u</sup> quia hec festivitas<sup>v</sup> erit ter-<sup>6</sup>minus semper. Si vero vos aut illi qui hoc habuerint vel detinuerint, non dederitis aut non dabunt prenominate censum in prelocuto termino aut post octo dies prefati termini, <sup>7</sup> dabit<sup>v</sup> illis<sup>v</sup> aut dabunt postmodum in duplo sine ullius contrarietatis obstaculo. Post hoc vero totum quod superius insertum est, ego Bernardus prelocutus, accipiens et acquirens <sup>8</sup> donationem istius scripture presentis ad integrum, donator sum tibi Persedie, mee coniugi predicte, de omni hoc quod superius videtur atque legitur, quartam tantum portionem,<sup>w</sup> <sup>9</sup> quam tibi prelocutus episcopus cum suo clericorum cetu et ego auctorizamus<sup>x</sup> et damus in tali videlicet modo et ordine: ut si ego, presens donator, priusquam te fuero mortuus, remaneat <sup>0</sup> ad integrum ad ulum vel illos post tuum exitum ab hoc seculo cui vel quibus ego dederam atque dimiseram in verbis meis vel in meo testamento. Si vero evenerit ut prius discedas ab <sup>1</sup> hac luce quam ego,

remaneat hoc, quod superius tibi dono, ad me solide et delibere vel ab nostros infantes, super hoc ut in vita tua et post tuum obitum sit ex hac donatio-<sup>/22</sup>ne quartam partem ipsius censi datam semper. Hanc donationem istius scripture nos, prenominati adquirentes et recipientes, si eam in aliquid irrumpere vel recindere<sup>v</sup> volue-<sup>/23</sup>rimus, aut omnino infringere voluerimus, aut si illi qui hoc habuerint vel detinuerint per nos aut post nos, facere temptaverint, primum sit nobis invalida et illis et absque ul-<sup>/24</sup>lo robore firmitatis, si nos aut illi qui hoc fecerint, non fecerimus aut non fecerint directum iuste et recte aut<sup>w-z</sup> iudicium vestrum vel vestrorum successorum. Si vero nos dona-<sup>/25</sup>tores, prebentes hoc vobis prenominatis et confirmantes, voluerimus disrumpere vel infringere hanc donationem aut si ullus successorum nostrorum facere temptaverit nullo modo, <sup>/26</sup>componanus vel componat vobis vel illis prelocuta omnia in triplum cum omni eius melioratione<sup>x-aa</sup> que eiusdem meritis<sup>ab</sup> sit vobis atque valoris. Et postmodum hoc maneat firmum <sup>/27</sup>omne per evum.

Actum est hoc idus ianuarii, anno XVIII regni regis Philippi.<sup>y-ac</sup>

1. sicut.

LA.I, n. 201, f. 85d-86b. a. concilio. b. esse. c. relictis. d. observationis. e. iuditio. f. permaneat. g. subdito. h. coniugi. i. Persedie. j. unam. k. sole. l. circio. m. affrontationes. n. septem. o. quod. p. comitandi. q. nos. r. aut. s. octo. t. ad. u. de argencio in argencio. v. festivitatis hoc. w. ad. x. melioratione. y. Philippi.

LA.I, n. 376, f. 145a-c. a'. concilio. b'. esse. c'. observationis. d'. iuditio. e'. Manca. f'. siquis. g'. subdito. h'. coniugi. i'. Persedie. j'. unam. k'. collacionem. l'. Baselicam. m'. a parte orientali. n'. de parte vero meridiana atque occidua. o'. affrontationes. p'. nos. q'. aut. r'. auro. s'. ad. t'. de argencio in argencio. u'. donacionis. v'. illum. w'. porcionem. x'. auctoridamus. y'. rescindere. z'. ad. aa'. melioratione. ab'. meriti. ac'. Afegeix @Umbertus@ episcopus +. Stephanus levite. S+ Poncii levite. S+ Mironis sacerdotis. S+ Ermenardi presbiter sss. S+ Mironis Donucii qui hec scripsit cum literis supra positis in linea XV<sup>a</sup> et subscripsit die et anno quo supra.

1326

1078 abril 10

*Ramon Berenguer i Berenguer Ramon, comtes i marquesos de Barcelona, fan donació a Adelaida, cosina seva, d'unes cases situades a la ciutat de Barcelona, prop de la Canònica.*

ACB, LA.I, n. 636, f. 235a-b. Rúbrica: "Carta de domibus prope sedem, quas Raimundus Berengarii et Berengarius Raimundi comites dederunt /Adaledi\". Interior recto: "n. 636" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1078" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus G: 7 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 129, n. 965.

*In nomine Domini. Ego Remundus Berengarius \et/ Berengarius Remundi, gratia Dei barchinonensium comites atque marchiones, pariter in unum, donatores sumus tibi Adaledi femine consubrine nostre. Sit etiam manifestum qualiter damus tibi domos nostras proprias, cum solis et suprapositis, cum omnibus ex omni parte gutis et stillicidiis, hostiis et ianuis, foveis atque cloacis, et universis ad easdem domos quolibet modo pertinentibus. Que habemus intra muros Barchinone urbis non longe ab ipsa Canonica. Advenerunt autem nobis prefata omnia propter imposturam sive falsitatem quam Iohannes Gamiz et uxor eius fecerunt in nostra moneta, quia precipit de furtis et fallaciis Liber Censorum septimus De falsariis matallorum, titulo sexto, capitulo secundo: "De his qui solidos aut monetam adulteraverint" ut humiliores persone "statum libertatis sue ammittant cui rex iusserit servitio deputandum". Habent autem terminum hec omnia ab oriente in calle publico, <sup>h</sup> a meridie ad domus Petri Seniofredi sacerdotis, ab occiduo et circio in domibus que fuerunt Guilaberti Fruiani et coniugis eius. Quantum prenominati termini concludunt, tibi ad integrum damus atque de nostro iure in tuum dominium et potestatem tradimus, cum ingressibus pariter et egressibus suis, ut facias exinde quodcumque tibi placuerit solide atque delibere, ad tuum plenissimum proprium. Si vero nos donatores aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo donationem hanc disrumpere aut infringere temptaverimus sive temptaverit, nil prosit, set componamus sive componat tibi prescriptas domos in triplum in hac eadem urbe, tali videlicet loco in quo similem tibi possint valorem obtinere, cum omni sua illarum melioratione. Atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum, quia iubet De transactionibus, liber quintus, titulo secundo De donationibus, capitulo secundo, ut "donaciones principalis potestatis, que in quibuscumque personis conferuntur sive collate sunt, in earum iure perhenniter consistant, in quorum nomine eas potestas contulerit regia".*

*Facta scriptura donationis IIII idus aprilis, anno XVIII regni Philippi regis.*

*S+num Berengarii Remundi comitis, qui hanc donationem fecerunt et firmaverunt atque testibus eam firmari rogaverunt.<sup>1</sup>*

1. El document finalitza sense les anunciades signatures dels testimonis ni la subscripció de l'escrivà.

1078 abril 22

*Ermengol empenyora a la seva mare Trudgarda un alou, consistent en terres, vinyes, cases, arbres de diverses classes, prats i pastures, situat al comtat de Barcelona, al Vallès, dins la parròquia de Santa Agnès de Malanyanes, a causa d'un alou que aquesta li havia donat, situat al comtat de Barcelona, al Vallès, a les parròquies de Santa Perpètua de Mogoda, Sant Fost de Campsentelles, Sant Pere de Reixac i Sant Vicenç de Mollet, de manera que la creditora podrà vendre l'alou empenyorat un cop passats quaranta dies de l'empenyorament.*

ACB, LA.III, n. 165, f. 57d-58b. Rúbrica: "Petrus Ermengaudi impigneravit matri sue alodium in Sancta Agnes". *Inter columnas verso*: "n. 165" (Caresmar). *Interior recto*: "A" (s. XVIII). *Inter columnas recto*: "Anno Domini 1078" (s. XVIII). Caplletra "T" ornamentada, tipus F: 8 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 129-130, n. 966.

*In nomine Domini. Ego Petrus Ermengaudi obpignorator sum tibi matri mee, Truiardi nomine. Sit etiam manifestum qualiter dedisti michi omne tuum alodium, quod habebas in comitatu barchinonensi, in Vallensi, in parrochiis Sancte Perpetue et Sancti Fausti et Sancti Petri de Rexag et Sancti Vincencii de Molleto, ut adiuverem te et filium tuum, fratrem meum, nomine Bernardum, omnes concessiones et donationes quas vobis fecit pater meus Ermengaudus et quas habetis et tenetis quibuslibet aliis vocibus sive modis in supra dicto comitatu, tenere et habere atque defendere contra omnem hominem et feminam et homines sive feminas per directam fidem sine ullo engan, et ut non vobis aliquid exinde tollam nec a vobis illa auferam quocumque argumento sive ingenio. Propterea obpignoro tibi matri mee alodium meum proprium ad (ad)<sup>l</sup> integrum, quod habeo in comitatu barchinonensi, in Vallensi, intra parrochiam Sancte Agnetis de Malananicis, terras videlicet et vineas, cultas et incultas, trillas et viridiarum diversique generis arbores, prata et pascua, aquas <sup>⁹</sup> earumque decursus, domos cum solis et suprapositis, et ceteris omnibus ad supra dicta omnia quolibet modo pertinentibus. Advenerunt autem mihi hec omnia per testationem patris mei Ermengaudi et per comparationem meam vel quibuscumque aliis vocibus sive modis. Quantum intra terminos prenominatae parrochie quocumque modo habeo, tibi matri mee prefate ad integrum obpignoro, ut te et fratrem meum prescriptum adiuvem tenere et habere omnes vestros directos, secundum quod superius*

*comprehensum est, quamdiu vivus fuero. Universa vero hec, que tibi obpignoro, de meo iure in tuum dominium et potestatem trado, ut tu habeas ista omnia propter tuum pignus, tali videlicet modo atque tenore: ut si, secundum quod superius scriptum est, non adimplevero, et intra XL<sup>a</sup> dies quibus exinde me commonueris aut commonere feceris, non emendavero, licentiam habeas faciendi de predicto pignore quodcumque tibi placuerit, ad tuum plenissimum proprium, excepta egritudine aut aliqua inevitabili necessitate, que vitari non possit; transacta vero necessitate, emendem quod minus fecero absque ulla fraude sive malo ingenio. Cum autem hec, sicut superius scripta sunt, firmiter tenuero, quamdiu pariter vixerimus, revertatur scriptura hec, o mater mea, in meum ius atque dominium, post obitum tuum, aut in cuiuscumque dominium, me vivente, precepero. Si vero ego obpignorator aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo pignus hoc disrumpere temptavero sive temptaverit, nil prosit, sed componam sive componat tibi prescriptum pignus in duplum cum omni sua illius melioratione. Atque postmodum hoc maneat firmum, secundum quod superius est comprehensum.*

*Quod factum est X kalendas mai, anno XVIII regni regis Philippi.*

*S+ Petri Ermengaudi, qui hanc obpignorationem fecit et firmavit atque testibus eam firmari rogavit.*

*S+ Geriberti Guitardi. S+ Arnalli Raimundi. S+ Guilelmi Ervigii. S+ Ermengaudi Bernardi. S+ Riculphi levite. Sss Seniofredus presbiter.*

*+ Gauzbert sacer, qui hoc scripsit sss die prenominate et anno prescripto.*

*1. Repetit i expuntuat.*

## 1328

1078 maig 3

*Guadall Adroer i la seva muller Ermessenda venen als canonges de Barcelona diferents alous situats al comtat de Manresa, al castell de Miralles, prop l'església de Sant Pere de Vim, pel preu de 21 mancusos d'or.*

ACB, LA.IV, n. 245, f. 98d-99a. Rúbrica: "Guadallus Adroer vendidit sedi alodia multa in castro Miralles". *Inter columnas verso*: "n. 245" (Caresmar). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 6 línies.

Regest: MAS, *Notes*, vol. X, p. 130-131, n. 967; repetit a *id.*, 1915, vol. XII, p. 284, n. 2675.

*In Christi nomine. Ego Guadallus Adroarii et coniux mea Ermessindis femina venditores sumus vobis omnibus canonicis sancte sedis barchinonensis, emptoribus. Per hanc scripturam istius nostre venditionis vendimus vobis alodia nostra, id sunt, terras et vineas et ortus cum arboribus diversi generis, et insuper domos cum omni earum solo atque supraposito et cum cunctis earum gutis sive pertinenciis, sicuti melius potest dici vel nominari humano ore, quod pertineat ad hoc quod superius dictum est. Hec vero omnia, que superius dicta sunt, sunt in comitatu Minorise, in ipso termino illius castrum quod nominatur Miraies, scilicet prope basilicam Sancti Petri de ipso Vim. Advenerunt autem nobis, scilicet mihi Guadallo prenominate, per vocem uxoris mee iam dicte, ad meam mulierem per laxationem viri sui, condam, nomine Ermengaudi vel quocumque alio modo et ordine. Affrontant namque prenominate domi cum ipso orto atque prenominate alodio a parte orientali in ipso alodio Guilelmi Isarni et suorum fratrum, a meridie in ipso torrente et in alodio Arberti Guitardi, ab occiduo in alio torrente sive in alodio de nobis iam dictis canonicis, a circea vero parte in alodio nostro sive Gerberti Ugonis. Predicta vero vinea, simul cum ipsa terra in qua est fundata, terminatur ab oriente et occiduo in nostra vinea, a meridie atque circio in alodio Guilelmi Guadalli. Alia vero petia terre affrontat ab oriente in alodio Sancti Petri sive in ipso torrente, a meridie in alodio Guilelmi Guadalli, ab occiduo in vinea Guilelmi Ranchorosi, a circi in alodio Gerberti Ugonis prenominate et nostro. Quantum isti termini ambiunt atque concludunt, sic vendimus vobis: prescripta omnia integriter, cum earum aquas, regos et capud regos, et cum omnibus earum egressibus sive regressibus. Et de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem, ut ab hodierno die et tempore exinde habeatis potestatem faciendi quicquid volueritis, sicuti de vestro alodio. Accepimus quoque (per hanc ven)<sup>1</sup> <sup>Æ</sup> per hanc venditionem mancosos XXI auri monete que hodie currit in Barchinona, per precium et in precio. Quod si nos venditores aut aliquis homo utriusque sexus hanc scripturam venditionis dirumpere vel infringere voluerimus sive voluerint, componamus aut componat prelocuta omnia in triplum vobis que eiusdem meritis sit atque valoris. Et postmodum hoc maneat semper firmum omne per evum.*

*Quod est actum V nonas mai, anno XVIII regni regis Philippi.*



*S+num Guadalli Adroarii, s+num Ermessindis femina, nos qui hanc scripturam venditionis fecimus, firmavimus testesque firmare rogavimus.*

*S+num Guilelmi Isarni. S+num Oliba Mironis. S+num Petri Guilelmi. S+num Reimundi Bonushomo. Arnal sacer s+.*

*S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit cum litteris rasis et emendatis et supra positis in linea I et in VIII, die et anno quo supra.*

1. *Repetit a continuació.*

## 1329

1078 maig 12

*Adelaida ven a Ramon Dalmau, levita, un hort petit, situat dins dels murs de la ciutat de Barcelona, a prop del claustre de la Canònica, pel preu de 14 mancusos d'or de Barcelona.*

ACB, LA.I, n. 635, f. 234c-235a. Rúbrica: "Carta quod Adaled vendidit Raimundus Dalmacii clerico ortum et puteum, in Barchinona, prope sedem". Foli 234, exterior verso: "n. 635" (Caresmar). *Inter columnas verso*: "Anno Domini 1078" (s. xviii). Caplletra "T" ornamentada, tipus C: 11 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 131, n. 968.

*In nomine Domini. Ego Adaledis femina venditrix sum tibi Remundo Dalmatii levite. Sit etiam manifestum qualiter per hanc scripturam istius mee venditionis vendo tibi ortulum meum proprium atque cortale, cum casali et parietibus et puteo atque vitibus, que habeo intra muros Barchinone <sup>1</sup> urbis non longe a claustro Canonice. Advenerunt autem mihi hec omnia per donationem barchinonensium principum, quam mihi exinde per scripturam manibus illorum firmatam fecerunt, secundum quod continetur in Codice Censorum, quinto De transactionibus, titulo II De donationibus principum, capitulo II, ubi legitur: "Donationes regie potestat(e)\i/s,<sup>1</sup> que in quibuscumque personis conferuntur sive collate sunt, in eorum iure consistant in quorum nomine eas potestas contulerit, regia ea videlicet ratione: ut ita huiusmodi regalis munificentie collatio attributa in nomine eius qui hoc promeruit, transfusa permaneat, ut quicquid de hoc facere vel iudicare voluerit, potestatem in omnibus habeat." Terminantur autem hec omnia a circio et occiduo in parietibus atque domibus tuis, ab oriente in pariete meo et in pariete Petri Seniofredi presbiteri, a meridie in platea publica. Quantum prenominati termini concludunt, tibi ad integrum vendo propter*

*mancusos XIII auri barchinonensis. Quos tu emptor precium mihi dedisti et ego venditrix manibus meis accepi. Nichilque ex predicto precio apud te remansit, sicut satis est manifestum. Hec autem omnia, que tibi vendo, de meo iure in tuum dominium et potestatem ad integrum trado, cum ingressibus pariter et egressibus suis, et cum universis ad supra scripta omnia quolibet tenore vel ordine sive modo pertinentibus sive pertinere debentibus, ut facias exinde quodcumque tibi placuerit, ad tuum plenissimum proprium, absque ullius contrarietatis obstaculo. Si vero ego venditrix aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo venditionem hanc dirumpere aut infringere sive rescindere aut in aliquo dimovere temptavero sive temptaverit, nil prosit, set coponam sive componat tibi vel illis qui per te et post te bona tua adituri sunt omnia hec, in triplum cum omni sua illorum melioratione. Atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum.*

*Quod factum est IIII idus mai, anno XVIII regni regis Philippi.*

*S+num Adaledis femine, que hanc venditionem fecit /<sup>a</sup> et f(e)irmavit<sup>2</sup> atque testibus eam firmari rogavit.*

*S+num Eriballus Remundi, s+num Bernardi Arnalli, s+num Iohannes Arnalli, s+num Guilelmi Odegarii, s+num Iohannis Gamiz, s+num Rodlendis femine, isti affirmant et verum esse astruunt atque auctoritate sua confirmant vendicionem hanc, et definiunt atque pacificant et evacuant ad utilitatem atque profectum supra scripti emptoris Remundi illud omne quod emerunt ex potestate Guilaberti Fruiani et filiorum eius, et ex potestate filiorum atque filiarum Audegarii Godmari et matris eorum. Propter quod, datis vocibus universis atque cartis quas exinde habebant, acceperunt a iure prenominati Remundi mancosos XII auri barchinonensis, ut cuncta hec firma esse statuerent atque corroborata.*

*S+ Guilelmi levite, s+num Iohannes Arnalli, s+ Bernardi subdiachoni, isti sunt huius rei testes.*

*S+ Poncii levite, qui hoc scripsit cum litteris rasis in linea VII et sub ss scripsit die et anno quo supra.*

*1. e expuntuada. 2. e expuntuada.*

## 1330

1078 maig 18

*Testament sacramental de Ponç Ebrí en el qual nomena marmessors Ermengol Bernat, Martí Isarn i Ramon Geribert i, entre altres*

*deixes, concedeix un alou situat entre els torrents de Vilar i Canelles a Santa Maria de Badalona i una peça de terra sota l'estrada de Barcelona, i una petita feixa sobre l'estrada, a la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia.*

ACB, LA.II, n. 407, f. 137d-138b. Rúbrica: "Testamentum Poncii Ebrini qui donavit sedi II pecias alodii in Bitulone". *Inter columnas verso*: "n. 407" (Caresmar). *Exterior recto*: "Anno Domini 1078" (s. XVIII). Cf. doc. núm. 1350, de 4 de maig de 1079. Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 6 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 131-132, n. 969.

*In nomine Domini. Ego Reimundus Boveti et Petri Arnalli et Ermengaudi presbiteri et Guilielmi subdiachoni iuramus pariter et testificamus per Deum, in substancia unum et in personis trium, dehinc per altare Sancti Adriani martiris, cuius ecclesia sita est in comitatu Barchinone, in Maritima, infra parrochiam Sancte Marie vicho Bitulone, quod etiam altare has condiciones baiulando manibus nostris contigimus, quia nos vidimus oculis et auribus audivimus tunc temporis que Poncius Ebrini iussit scribi et fieri suum testamentum, iacens in lectulo suo in egritudine unde obiit, et invincem voluntatem suam manumissoribus suis, videlicet, Ermengaudi Bernardi et Martini Isarni et Remundi Gueriberti. Et precepit nobis testificari hanc suam ultimam voluntatem, quam ordinavit nobis videntibus et audientibus.*

*Primum namque dimisit ad Sancte Marie Bitulone ipso suo alodio quod abebat de ipso torrent de Vilar usque in alio <sup>A</sup> torrent de Chanalies, ubique invenire potuissent, tam terris cultis quam eremis, cum pronis et planis, totum dimisit ad predictam domum Sancte Marie virginis, tali modo et ordine: ut presbiteros predictam domum qui cotidie sacrificaverint, ipsos teneant ad servitium Sancte Marie sine blandimentum ullius hominis et feminis, et faciant aniversarium per unumquemque annum pro anime sue et parentibus suis et pro fidelium defunctorum. Et si ullus homo aut vicharios aut seniores aut feminas voluerit tollere aut rapinam facere ad predictam matri Ecclesia vel ad eius presbiteros, revertat ad propinquos. Et dimisit ad Sancte Crucis Sancteque Eulalie ad eorum Canonica petiam unam terre subtus strata barchinonensium, cum peciuncula I qui est super strata predicta, tenentes cum alodio Bernardi Guanalgodi. Et dimisit ad Bernardi Remundi, seniori suo, ipso campo quod laborabat Remundi Geriberti, qui se tenet cum alodio de Remun Maier. Et de predicto Bernardi Guanalgodi, avo suo, alodio qui remansisset, dimisit ad fratri suo Petro et ad Odda femina, soror predicto Petro, ad illorum proprio. Et si mortuus*

*fuisset unum annum quam alium, revertisset ad eum qui vivus fuisset predicto alodio cum casis et vineis. Et dimisit tonna I, quod abebat, Seniofredi Geriberti. Mandavit eam vendere et ipsum precium fuisset per conredi ad suum corpus ad sua ipsa sepultura de vestimentum. Dimisit, ut ipsos suos debitos fuissent persolutos, ad novo veniente de pane et vino, quod Deus dedisset. Dimisit ad opera Sancte Marie Bitulone quartera I ordei, a mensura nova, et quatera I vini. Dimisit ad Ermengaudus sacer sestarios I ordei et sestarios I de vini. Ad Guilielmi subdiachoni, migera I ordei et emina I vini. Et dimisit ad fratres suos Petro et Odda predictos ipso suo sacrario de Sancti Atriani cum ipsa vexela de cubos et tonnas qui ibidem erant, et fecissent aniversarium per unquemque annum <sup>℞</sup> cum clericis Sancte Marie Bitulone pro anime sue. Et ad suos elemosinarios, singulos sestarios ordei. Ad Balluvinus sacer, emina I ordei et sestarios I vini, per misses. Ad sua sepultura, de suo pane et vino, tam de vetere quam de novo, expendissent quantum necesse fuisset, et de ipsas oves IIII<sup>or</sup>. Et alias oves qui remanserint, ad prescripta Odda. Et ad Ermengaudus sacer, ove I. Et ad Maria et filia sua, emina I ordei. Et ad opera Sancte Marie, exada I. Et ad Sancte Marie, ipso suo scrinio ad ipsa ornamenta ateneri, et donet ad Sancti Adriani ipsum precium. Dimisit ad Adaled et ad Ermeniardis ipso suo alodio de Corrono et de ipsa Garriga cum ipso asino. Et alia vascula, maiora vel minora, que remansisset, cum aliquid de pane et de vino, si remansisset, cum ferramenta qui non est supra scripta, cum ocches et gallinas, totum dimisit pro anima sua per misses. Hoc totum ita precepit predictus testator. Et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde, ingravescente langore, discessit ab hoc seculo in mense madii, anno XVIII regni Philippi regis, immutata hac voluntate.*

*Quod est actum XV kalendas iuni, anno XVIII regni prephati regis.*

*Sig+m Remundus Boveti, sig+m Petri Arnalli, Ermengaudus sacerdos sss, Guilielmus subdiachonus sss, nos sumus huius rei testes et iuratores.*

*Sig+m Ermegaudi Bernardi, sig+m Martini Isarni, s+ Raimundus levite, nos sumus manumissores.*

*Sss Seniofredi presbiter, sss s+ Vives subdecens, sig+m Gonmari Sentullo, nos qui presentes adfuimus.*

*S+ Remundi levite, qui est iudicis.*

*Ermengaudus sacer, qui has condiciones scripsi in prefato die et anno sss subscripsi.*

## 1331

1078 juny 1

*Arnau Gonter i la seva muller Narbona venen a Ramon Dalmau, levita, unes cases situades a Barcelona, a les muralles, prop del claustre de la Seu.*

ACB, LA.I, n. 259, f. 106b-c. Rúbrica: "Emptio Raimundi Dalmatii de domibus que sunt iuxta claustrum". *Inter columnas recto*: "n. 259" (Caresmar). *Exterior recto*: "anno Domini 1078" (s. xvii). Caplletra I ornamentada, tipus C: 15 línies.

Regest: MAS, *Notes*, vol. X, p. 132, n. 970.

*In quinto Censorum Codice, De transactionibus, capitulo quarto De comutationibus et venditionibus, era tertia sententia, patet omnibus ut venditio per scripturam facta, plenam obtineat firmitatem; ceterum si etiam scriptura facta non fuerit et datum precium, presentibus testibus, comprobetur plenum habeat emptio vigorem. Hac igitur ego Arnallus Gontarii, fultus perpetim valiture legis sanctione, una cum uxore mea, nomine Narbona, venditores sumus tibi Remundo Dalmatii levite, emptori. Universitati pateat hominu<m>, tam presentum quam futurorum, qualiter vendimus tibi domos nostras proprias, quas habemus in menibus et intra menia Barchinona urbis, non longe a claustro barchinonensis sedis. Que etiam domus advenerunt nobis per manifestam emptionem vel aliis quibuslibet vocibus sive modis. Terminantur autem prenominata domus ab ortu solis in turribus et domibus archidiachonatus et in domo Adaledis femine atque in domibus Petri Seniofredi presbiteri, a meridiano quoque climate in platea publica, ab occasu vero solis in domibus que fuerunt Ermemiri Rufi, a septentrione in orto Ysaach hebrei sive Geraldii Quadragesimeintransis. Quantum prenominati termini concludunt, tibi ad integrum vendimus propter mancosos trecentos viginti duos auri barchinonensis. Quos tu emptor precium nobis dedisti et nos vendentes manibus nobis accepimus. Nihilque ex predicto precium apud te emptorem remansit, sicut satis est manifestum, et sicut fatemur verum esse coram omnibus huius venditionis subscriptoribus et aliis quampluribus. Has autem domos, quas tibi vendimus, de nostro iure in tuum dominum et potestatem ad integrum tradimus, cum ingressibus pariter et egressibus suis, cum solis et suprapositis, guttis et stillicidiis, hostiis et <sup>l</sup> ianuis, foveis atque cloacis, luminaribus et superluminaribus, et cum universis ad prescriptas domos qualibet conditione vel ordine, tam intrinsecus quam extrinsecus, pertinentibus, secundum quod ore possunt humano utcunque dici sive nominari, ut facias exinde*

*quodcumque tibi placuerit, ad tuum plenissimum proprium, absque ullius contrarietatis obstaculo. Si vero nos venditionem hanc facientes aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo disrumpere aut infringere sive rescindere aut in aliquo dimovere temptaverimus venditionem hanc sive temptaverit, nil prosit, sed componamus sive componat tibi vel eis qui per te et post te bona tua adituri sunt, supra scriptas domos, quas tibi vendimus, in triplum cum omni sua illorum melioratione, in tali videlicet loco in quo simile tibi possint valorem obtinere. Atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum et obtineat robor valiturum.*

*Quod factum est kalendas iunii, anno XVIII regni regis Philippi.*

*S+m Arnalli Gontarii. S+m Narbone femine, qui hanc venditionem fecerunt et pucti firmaverunt atque testibus eam firmari rogaverunt.*

*S+ Ricuphi, levite. S+ Guilaberti levite. S+ Reimundi levite. S+num Raimundi Olibe. S+num Bernardi Uzalardi. S+num Bernardi Seniofredi serviente. Arnalli Gontarii. S+num Adalgarii Petri. S+num Remundi filium Seniofredi Sentelli.*

*S+ Guilelmus sacer. S+ Mironis Donucii, nos uterque qui sumus testes de ipsa confirmatione Narbone prescripte quatuor punctis signatis.*

*S+ Poncii levite, qui hoc scripsit cum litteris raris et emendatis in linea VI<sup>a</sup> ubi dicitur "Ysaach", et sub sss scripsit die et anno quo supra.*

## 1332

1078 juny 23

*Testament de Guillem Domnuç en el qual fa deixes als seus parents dels béns que té repartits entre el comtat de Barcelona i el de Girona i donacions pietoses a diferents entitats religioses, sobre tot a la Canònica de Barcelona.*

ACB, perg. 1-1-2361. Original. Pergamí, 130 × 455 mm. Al verso: "Testamentum Guilielmi Donucii / de Palaciol"; "Testament Guilielmi Donucii de Palacioli"; "Scripta" (s. XIII-XIV); "Num... 2361" (s. XVIII); "Liber III Antiquitatum n. 20 / Diversorum A 2361" (Mas). Caplletra "I" ornamentada: 19 mm.

ACB, LA.III, n. 20, f. 10d-11a. Còpia de mitjan segle XII. Encapçalament de foli: "Palaciolo". Rúbrica: "Testamentum Guilielmi Dunutii qui di-/misit sedi alodium in Iherundensi". *Inter columnas verso*: "n. 20" (Caresmar). *Interior verso*: "Gerundensis" (s. XIII-XIV). *Interior recto*: "nr" (s. XIII-XIV). *Inter columnas recto*: "Anno Domini / 1078" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus G: 12 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 132, n. 971.

*In nomine Domini. Ego Guilielmus Donnucii,<sup>a</sup> iacens in lectulo meo in egritudine, spero in misericordia Dei et timeo repentinum mortis occasum. Atque<sup>1</sup> iubeo fieri elemosinarios<sup>b</sup> meos, videlicet Dalmacium<sup>c</sup> Guiriberti et Berengarium Donucii<sup>d</sup> atque Guilabertum Seniofredi, precipiens eis ut, si mori me <sup>2</sup> contigerit de hac egritudine aut antequam alium testamentum faciam, potestatem habeant plenariam accipiendi omnes facultates meas sive substancias et dandi pro anima mea<sup>e</sup> quemadmodum ego eis iniuncxero<sup>f</sup> in hoc testamento.*

*In primis concedo omne meum mobile, quod habeo vel quocunque <sup>3</sup> modo habere debeo et invenire poterint<sup>g</sup> supra dicti elemosinari<sup>h</sup> mei, pro anima mea. Et concedo ipsas meas domos quas habeo in Barchinona, et ipsas malleolas quas habeo in territorio eiusdem civitatis, et ipsum meum alodium quod habeo in Villa Picina,<sup>2-i</sup> duobus fratribus meis, <sup>4</sup> videlicet Reimundo Donnucii<sup>j</sup> et Berengario Donnucii.<sup>k</sup> Et concedo ipsum meum alodium, quod habeo in gerundense comitatu, duobus fratribus meis supra dictis, tali videlicet modo et ordine: ut illi habeant eum et possideant omnibus diebus vite<sup>l</sup> sue, post obitum vero eorum remaneat <sup>5</sup> ad Kanonicam Sancte Crucis Sancteque Eulalię Barchinone. Et concedo ipsum meum mansum, quod habeo in Lacera, ad ipsa Conamina, ad eęcclesiam Sancti Laurentii<sup>m</sup> de Lacera, tali modo et ordine: ut<sup>n</sup> habeat eum cum omnibus suis pertinentiis<sup>o</sup> ille clericus qui iam dictam eęcclesiam Sancti Laurentii<sup>p</sup> decantabit. <sup>6</sup> Omne autem meum alium alodium quod habeo in parrochia iam<sup>3</sup> dictę eęcclesię Sancti Laurentii<sup>q</sup> et in parrochia Sancti Felicis de Valle Charchara<sup>r</sup> et in parrochia Sancte Marie de Gallifa<sup>s</sup> et in parrochia Sancte Marie de Kalles,<sup>t</sup> et ipsum meum alodium quod habeo in Petra Fixa,<sup>u</sup> et ipsum meum <sup>7</sup> alodium quod habeo in parrochia Sancte Marię de Martoreies et in parrochia Sancti Fausti de Campo Senteges,<sup>v</sup> concedo supra dictis duobus fratribus meis. Ipsum autem meum alodium quod habeo in Palaciolo, quod emit pater meus de iam dicto Dalmacio Guiriberti, avunculo meo, remaneat <sup>8</sup> ad illum solide atque delibere.*

*Quod est actum VIII<sup>4</sup> kalendas iulii, anno XVIII regni regis Philippi.*

*S+num Guilielmi Donnucii,<sup>w</sup> qui hoc testamentum fecit, punctis firmavit testesque firmari rogavit.*

<sup>ρ</sup> S+num Guilielmi Salamir. S+num Guilielmi Remundi.<sup>x</sup> S+num Petro Remundi. S+num Gerberti Bonefilii. <sup>ρ</sup><sup>0</sup> \*S+num Arbert Bertran\*.<sup>y</sup> \*S+num Arnalli Guilielm\*.<sup>z</sup>

<sup>ρ</sup><sup>1</sup> S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Malgrat que l'última lletra pugui semblar una i, creiem que són dos punts d'abreujament d'un que ajuntats. 2. Hi ha una ratleta sobre la vocal tònica d'aquest topònim i també sobre la majoria dels altres topònims. 3. Sota la i hi ha una t. 4. Escrit sobre raspat.

LA. a. Donnutii. b. helemosinarios. c. Dalmatium. d. Donnutii. e. Sota la a hi ha una s. f. iniunxero. g. poterunt. h. helemosinarii. i. Piscina. j. Donnutii. k. Donnutii. l. vi. m. Laurentii. n. [vel?]. o. pertinentiis. p. Laurentii. q. Laurentii. r. Charcara. s. Galifa. t. Calles. u. Petrafitia. v. Senteies. w. Donnutii. x. Raimundi. y. Bertran. z. Guilielmi.

### 1333

1078 agost 23

*Ramon Ramon dona a Déu i a la Canònica de Barcelona cinc peces de terra i vinyes amb arbres fruiters, situades al territori de Barcelona, al terme de Santa Cecília, a la parròquia de Sant Vicenç [de Sarrià].*

ACB, perg. 1-2-871. Original. Pergamí, 188 × 331 mm. El document presenta diferents taques, especialment importants en la part inferior esquerra. Al verso: "Carta Raimundi Raimundi in Serriano et in Sancta Cecilia" (s. xi); "r<sup>o</sup> 86" (s. xvii); "Mitja Escala, Armari 2, n. 871" (Caresmar); "Antiquit. II 59" (Mas); "1078" (F-B). Caplletra "I" que ocupa 2 ratlles.

ACB, LA.II, n. 59, f. 21a-b. Rúbrica: "R. Reimundi dedit Sedi V pecias terre in Serriano, apud Sanctam Ceciliam". Interior recto: "n. 59" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1078" (s. xviii). Caplletra "I" que ocupa 16 ratlles.

Regest: Mas, Notes, vol. X, p. 1321-133, n. 972.

*In nomine Domini. Ego Reimundus Remundi donator sum Domino Deo et barchinonensi canonice. Sit etiam manifestum qualiter, ob immanitatem meorum flagitiorum et beatitudinem indeficientium gaudiorum, dono Domino Deo et prenominate canonice terras et vineas, seorsum positas, pecias videlicet quinque, et trilias cum arboribus diversi generis que intrinsecus sunt, <sup>β</sup> et casalicis.<sup>a</sup> Sunt autem hec omnia in territorio barchinonensi, in termino Sancte Cecilie, in parrochia<sup>b</sup> Sancti Vincentii.<sup>c</sup> Advenerunt autem mihi hec omnia per meam comparacionem<sup>d</sup> vel aliis <sup>ρ</sup> quibuslibet vocibus sive modis. Terminatur autem pecia<sup>e</sup> una vinee in vineis Berengarii Reimundi et Guanalgaudi Mironis a parte circea, ab orientali in ipso*



aren, <sup>f</sup> a meridiana in via,<sup>1</sup> ab occidua in vinea Mocionis<sup>f</sup> Bellucii. Iterum terminatur altera pecia<sup>g</sup> vinee,<sup>2</sup> que est sub ipsa ecclesia, a parte circii in vineis <sup>f</sup> Petri presbiteri, a parte orientali in ipso vierono, a meridie in alodio Bernardi Guanalgaudi, ab occiduo in vinea Guanalgaudi Mironis et Berengarii. Item <sup>g</sup> tertia pecia<sup>h</sup> cum triliis et chasaliciis desinit a parte circii in vineis<sup>3</sup> Mocionis Bellucii, ab aquilone in torrente et in terra Iohannis Richarii, a meridie in alodio prenominati <sup>f</sup> Petri presbiteri et in ipsa ecclesia, ab occiduo in vineis Moisi<sup>i</sup> Nasificti ebrei et Mocionis<sup>j</sup> Bellucii<sup>k</sup> et prescripti Petri. Quarta vero pecia<sup>l</sup> vinee terminatur a circio <sup>g</sup> in vineis prephati<sup>m</sup> Mocionis,<sup>n</sup> ab aquilone et meridie in via, ab occiduo in malleolo prephati Berengarii. Quinta quoque peciola vinee desinit ab orientali parte <sup>o</sup> in ipso vierono et in vinea iam dicti Moisi,<sup>o</sup> a meridie et occiduo atque circio in vineis Remundi Guitardi. Quantum prenominati termini concludunt, dono ad integrum <sup>11</sup> Domino Deo et prescripte canonice, cum ingressibus et egressibus suis et cum universis ad eadem omnia quolibet modo pertinentibus, secundum quod possunt nominari vel dici, ut canonici sepe dicte <sup>12</sup> canonice faciant exinde quod faciunt ex ceteris munificenticiis vel acquisitionibus superius comprehense canonice absque ulla tergiversacione.<sup>p</sup> Si autem ego donator autem cuiuslibet <sup>13</sup> sexus vel donacionis<sup>q</sup> homo donacionem<sup>r</sup> hanc disrumpere aut infringere temptavero sive temptaverit, nil prosit; sed ipse qui ausus fuerint donum hoc inquietare aut in aliquo <sup>14</sup> sollicitare vel adnullare, componat tociens dicte canonice universum donum hoc superius comprehensum in duplum propter vinculum cum omni sua illius melioracione.<sup>s</sup> Atque <sup>15</sup> postmodum hoc maneat perhenniter firmum.

Quod factum est X<sup>4</sup> kalendas sebtentris,<sup>5</sup> anno XVIII<sup>1</sup> regni regis Philippi.

S+m Reimundi Remundi, qui hanc donacionem<sup>u</sup> <sup>16</sup> fecit et punctim firmavit et testibus eam firmari rogavit.

\*S+ Mironis sacerdotis\*.

<sup>17</sup> S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit cum litteris rasis et emendatis et fuis<sup>v</sup> in linea V et in XV, die et anno quo supra.

1. Segueixen dues lletres raspades il·legibles. 2. Segueix sub ipsa e ratllat.  
3. Sota la segona i hi ha una a. 4. Segueix I raspat. 5. Escrit sobre quelcom de raspat.

LA. a. casalitii. b. parrochia. c. Vincencii. d. comparationem. e. petia. f. Motionis. g. petia. h. petia. i. Moysi. j. Motionis. k. Belluti. l. petia. m. prefati. n. Motionis. o. Moysi. p. versatione. q. donationis. r. donacionem. s. melioracione. t. IXX. u. donacionem. v. fuis et emendatis.

1078 setembre 1

*El bisbe Umbert, l'ardiaca Bernat Guillem i els canonges de la Seu de Barcelona donen permís a Ramon Dalmau, canonge de la Catedral, per a ampliar la seva casa carregant un arc sobre els murs d'una torre de la Seu que pertany a l'ardiaca.*

ACB, perg. 1-2-1688. Original. Pergamí, 180 × 346 mm. Al verso: "Carta Raimundi Dalmacii in Barchinona" (s. xi); "Num... 1241" (s. xvii); "Mitja Escala, Armari 3, n. 1688" (Caresmar); "Antiquit. I 634" (Mas); "1078" (F-B). Caplletra "I" que ocupa 5 ratlles.

ACB, LA.I, n. 634, f. 234a-b. Rúbrica: "Adquisitio R. Dalmacii de ampliacione suarum domorum". *Inter columnas recto*: "n. 634" (Caresmar). *Exterior verso*: "Anno Domini 1079" (s. xviii). Caplletra "I" que ocupa 21 ratlles.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 133, n. 973.

*In nomine Domini. Ego Umbertus, permittente Deo, barchinonensis Sedis episcopus, et Bernardus Guilelmi, eiusdem Sedis archidiaconus,<sup>a</sup> cunctusque grex canonicus in eadem sede michi /<sup>β</sup> subditus, pariter in unum, tibi Remundo Dalmacii<sup>b</sup> levite, nostre sedis canonico, donatores sumus. Sit etiam manifestum cunctis et notum universis qualiter facimus /<sup>β</sup> tibi donum atque assensum et damus tibi licentiam, quam volumus firmo consistere robore per succedentium<sup>c</sup> temporum secula. Universitati quoque pateat hominum, tam presentium<sup>d</sup> /<sup>α</sup> quam futurorum, qualiter ab urbe condita murus tuus adhesit atque conglutinatus vest/ turri nostre sedis, que etiam turris est nostri archidiaconatus,<sup>e</sup> in quam paries /<sup>β</sup> muri tui est intromissus ab edificantibus,<sup>f</sup> transactis plurimis temporibus. Unde quia terminos domus tue dilatare cupis et amplificacionem<sup>g</sup> muri tui perficere ob-<sup>h</sup>tas, damus tibi licentiam<sup>h</sup> et assensum atque pariter facimus tibi donum ut in parietem et supra parietem nostre prescripte turris arcum domus tue reclinari facias atque supra ipsum nostrum /<sup>γ</sup> parietem quicquid laboris exercendi sive edificandi<sup>i</sup> voluntati tue occurrerit, potestatem in omnibus obtineas, tam ab oriente in predicta turri quam a meridie in solarario /<sup>β</sup> prescripte turris et in eadem turre, nullumque deinceps successorem nostrum aut cuiuslibet sexus hominem super hoc edificio pertimescas. Si autem, quod absit, nos donatores /<sup>β</sup> et assensum hunc facientes aut cuiuslibet sexus vel ordinis sive etatis homo dirumpere temptaverimus seu dissolvere factum hoc sive temptaverit, ad nichilum redigatur /<sup>α</sup> nostra vel illius temptacio, sed, manentibus perhenniter cunctis a nobis hic ordinatis, exsolvamus*

aut exsolvant tibi libras XII<sup>cim</sup> auri puri in vinculum ęternaliter tibi profuturas.

<sup>/1</sup> Facta scriptura donacionis<sup>l</sup> huius atque assensus kalendas septembris, anno XVIII regni Phylip<sup>k</sup> regis.

\*Umbertus episcopus +\*, <sup>/12</sup> qui hac donacionem<sup>l</sup> et assensum licentiamque,<sup>m</sup> cum conibentia<sup>n</sup> et subscriptione clericorum suorum inferius subscriptorum, fecit et subscripsit atque firmavit.

<sup>/13</sup> \*+ Bernardus archidiaconus<sup>o</sup>\*. \*S+ Guilelmi levite\*. \*S+ Petri Bernardi clerici\*. \*S+ Ermenardi presbiter sss\*. <sup>/14</sup> S+ Poncii levite. S+ Reimundus levita. \*S+ Reimundi subdiaconi\*. \*S+ Poncii sacricustos\*. <sup>/15</sup> S+ Ardenchus levite. S+m Guilelmi subdiaconi. \*S+ Geraldus levite\*. \*S+ Guvi/tardi presbiter\*. <sup>/16</sup> S+ Mironis Donutii.<sup>p</sup> \*S+ Stephanus levite\*. S+ Guilaberti levite. <sup>/17</sup> \*S+ Oliva levite\*. \*S+ Ponti<sup>q</sup> levite\*.

<sup>/18</sup> S+ Berengarii subdiaconi, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

LA. a. archidiachonus. b. Dalmatii. c. succedencium. d. presencium. e. archidiachonatus. f. hedificantibus. g. amplificationem. h. licenciam. i. hedificandi. j. donationis. k. Philippi. l. donationem. m. licenciamque. n. conibencia. o. archidiachonus. p. Donucii. q. Poncii.

### 1335

1078 octubre 5

*Trudgarda dóna al seu fill Bernat uns aious situats a Barcelona, al Vallès, a Santa Maria de Cardedeu, a Vilalba.*

ACB, perg. 1-2-1479. Original. Pergamí, 111 × 291 mm. Al verso: "carta donacionis quam facit Tradiardis filio meo Bernat Ermengaudi" (s. XIII); "mitja escala armari 3, n. 1479"; "num... 848" (s. XVII); "1078" (F-B).

*In nomine Domini. Ego Trudgardis femine do[nator sum tibi Ber]nard filio meo. Manifestum est enim quia placuit animus meis et placet, nullus quogen[tis] <sup>/2</sup> imperio nec suadentis ingenio, set propria [±11] ubi elegit bona voluntas, ut cartam donacionis facio tibi filio meo Bernardo <sup>β</sup> prescripto de ipsos meos alodios, qui vo-[bis ±14] fratri meo Remundi Lubatuni condam, et de ipsos sacra-rios, qui fuerunt suos. Et insuper dono tibi <sup>^</sup> ipsa mea sala meliore, qui est prope Sancti [Vincencii, qui ad]venit meo ipso alodio, in quo est fundata, per lexacionem neptus meos Bernardi Remundi. <sup>ρ</sup> Et est prescripta omnia in pago barchinonen[sis, in Vallense, alia]*

*Sancte Maria Cartitulo sive in Vilalba. Et afrontat prescripta omnia, a parte orientis [in alodio ter-]<sup>6</sup>mine Serre qui est transacto Riunc[ulo Cartitulo ±6 in i]strata calciata, et de occiduo in ipsa serra qui est ante Belloge, a parte c[irci ±3] /<sup>7</sup> afrontad in istrata qui pergit per [Cartitulo ad sive Vilalba. Quan]tum infra istas afrontaciones ego abeo vel abere debeo, sic dono tibi, prescripto filio [meo] <sup>8</sup> Bernardo, totum ab integum, cum exis [vel regresis earum ±8 ip]sas meas cumpras et voces in alodios, quas apud te comparavit. Et est prescript[a omnia] <sup>9</sup> infra terminos Sancte Agnetis de [Malia]neges et [±10 ip]so] col. Et est prescripta omnia totum francum. Et ohnc dono tibi filio [meo prescripto] <sup>10</sup> Bernard ad tuum plenisimum proprium francum, ad tua volunta[tem ±7] exinde quodcumque volueris. Et hooic/ dono tibi propter ipsum bene [±10] <sup>11</sup> quod tu mihi fecisti. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia superius scripta de meo iuro in tuo trado dominio et potestate, [ut facias] <sup>12</sup> quodcumque volueris. Quod si me donatrice aut ullus homo vel femina qui contra hanc ista carta donacione venerit pro inrumpendum, non hoc [valeat vindicare] <sup>13</sup> quod requirit, set componat aut componam cum omni sua inmeliacione. Et in antea ista donacione firma stabilis permaneat modo [omni que tempore]*

<sup>14</sup> *Facta ista carta donacione III nonas hoctubeer, ano XVIII regni regis Philipi.*

*Sig+num Trudgardis feminne, [qui ista donatio-]<sup>15</sup>ne fecit firmavit et testes firmare rogavit.*

*\*Sig+num Ermengaudus Bernaln/rdus\*. \*Sig+num Folc Guifre\*.  
<sup>16</sup> Ssss Seniofredus presbiter.*

*Fulecrandus/ presbiter ssss, qui ista carta donacione fecit s[ub] die et anno [quod supra].<sup>1</sup>*

1. *Línia repetida per una altra mà.*

1336

1078 octubre 10

*Umbert, bisbe de Barcelona, i els seus canonges donen en usdefruit a Ponç Geribert, levita, dues cases petites a canvi d'una altra casa petita que li havien donat i en la qual ell havia fet algunes despeses, perquè el bisbe i els canonges la necessitaven.*

ACB, LA.I, n. 598, f. 222c-d. Rúbrica: [espai en blanc]. Exterior verso: "n. 598" (Caresmar) i "Anno Domini 1079" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus B-F: 7 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 133-134, n. 974.

*In nomine Domini. Ego Umbertus, divino permittente numine sancte sedis barchinonensis episcopus, et universus grex canonicus eiusdem sedis ibidem mihi subditus, pariter in unum, tibi Poncio Geriberti levite, nostre sedis canonico, donatores sumus. Sit etiam manifestum qualiter dudum dedimus tibi domum unam parvulam secus nostram Canonicam, in cuius edificii sumptibus aliqua de tuo expendisti. Sed quia domus ipsa, quamvis parvula, nobis erat admodum necessaria in utilitatibus plurimis, domum eandem ad nostro receperamus usus, te in nullo contradicente. Et in compositione ipsius domus duas alteras domos parvulas tibi damus ad hostium nostre ecclesie iuxta ecclesiam Sancti Sepulcri, in quibus inhabitare valeas et necessitates tuas perficere, secundum quod humanus postulat usus, quarum una dudum fuit infirmorum receptaculum fratrum, altera tempore transacto fuit capitulum. Damus autem tibi prephatas domos ad integrum, cum solis et suprapositis, guttis et stillicidiis, hostiis et ianuis cunctisque edificiis ad domos prescriptas qualibet conditione vel ordine pertinentibus, quia es ecclesie nostre necessarius in universis ad hornatum sive cultum eiusdem ecclesie pluribus modis pertinentibus, ut factus sedis nostre vicinus comodius invigilare valeas illius necessitatibus. Tali quoque modo et ordine domos tibi damus: ut habeas illas et teneas atque possideas quamdiu vixeris, atque post obitum tuum revertantur in ius atque dominium nostre Canonice nostrumque absque ullius contrarietatis obstaculo. Si vero nos donatores aut quilibet successorum nostrorum sive cuiuslibet sexus vel ordinis homo donationem hanc disrumpere aut infringere temptaverimus sive temptaverit, nil prosit, sed componamus sive componat tibi prescriptas domos in duplum cum omni sua illorum melioratione. Atque postmodum hoc maneat firmum, secundum modo ut superius comprehensum.*

*Quod est actum VI idus octobris, anno XIX regni regis Philippi.*

*<sup>d</sup> Umbertus episcopus +, + Bernardus archidiaconus, s+ Remundi levite, qui et iudicis, s+ Petrus sacer, s+ Dalmacius sacer, s+ Remundi levite, s+ Mironis sacerdotis, s+ Ermenardi presbiter sss, s+num Guilemi<sup>d</sup> subdiaconi, s+num Reimundus levita, s+ Guilelmi levite, s+ Reimundus presbiter, s+ Stephanus levite, s+ Guilaberti levite, qui hanc donationem fecimus et signis atque subscriptionibus roboravimus.*

*S+ Poncii sacracistos.*

S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Sota l'última i hi ha un signe us.

1337

1078 octubre 15

*Bernat Ermengol dona a la seva mare Trudgarda tots els alous que aquesta li havia lliurat per escriptura, de manera que ella els tindrà mentre visqui i després retornaran al donador.*

ACB, perg. 1-2-475. Original. Pergamí, 86 × 310 mm. El document presenta un petit forat al marge superior esquerre, a un quart de l'angle, que afecta el nom del donador. Al verso: "Donacio quam facit Bernardus Ermengaudi de alaudibus matri sue"; "Scripta" (s. XIII); "Nil pro Capitulo" (s. XVI); "Siglo XI" (s. XIX); "Antiquit. III 154"; "1078" (Mas). Caplletra "I": 4 mm.

ACB, LA.III, n. 154, f. 54a. Rùbrica: "Hec carta in fraudem barchinonensis Sedis fuit facta et ideo non valuit". Interior recto: "n. 154" (Caresmar). Inter columnas recto: "Anno Domini 1179" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 11 línies.

Regest: Mas, Notes, vol. X, p. 134, n. 975.

*In Christi nomine. Ego Bernardus<sup>l</sup> Ermengaudi donator sum tibi genitrice mea, nomen<sup>a</sup> Trudgardis. Dono tibi omnes meos <sup>l</sup>alodios, quas<sup>b</sup> tu mihi dedisti in cripturam,<sup>c</sup> quod mihi firmasti, tali modo: ut tu teneas et possideas omnibus diebus<sup>2</sup> vite tue, <sup>β</sup>sine blandimento homine vel femina, ad tua voluntate; et ad obitum tuum, revertant in mea potestate sine mora <sup>l</sup>et ipsam kartulam.<sup>d</sup> Quod si ego Bernardus aut ullus homo vel femina qui contra ista karta<sup>e</sup> donatione vene-<sup>f</sup>rit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare quod requirit, sed componat aut componam pre-<sup>β</sup>scripta omnia in duplo cum suas meliorationes. Et in antea ista karta<sup>f</sup> donatione firma perma-<sup>l</sup>neat modo et omnique tempore.*

*Facta ista karta<sup>e</sup> donatione idus octobris, anno XVIII regni Fi-<sup>β</sup>lipi<sup>h</sup> regi.<sup>i</sup>*

*\*S+m Bernardus Ermengaudi, qui ista carta donacione<sup>f</sup> fieri iussi,<sup>k</sup> firmavi et testes firmare <sup>l</sup>rogavi\*.*

*\*S+m Ermengaud Bernard\*. \*S+m Fulchoni Guifredi\*. /\*Sig+ Fulcradus presbiter\*<sup>l</sup>.*

*<sup>l</sup>0 Sss Seniofredus presbiter, qui <sup>ç</sup>l scripsi.<sup>m</sup>*

1. us es veu només a la còpia. 2. Sota la i hi ha una e.

LA. a. nomine. b. quos. c. scripturam. d. cartulam. e. carta. f. carta. g. carta. h. Philippi. i. regis. j. donatione. k. iussit, t expuntuada. l. hec. m. scripsit.

## 1338

1078 octubre 20

*Bonuç Vivà ven a Bernat Ramon i a la seva muller Ermengarda una peça de vinya amb la seva terra, situada al territori de Barcelona, al terme de Provençals, al Besòs, que té pels seus pares, pel preu de 100 mancusos d'or.*

ACB, perg. 1-1-2522. Original. Pergamí, 155 × 311 mm. Al verso: "LXXXII"; "de Abtafolia" (s. XI-XII); "Num... 2522" (s. XVII); "Liber I Antiquitatum N. 838"; "Diversorum A 2522" (Mas); "1078" (F-B). Caplletra "I": 7 línies.

LA.I, n. 838, fol. 302c-d. Rúbrica: "Bonutius Vivani vendidit Bernat Raimundi et femine peciam vinee ad Provenzals". Exterior verso: "n. 383". Inter columnas verso: "anno Domini 1079".

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 135, n. 976.

*In Christi nomine. Ego Bonucius Vivani venditor sum vobis Bernardus Raimundi et uxori tue Ermeniardis femine, emptoribus. Per hanc scripturam vendicionis<sup>a</sup> mee ꝑ vendo vobis peciam<sup>b</sup> unam vinee hab<sup>c</sup> ipsa terra ubi est fundata. Et est hec omnia in territorio Barchinone, in terminio de Provincialis et de Bisocii. Advenit mihi predicta omnia ꝑ per genitorum et per ullasque voces. Et affrontad iam dicta omnia de circi et de meridie in vineas de vos emptores, de aquilonis in vineas Sancti Iacobi<sup>d</sup> apostoli, de occiduo in vineas qui fuerunt ꝑ Geribert<sup>e</sup>/i/ Gimarani. Quantum istas affrontaciones<sup>e</sup> includunt, sic vendo vobis: iam dicta omnia ad integrum, propter precium mancusos centum auri monete Barchinone legitime pensatos. ꝑ Quod vos emptores precium mihi dedisti et ego venditor manibus meis recepi. Et nichil de ipso precio apud<sup>f</sup> vos emptores non remansit. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia, ꝑ que vobis vendo, de meum iure in vestro<sup>g</sup> trado dominium et potestatem, ut quiquit<sup>h</sup> exinde facere vel iudicare volueritis, cum exios et regresios<sup>i</sup> earum, ad vestrum plenissimum proprium. ꝑ Quod si ego venditor aut aliquis homo sexus utriusque contra ista vendicione<sup>j</sup> pro inrumpendum venerit, nil valeat, set componat aut ego componam vobis iam dicta omnia ꝑ in duplo cum omni sua melioracione.<sup>k</sup> Et in antea ista vendicio<sup>l</sup> firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc XIII kalendas novembri, anno XVIII regini ꝑ regi Philipi.<sup>m</sup>*

*S+num Bonucio, qui histan<sup>n</sup> vendicione<sup>o</sup> feci et firmavi et testes firmare rrogavi.<sup>p</sup>*

<sup>/0</sup> S+num Ermengaudus Vives. \*s+ Gerbertus presbiteri\*. \*S+ Sinderedus sacer\*. SS+num Bernardus Isarno.

<sup>/1</sup> S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi et sss die et anno quod supra.

LA. a. venditionis. b. petiam. c. ab. d. Jacobi. e. affrontationes.  
f. apud. g. vestrum. h. quiquid. i. reuessios. j. venditione. k. me-  
lioratione. l. venditio. m. Philippi. n. ista. o. venditione. p. rogavi.

### 1339

1078 octubre 24

*Dalmau, Ponç Guerau, Pere Mir, la seva muller Guisla i el bisbe Umbert de Barcelona estableixen a Guillem Ponç la torre del Codony, de pedra i calç, que havien deixat deserta i buida els ismailites, situada al comtat de Barcelona, dins del terme del castell del Montmell, al lloc anomenat Codony.*

ACB, LA.IV, n. 421, f. 176 d-177b. Trasllat de 14 de març de 1192. Rùbrica: "Stabilimentum et donatio turris de Codoin". *Inter columnas verso*: "Donatio" (s. XIII-XIV); "n. 421" (Caresmar). *Interior recto*: "De Monte Macello" (s. XIII-XIV). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 10 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 135-136, n. 977.

Ed.: URPI - RESINA, *El castell*, d. XI, p. 436-437.

*In nomine Domini. Ego Dalmatius et Poncius Geraldi et Petrus Mironi et coniuge sua Guilia, sit etiam manifestum qualiter dompnus Ugbertus, barchinonensis episcopus, nos simul in unum, donatores sumus tibi Guilelmo Poncii. /<sup>a</sup> Donamus tibi turrem de ipso Codoin, ex petra et calcem constructam, cum domibus universis undique constructis, solis et suprapositis, cum terris et vineis, cultis et incultis, arboribus diversi generis, fructuosis et infructuosis, que etiam cuncta<sup>1</sup> metu perfide<sup>2</sup> gentis hismahelitarum vacua et absque habitatore deserta erint et pene in solitudinem redacta, insistente barbarorum intolerabile terrore. Sunt autem hec in comitatu barchinonensi, intra termino castris Montis Macelli, in loco prenominato ad ipsum Codonium. Habent autem terminum universa hec ab oriente in monte Penditio et in collo Brugusso, a meridie in serra de Gualafred et in ipsa turre qui fuit de Guifredo<sup>3</sup> Maiolo, ab occiduo ad ipsum Fictorium et ad ipsas Fonts subtus parelades de ipso Codon et ad ipsa guardia de Vale Longa, a parte vero circii ad ipsa rocha que vocant Lobadii et in castro de Celma vel in monte de Albano. Quantum prenominati termini concludunt, vobis ab integrum damus,*



*cum ingressibus pariter et egressibus suis, et medietate de decimis, et cum universis ad supra dicta omnia qualibet conditione vel ordine pertinentibus, secundum quod ore possunt humano dici sive utcumque nominari, ut sint omnia hec tua, secundum quod superius sunt comprehensa, ad tuum plenissimum alodium proprium perpetim franchum, absque ullius contrarietatis obstaculo, tali videlicet modo atque tenore: ut non liceat vobis in predicto et de prenominato alodio alium seniore facere vel aclamare, nisi nos aut succedentes nobis donatores in eodem honore. Si vero nos donatores aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo donum hoc disrumpere temptavero sive temptaverit, nil prosit, sed componam aut componat tibi vel posteris tuis uncias <sup>p</sup> auri purissimi LXX. Et postmodum hec maneat perhenniter firmum.*

*Quod factum est VIII kalendas novembris, anno XVIII regnante regis Philippi.*

*Sig+num Dalmacius Guitardi, sig+num Poncius Geralli, sig+num Petro Mironi, sig+num Guila, isti donum hoc fecerunt et firmaverunt atque testibus illud firmari rogaverunt.*

*Sig+num Raimundo Geralli. Sig+num Bernardo Olibani. Sig+num Mironi Olibe. Signum Gaucerandi. S+num Bernardi Senulli.*

*Isarnus sacer, qui ista carta donationis rogatus scripsi sub die et anno quo supra sss.*

*+ Berengarius levita, qui hoc translatum scripsit II idus marcii, anno Domini MCLXXXII, die et anno quo supra.*

1. *Sota la t hi ha una l.* 2. *Abreviatura superflua.* 3. *Sota la o hi ha una i.*

## 1340

1078 novembre 27

*Ermengol Bernat fa establiment a precari a Albert Ervigi, a la seva muller Guisla i a la seva descendència d'una peça de terra situada al territori de Barcelona, a Magòria, que té pels seus pares.*

*ACB, perg. 1-4-273. Trasllet en pergami de 27 de desembre de 1078. 155 × 288 mm. Restaurat. Al verso: "De Magoria" (s. XIII-XIV); "saeculi XI" (s. XVIII); "1078"; "1078" corregit sobre "1077"; "Diversorum C (b) 273, capsula 3" (Mas). Caplletra "H": 7 mm.*

*Hec est translatum de ipsa scriptura precaria \que/ fecit Ermengaudus Bernardi ad Arbertum Ervigio et coniux sue Guilie fem[ine]. Et ipsam scripturam sic incipit.*

*In nomine Domini. Ego Ermengaudus Bernardi donator sum vobis Arbertus <sup>1</sup> Ervigio et coniux tue Guilie femine et vestre progenie atque posteritati. Manifestum est enim quia dono vobis terra herema causa precaria plantandi. Et est ipsa terra in territorio Barchinone, in terminio de Mugoria. Advenit mihi <sup>2</sup> prefata terra per genitori meo et per ullasque voces. Et affrontad iam dicta terra in vinea de me Ermengaudus donatore, de aquilonis et de meridie in vias, de occiduo in vineas Sancte Crucis. Quantum iste affrontaciones includunt, <sup>3</sup> sic dono vobis et progenies atque posteritati vestre iam dicta terra sub tali conveniencia: ut eam obtime plantetis de bonas vites et advineetis et ad culturam ea adducatis; et hoc habeatis factum usque septem annos pri-<sup>4</sup>mos venientes; et infra isto termino prescripto ex his frugibus, quod Deus ibi dederit, habeatis vos laboratores tres partes, quartam partem et decimam ad opus meum retineo, exceptus unum annum quod vobis dono integriter <sup>5</sup> per vestram vineatam, quale vos prendere volueritis. Et quando fuerit expletum prenominatum terminum septem annorum et obtime fuerit advineato prefata terra, tunc dividamus iam dicta terra et vinea per me-<sup>6</sup>dium, ita ut una medietas sit mea, alia vestra. Ita tamen ut vestram partem non sit vobis licitum vindere nec alienare nisi me donatore aut successores meos, si emere eam voluero aut voluerint. <sup>7</sup> Et si ego nec illos noluerimus comparare vestram partem, quomodo iuste preciata fuisset bonis hominibus, infra XXX dies postquam amoniti fuero aut fuerint, licitum sit vobis ex vestram <sup>8</sup> partem ad facere quodcumque volueritis faciatis. Quod si ego donator aut aliquis homo sexus utriusque qui hoc rumpere voluero aut voluerit, nil valeat, set componat aut ego componam vobis in vin-<sup>9</sup>culo libram unam auri puri. Et insuper hoc maneat firmum omni tempore. Quod si nos laboratores minime fecerimus aut si nos habstraxerimus de supra dicto conventu, componamus tibi in vinc-<sup>10</sup>ulo <sup>11</sup> libram unam auri puri. Et in antea hoc adimpleamus quod spondimus, <sup>12</sup> et ullum senioresem atque senioraticum vo\|s/ laboratores ibi non faciatis neque proclametis <sup>13</sup> nisi me donatore aut successores mei\.*

*Facta ipsa carta precaria V kalendas december, anno XVIII regni regis Philipi.*

*Ermengaudus, <sup>14</sup> qui hanc precaria feci et firmavi et firmare rogavi.*

*Ermengaudi Raimundi iudicis. <sup>15</sup> Raimundi Guitardi. Bonefilii Ervigio. Guido. Poncii Durandi. Poncii Ellemar. Guilielmus subdiaconus. <sup>16</sup> Iohan levita. Poncio Remon clerico.*

<sup>/7</sup> Facto isto translato de prescripta scriptura<sup>2</sup> precaria VI kalendas ianuarii,<sup>3</sup> anno XVIII regni regis Philipi.

S+num Remon Cabannada. S+num Remon Donucio. <sup>/8</sup> S+num Remon Senfre. S+num Berenguer Arucio.

1. Fragment de les línies 14 i 15 transcrit aquí per la il·lació lògica del text tot i que el reclam de situació apareix damunt de la paraula Philipi. 2. Escrit sobre lletres raspades indesxifrables. 3. Escrit sobre lletres raspades indesxifrables.

## 1341

1078 desembre 19

*Umbert, bisbe de Barcelona, dóna de per vida a Bernat Guillem, ardiaca, l'alou que la Seu posseeix a Círcol, dins la parroquia de Santa Eulàlia de Provençana, territori de Barcelona, i que havia pertangut a Bernat Ramon.*

ACB, perg. 1-1-2245. Original. Pergamí, 86 × 278 mm. Al verso: "Carta Bernardi Guilielmi archidiaconi de Circulo"; "Scrip. IXXXI" (s. XIII-XIV); "Num... 2245"; "Lib. IV. Antiquit. N 43"; "Diversorum A. 2245" (Mas); "1078" (F-B). Caplletra "A": 1 línia.

ACB, LA.IV, n. 43, f. 14a. Rúbrica: "De manso Circuli in terminium Provinciane". Interior recto: "n. 432 (Caresmar); "XXXI" (?). Caplletra "A": 6 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 136, n. 978.

*Ad notitiam.<sup>a</sup> Ego Umbertus, barchinonensis Sedis episcopus, deducere cupio multorum qualiter tibi Bernardo Guilelmi, nostre Sedis archidia-<sup>/</sup>cono, donum facio totius<sup>b</sup> alodii de ipso Circulo, quod est nostre sedis et quod advenit nostre eccliesie fidelium largitione. Est autem nominatim domus <sup>/</sup> et cortes, terre atque prata, et viridaria cum arboribus diversi generis, et ceteris omnibus ad cuncta supra dicta qualibet conditione <sup>/</sup> vel ordine pertinentibus, sicut ore possunt humano dici vel nominari, secundum quod illa Bernardus Remundi unquam melius tenuit et habuit, <sup>/</sup> et secundum quod terminantur recto tramite per viam qua itur ab urbe Barchinona usque ad marina littora, in quibuscumque locis invenire <sup>/</sup> illa aut aliquid ex illis potueris. Sunt autem hec in territorio barchinonensi, in parrochia Sancte Eulalię de Provinciana. Cunc-<sup>/</sup>ta autem hec superius nominata, secundum quod scripta sunt, tibi ad integrum dono cum cannonicorum meorum assensu promptissimo, ut <sup>/</sup> post discessum Bernardi Remundi teneas et habeas atque possideas supra scripta ad servitium nostre sedis ac meum meorumque <sup>/</sup> successorum, quamdiu vixeris, absque ullius contrarietatis obstaculo.*

*Facta scriptura donationis huius XIII kalendas ianua-<sup>o</sup>rii, anno XVIII regni regis Philippi.*

*\*Umbertus episcopus +\*, qui hanc donationem fecit et firmavit /<sup>1</sup> atque testibus eam firmari rogavit.*

*\*S+ Remundi levite\*. S+ Bernardi Arnaldi.*

*/<sup>2</sup> S+ Petri clerici, qui hoc scripsit et sub sss scripsit die et anno quo supra.*

LA. a. noticiam. b. tocius.

## 1342

[1076-1078]

*El bisbe Umbert de Barcelona i Pere Mir de Banyeres fan acte de convenença sobre els castells de Banyeres i la Granada.*

ACB, LA.IV, n. 333, f. 132c-133a. Encapçalament de foli: "Baineres". Rúbrica: "Convenientia inter episcopum et castlanos de Bagneriis de predicto castro". Exterior verso: "r" (s. XIII-XIV); "n. 333" (Caresmar). Caplletra "S" ornamentada, tipus B: 4 línies.

Datació: document sense data. Vegeu l'estudi cronològic de la introducció.

Ed.: URPI-RESINA, *El castell*, d. IX, p. 434-435.

*Sub ista conveniencia miserunt se Raimundi Arnalli et Bernardo Mironis in potestate de dompno Umberto episcopo, que faciat directum Petro Mironis de castrum Bagneras ad /<sup>1</sup> iam dicto episcopo sine engan; aut hac tale consilium: que Petro predicti donet potestatem de iam dicto castro de Bagneras a predicto episcopo per quantasque v\i/(o)ces<sup>1</sup> ille requisierit sine engan, et que afidet Petro iam dicto ipsum castrum de Bagneras per sacramentum ad iam dictum episcopum sine engan, et faciat inde hostes et chavalcadas de ipsos cavallarios qui sunt logatos de predicto castro Bagneras apud dicto episcopo sine engan, exceptus ipsas cavalleries que laxara iam dicto Petro in predicto castro per guarda. Et de ipsas dominicaturas quod Petro iam dicto habet<sup>2</sup> in Bagneras de terris et de vineis, et de presentaias censales et de totos servicios censales, exceptos ipsos placitos, habeat predicto episcopo in iam dictas dominicaturas totam quintam partem sine engan. Et iterum convenit iam dicto Petro Mironi a predicto episcopo que faciat guerras et que tengat paces de predicto castro Bagneras per predicto episcopo sine engan. Et predictus episcopus convenit a predicto (episcopo)<sup>3</sup> Petro ut faciat firmitatem de supra dicto castro Bagneras cum suis*

*pertinentiis ad Petrum iam dictum et ad posteritas eius sive lineage ad laudamentum dompno Reimundi comite sine engan de iam dicto Petro et sua posteritas sive cum canonicis sedis barchinonensis. Et supra dictus episcopus reddat ad supradicto Petro Mironi ipsum castrum que vocant Granada, simul cum suis pertinenciis, quomodo tenebat Petrus et habebat ad diem quando predictus episcopus emparavit, et hoc faciat sine engan de iam dicto Petro cum ipso expleto de hoc anno. Et si prendiderit se Petrus ut faciat directum de Bagneras ad supra dicto episcopo, placitent alios espletos de ipsa<sup>4</sup> Granada et faciat ei iam dictus episcopus directum a predicto Petro, sicut ei iudicatum fuerit per directum. Et si iudicatum fuerit a supra dicto episcopo ut emendet ipsos expletos, afidet eos ad Petrum per placitos sufficientes sine suo en-<sup>a</sup>gan de iam dicto Petro. Et si se prendiderit predicto Petro a predicto consilio, desineat ad iam dicto episcopo ipsos alios espletos de ipsa Granada, excepto illo de hoc anno, et Petro Mironi iam dicti faciat directum de Reimundo Guilelmi a iam dicto episcopo, et predictus episcopus faciat directum de se et de suis hominibus ad iam dicto Reimundo. Et hoc totum quod supra scriptum est, fiat factum ex utraque parte sine engan.*

1. o expuntuada. 2. Sota la h hi ha una x o un signe de con. 3. Expuntuat. 4. Sota la s hi ha una c.

### 1343

1079 gener 13

*Testament de Ponç Guerau en el qual deixa béns situats a Banyols i a Magòria, a més de diners a la Canònica de Barcelona i als monestirs de Sant Pere, Sant Cugat i Ripoll, així com a la seva mare i altres persones.*

ACB, LA.IV, n. 63, f. 20a-b. Rúbrica: "Testamentum Poncii Gerardi qui dimisit Sedi alodem in Bagnols". Interior recto: "n. 63" (Caresmar). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 10 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 136, n. 979.

*In nomine Domini. Ego Poncius Geralli iaceo in lectulo meo in egritudine, spero in misericordia Dei timeo ne subito mihi veniat mors. (Et)<sup>1</sup> ideo iubeo atque discerno ut sint elimosinarios meos, id est, Guitardi Boeci et Ermesendis, mater mea, et Miro Goltredi et Bernardus Marcucii. Precipio namque vobis elemosinarios meos ut, si mors mihi advenerit de ista egritudine aut de alia, antequam alium testamentum faciam, plenam potestatem habeatis apprehendere*

*et distribuere omne meum mobile sive immobile, sicut ego vobis iniungo in hunc testamentum.*

*In primis concedo ad Domino Deo et ad Kanonica Sancte Crucis Sancteque Eulalie ipsum meum alaude, quod habeo in Bagneolis, in tali videlicet modo et ordine: ut teneat mater mea omnibus diebus vite sue et donet ipsam tascam ad ipsam Canonica, post obitum vero suum remaneat solide ac delibere ad predicta Canonica ad proprio. Et concedo ad Sancti Petri cenobii ipsas meas vineas quod habeo ad ipso Cucullo. Et concedo ad Sancti Cucufati cenobii et ad Sancta Maria Rivipollentis cenobii ipsum campum qui ibidem est a prefate Cucullo. Et concedo ad Sancte Marie, que est sita in littore maris, modiatas II vinearum qui sunt ad Mogoria. Et concedo ad mater mea Ermesindis iam dicta domos ipsos meos, ubi abito, cum ipso solarario ex petra et calce constructum, et orto et aliis domibus qui me laxavit pater meus cum illorum pertinencia, cum ipsas meas vineas qui remaneat ad iam dicta Mugoria. Supra dicta omnia, quas dimitto ad Sancti Cucufati et Sancti Petri et ad Sancta Maria Rivipollensi, teneat mater mea omnibus <sup>h</sup> diebus vite sue, post obitum vero suum revertatur ad prefatos domos. Item concedo ad mater mea ipsum meum mobile, quam habeo, integriter, ut donet pro anima mea mancosos C, quomodo ergo ordinavero. Et de istos centum mancosos concedo ad prefata Canonica untias V, ut veniant ad corpus meum et sepeliant cum (cum)<sup>2</sup> honore. Et concedo ad Iohannis presbiteri mancosos VII. Et concedo ad episcopum mancosos VII. Et concedo ad Guitardus Boecii mancosos X. Et concedo ad Sindaredus presbiteri mancoso I. Et concedo ad Martinus presbiteri mancosos IIII. Et qui remanet de prefatis centum mancusis, concedo eos in sacrificiis, in quo melius videritis. Et concedo ad Guilelmus Geriberti mancosos VII. Et concedo ad Miro presbiteri mancosos VII. Et concedo ad Bernardus Marcucii mancosos VII.*

*S+ Poncii Geralli, qui istum testamentum fieri iussi et manibus meis signum meum scripsi et firmavi et firmare rogavi.*

*Facto testamento idus ianuarii, anno XVIII regnante regis Philippi.*

*S+ Sindredus sacer. S+ Martinus presbiter. S+num Geribertus Almarici. S+num Bonefilius Brandivino.*

*S+Iohannis presbiteri, qui hoc scripsi cum litteras supra positas in linea VI ubi dicit "domibus", et sub die sss et anno quo supra.*

*S+num Poncius Enneego.*

*1. Expuntuat. 2. Repetit.*

## 1344

1079 febrer 6

*Umbert, bisbe de Barcelona, i els seus canonges donen a Berenguer Ramon, canonge, i a Ramon Gotmar una vinya situada al territori de Barcelona, a la vila de Trullols, per tal que hi facin parets al voltant.*

ACB, LA.II, n. 44, f. 16a-c. Rúbrica: "Carta quod conventus Barchinona dedit Berengario Raimundo canonico et Raimundo Gotmarii vineam apud Trullols". Interior recto: "XLV" (s. XIII-XIV); "n. 44" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1079" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus A: 11 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 136, n. 980.

*In nomine Domini. Ego Umbertus, barchinonensis Sedis episcopus, et universus (is)<sup>1</sup> eiusdem sedis canonicorum conventus, pariter in unum, tibi Berengario Reimundi, nostre sedis canonico, et Reimundo Gundemari levite donatores sumus. Sit etiam manifestum qualiter damus vobis cuncteque vestre proieniei atque posteritati peciam unam terre noviter plantatam, quam olim dedimus vestro propinquo Berengario Atroarii ad plantandum vineam, ut plantatam ad culturam perduceret perfectam, tribuens illi cunctas laborationes que bone vinee competunt. Sed quia eundem Berengarium mors funesta prius ab hac vita subduxit sive subtraxit quam ceptum opus perficere posset, et eandem vineam, interveniente mortis articulo, imperfectam reliquit, concessit eam vobis ambobus ad suam ultimam voluntatem in suo testamento, ut quod deerat ipsi vinee vos supleretis, et omne directum illius post discessum eius vos haberetis. Est autem hec terre pecia nuper plantata in territorio barchinonen-<sup>si</sup>, sub villa que vocatur Truiols. Advenit autem nobis per vocem nostre matris ecclesie sive ob collationem fidelium vel aliis quibuslibet vocibus sive modis. Predictam quoque peciam terre noviter plantatam, secundum quod superius scriptum est, vobis damus cum ingressibus pariter et egressibus suis, et cum omnibus suis terminis sive limitibus, secundum quod continetur in scriptura illa donationis quam dudum exinde fecimus prescripto vestro propinquo Berengario. Sub tali quoque conveniencia damus hoc vobis et vestre posteritati sive proieniei: ut eandem terram plantatam ad culturam perducatis perfectam, sicut bonam decet vineam, atque vallo undique concludatis, omnesque laborationes vinee illi tribuatis per hos quinque annos venturos. Interim vero de omnibus fructibus sive frugibus que ibi nascentur, dabitis nobis sive successoribus nostris, tam vos quam ipsi qui post discessum vestrum hoc habebunt per*

*vos, annis singulis, quartam partem ad integrum, absque aliqua diminutione. Inter predictum quoque terminum accipietis quacumque advineationem volueritis absque ullo contrarietatis obstaculo. Atque hic non facietis ullum senioraticum nisi nostrum sive successorum nostrorum. Si vero vobis aut heredibus vestris necessitas vendendi sive quocumque modo alienandi eandem vineam evenerit, facietis aut facient vestris similibus, qui similiter donent nobis sive successoribus nostris quartam partem ad integrum de omnibus frugibus sive fructibus que ibi orientur per annos singulos. Si vero nos donatores aut aliqui utriusque sexus homo venerimus aut venerit ad intrupendum hoc vel infringendum, nil nobis valeat nec illi, set componamus vobis aut componat prelocuta omnia in triplum. Et postmodum sit perhenniter firmum.*

*Actum est hoc VIII idus februarii, anno XIX regni regis Philippi.*

*Umbertus episcopus +. S+ Stephanus levite. S+ Dalmatius sacer. S+ Guilelmi levite, qui et capudscole. S+ Reimundus levita. S+ Poncii sacricustos. S+m / Guilelmi subdiachoni. S+ Miro Donnucii. S+ Poncii levite.*

*S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit cum litteris fuis in linea III, die et anno quo supra.*

1. *Expuntuat.*

## 1345

1079 febrer 20

*L'abat Geribert, de Sant Miquel de Cuixà, i els monjos d'aquest monestir fan una donació a precari a Isaac, jueu, i a la seva descendència, una terra per plantar-la de vinya i treballar-la, situada al territori de la ciutat de Barcelona, al terme de Magòria, perquè la tingui els set anys vinents donant-ne la quarta part dels fruits al monestir, a condició que no reconegui cap altre senyor que el monestir.*

ACB, perg. 1-1-518. Original. Pergamí, 215 × 371 mm. Al verso: "La vinya de Magoriha" (s. XIII-XIV); "Cartes antiquisimes del mas / Avellaneda que per moltes reduccions / fetes apres no satisfan a res / per dita cabbrevacio"; "Del nº CCXXX dels extravagants de la Seu de Barcelona" (s. XVI-XVII); "Num... 518" (s. XVIII); "Diversorum A 518" (Mas). Caplletra "I" ornamentada: 33 mm.

*In Christi nomine. Ego Gerbertus, gratia Dei abba \cenobium<sup>l</sup> Sanctę Michahelis de Cuxano, cum cun<c>ta congregacione mona-*



corum prefato monasterio mihi subditus, donatores sumus tibi Isak<sup>2</sup> heb[re]o et proge-<sup>3</sup>nies atque posteritati tue. Manifestum est enim quia damus tibi terra causa precaria plantandi. Et est ipsa terra in territorio Barchinone civitate, in terminio de Magoria. Qui nobis advenit <sup>β</sup> iam dicta terra ob collacione fidelium et per ullasque voces. Et affrontad iam dicta terra de circi in alaude Abram hebreo et suos eres, de aquilonis in terra de te Isahc et Berengarii Bernardi, <sup>⁴</sup> de meridie in terra Ermengaudus Bernardi, de occiduo in vineas Vivani Goladoca. Quantum iste affrontaciones includunt, sic damus tibi et progenies atque posteritati tue iam <sup>⁵</sup> dicta terra sub tali conveniencia: ut eam obtime plantare et edificare facias de bonas vites, sicut decet bona vinea, \et bene laboretis/ et hoc habeas factum usque VII annos primos <sup>⁶</sup> venientes. Et ex his frugibus, quod Deus dederit ibi, dones tu<sup>3</sup> et progenies atque posteritati tue Domino Deo et prelibato cenobio et nobis sive successoribus nostris quartam partem fideliter omni tempore, <sup>⁷</sup> reliquas vero partes sint vestras integriter. Et non sint vobis licitum ibi alium seniore neque senioraticum facere neque proclamare nisi nobis aut successores nostros. Quod si nos dona-<sup>8</sup>tores aut aliquis homo sexus utriusque contra ista carta precaria venerimus aut venerit pro inrumpendum, nil valeat, set componat aut nos companamus<sup>4</sup> tibi in vinculo <sup>⁹</sup> libras duas auri puri. Et insuper hoc maneat firmum omnique tempore. Quod si ego laborator minime fecerero<sup>5</sup> aut si me extraxero de supra dicto conventu, componam vobis in <sup>10</sup> vinculo libras duas auri puri. Et in antea hoc adimpleamus quod spodondimus.

Facta ista carta precaria X kalendas<sup>6</sup> marcii, anno XVIII regni regis Philipi.

<sup>11</sup> \*Gerbertus abbas +, qui hoc firmo et firmare rogavi\*.

S+num Adalbertus monaci. S+num Arnallus monaci. <sup>12</sup> \*S+ Remundi Seniofredi levita\*. \*S+ Guitardi presbiteri\*. \*S+ Remundi<sup>7</sup> levite\*. \*S+ Remundi levite\*. <sup>13</sup> \*S+ Reimundi presbiter\*. \*S+ Dalmacius clerici\*. מן הניסיעה של הכומרים מן קהילתו.

<sup>14</sup> S+ Guilielmus sacer, qui hec scripsi cum litteras super positas in linea prima et V, et sss die et anno quod supra.

1. Hi ha un senyal que indica on s'ha d'inserir en el text. 3. A sota hi ha altres lletres indexifrables. 4. A continuació, però enganxada amb la t sembla que hi ha una i sobrerera. 5. Per componamus. 6. Per fecero. 7. La grafia d'aquesta paraula és dubtosa. 8. Sota la u hi ha un començament de d.

Traducció del text en hebreu: De la plantació dels clergues de Cuixà.

1346

1079 febrer 22

*Borrell Delet i la seva dona Cuniella donen als seus fills Guillem i Berenguer la fortificació d'Heures amb els seus aous, situada al terme de la parròquia de Santa Maria de Vilalleons i Santa Eugènia de Berga, al comtat d'Osona, i que tenen per compra.*

ACB, perg. 1-4-274. Original. Pergamí 110 × 260 mm. Al verso: "de eures"; "de [...]ris" (s. XIV); "1078"; "D.C. (b) 274 Cap. 3" (s. XX). Restaurat i reforçat a base d'un trosset de pergamí; una taca ha diluït o fet perdre algunes lletres de les inicials de les línies 2-4, i també s'ha esvanit la tinta, sense cap altre efecte, que cobreix les darreres paraules de les línies 3-5. Caplletra "I": 17 mm.

*In Domini nomine. Ego Borellus Delet et coniux mea, Chuniellis nomine, donamus vobis, filiis nostris, Guilelmo atque Berengario. In hac nostre donac[i]onis scriptura <sup>ρ</sup> donamus vobis ipsam nostram municionem, que dicitur turri Ederę, cum omnibus alodiis et baguliis et utilitatibus cunctis iam dicte fortitudini pertinentibus, quemadmodum <sup>β</sup> [±5]ta munic[i]onem usque in presens intra terminum parroçchie Sancte Marię Ville Leonis et Sancte Eugenię de Berga tenuimus et cum eadem fortitudine<sup>1</sup> <sup>ρ</sup> Sunt autem prenominata omnia in Ausonę comitatu. Advenit mihi iam dicto Borello per vocem empcionis. Et sicut superius insertum est, in vestro iure et dominacione <sup>ρ</sup> donamus et confirmamus. Et si quis hanc donationem vobis in aliquo infringere temptaverit, in duplo vobis componat. Et insuper hec donacio plenum robur <sup>ρ</sup> obtineat.*

*Acta est hec donacio VIII kalendas marcii, anno X<sup>o</sup>VIII<sup>o</sup> regis Philipphy.*

*Sig+num Borelli Delet, sig+num Chuniellis, qui hanc <sup>ρ</sup> donacionem sponte fecimus et firmamus et firmari eam rogamus.*

*Sig+num Poncii Bernardi. Sig+num Remundus Crexelli. Sig+num Guilemi <sup>ρ</sup> Onofredi. Sig+num Berengarii Ermemiri.*

*<sup>ρ</sup> Adabertus sacerdos scripsit ss die et anno quod supra.*

1. *Sota la i hi ha una e.*

1347

1079 març 1

*Geribert, fill de Prim, i la seva muller Ermessenda fan donació a favor de Mindònia, dona, d'una mujada de vinya situada al territori*

*de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu apòstol, al terme de Silvià, sobre les Corts.*

ACB, perg. 3-23-46. Original. Pergamí, 114 × 308 mm. El document presenta diversos forats petits. Al verso: "Cubiculum III, Scrinium 23, Titulum S. Andreu de Palomar, n. 46" (Caresmar). Caplletra "I": 7 ratlles.

*In nomine Domini. Ego I[e]rbertus, proleque Prim, et uxori mea Ermessindis femine donatores sumus tibi Mindonie femine. Per hanc scripturam donacionis nostre <sup>1</sup> damus tibi mod[i]atam unam vineę. Quod habemus in territorio barchinonense, in parrochiam Sancti Andreę apostoli, in terminio de Silviano, super <sup>2</sup> ipsas Curtes. Advenit autem ad me Ierbert per ienitorum meorum, et ad predicta uxori mea per suum decimum aut per qualicumque voces. Abet autem <sup>3</sup> affrontaciones prelocutam vineę a parte orientis in vinea Sancti Andreę, a meridie vero parte in vineas de Dalmacio Gitard et in vineas <sup>4</sup> de Ermessindis femine de Terraciola, ab occiduo in via qui pergit ad Romaned, a circio in vineas de nos donatores. Quantum istas quatuor affron-<sup>5</sup>taciones concludunt et isti termini ambiunt, sic donamus tibi: prescripta vinea simul cum ipsa terra in quo est fundata, ut facias exinde que-<sup>6</sup>cumque volueris, cum exios et regressios earum, ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos donatores aut aliquis homo sexus utriusque qui con-<sup>7</sup>tra ista charta donacione venerit pro inrumpendum aut nos venerimus, nil valeat, set componat aut nos componamus tibi hec omnia <sup>8</sup> in triplo cum omni sua inmelioracione. Et in antea ista charta donacione firma permaneat modo et omnique tempore.*

*Actum est <sup>9</sup> hoc kalendas marcii, anno nonodecimo regni regis Filiphi.*

*S+m Ierbertus, s+m Ermessindis femine, nos qui ista carta donacione <sup>10</sup> fieri iussimus et firmavimus et testes firmare rogavimus.*

*<sup>11</sup> S+m Poncio Baldrig. S+m Berengarius Bonucio.*

*S+m Arbertus Bernardus.*

*<sup>12</sup> S+ Reamballi levite, qui hec scripsit [espai en blanc: ±14] et die et anno quo supra.*

## 1348

1079 març 28

*Ermessenda i el seu fill Ponç Guerau fan donació a la Canònica barcelonina de tot el que tenen al territori de Barcelona, des del*

*riu Besòs fins al Llobregat i des de la muntanya de Sant Cugat fins al mar, per la salvació de les seves ànimes i les dels seus parents.*

ACB, LA.I, n. 622, f. 230b-c. Rúbrica: "Carta quod Ermessendis et filius eius Poncius Geralli dederunt Canonice quicquid habebant a Lubricato usque ad Bisocium". *Inter columnas recto*: "n. 622" (Caresmar). *Exterior verso*: "Hic accepi Bernardus de Minorisa clavem" (s. XIII-XIV); "Anno Domini 1079" (s. XVIII). Caplletra "Q" ornamentada, tipus G: 4 línies.

Regest: MAS, *Notes*, vol. X, p. 137, n. 981.

*Quia De transactionibus libro V<sup>o</sup>, titulo I, capitulo similiter primo, Censorum Codex: "Pro certo censet ut quecumque res sanctis Dei basilicis aut per principum aut per quorumlibet fidelium donationes collate reperiantur votive ac potencialiter, in earum iure inrevocabili modo legum eternitate firmentur", propterea ego Ermessindis femina et filius meus Poncius Geralli, pariter in unum, donatores sumus Domino Deo et barchinonensi Canonice. Sit etiam cunctis manifestum et universis patulum qualiter, ob animarum nostrarum atque parentum nostrorum remedium et ut ab omnibus adversitatibus muniamur in corpore, damus Domino Deo et prenominate Canonice universa que quibuscumque modis aut quibuscumque vocibus habemus in territorio barchinonensi, ab alveo Lubricati usque ad amnem Bisocii, et a iugis moncium Sancti Cucuphatis usque ad litus maris, secundum quod ore possunt humano utcumque dici sive nominari vel nutibus innui, domos videlicet et cortes, ortos et ortales, terras et vineas, prata et pascua, et cuncta cetera ad prescripta omnia quolibet modo pertinencia. Que etiam cuncta damus Deo et Canonice prenominate ad integrum, cum ingressibus pariter et egressibus suis, absque<sup>l</sup> ulla retencione, solide atque delibere, fidenter <sup>f</sup> atque potencialiter, et absque ullius contrarietatis obstaculo, ut faciant exinde canonici prescripte Canonice quod faciunt ex ceteris munificenciis superius comprehense Canonice, ad suum illius proprium. Si vero nos donationem hanc facientes aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo donum hoc disruptere temptaverit, nil prosit, set componamus sive componat Deo et canonicis prescripte Canonice hoc omne donum in triplum cum omni sua illius melioratione. Atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum et obtineat robur eternaliter valiturum.*

*Quod factum est V kalendas aprilis, anno XVIII regni regis Philippi.*

*S+num Ermessindis femine, s+ Poncii Geralli, nos hanc donationem facimus et firmamus atque testibus eam firmari rogamus.*

*S+ Stephanus levite. S+ Ermenardi presbiter sss. S+ Reimundus presbiter. S+ Poncii levite. S+ Poncii sacricustos. S+num Amado Stephani. S+num Petro Isarni. S+num Bernardus Tornacoies. S+num Iohannes Arnalli.*

*S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit, die et anno quo supra.*

1. *Literalment abusque.*

### 1349

1079 abril 4

*Berenguer, fill d'Adalbert, i la seva muller Mindònia fan donació a favor de Déu i de Sant Andreu de Palomar i dels seus servents d'1 mujada de vinya, situada al territori de Barcelona, a la pertinença de Sant Andreu, al lloc anomenat Silvià, a les Pedroses.*

*ACB, perg. 3-23-40. Original. Pergamí, 208 × 281 mm. El document té forats petits, especialment important és el que hi ha al marge superior esquerre. Al verso: "Cubiculum III, Scrinium 23, Palomar, n. XL" (Caresmar). Caplletra "T": 7 ratlles.*

*In nomine Domini. Ego Berengarius, proleque Adalberti, una cum uxori mea, nomine Mindonia femina, donatores sumus /<sup>2</sup> vobis Domino Deo et Sancti Andree apostoli de Palumbare et eius servientes. Per hanc scripturam donacionis nostre damus /<sup>3</sup> vobis modiatam unam vineę. Quod habemus in territorio barchinonense, in apendici(cio)<sup>1</sup> predicto Sancti Andree, in lo-<sup>4</sup>cum que dicunt [Si]lviano, ad ipsas Petrosas. Advenit autem prescripta omnia ad me Berengarius per vocem predictę /<sup>5</sup> uxori meę, et ad me Mindonie femine per \chartam/ donacione, quod fecit mihi avunchulo meo, nomine Ierbertus Primi, aut per /<sup>6</sup> ullasque voces. Abet autem affrontaciones prelocutam modiatam vineę a parte orientis i[n v]inea predicto S[ancti] /<sup>7</sup> Andree, a meridie vero parte in vineas Sancte Crucis Sancteque Eulalie et de Dalmacio Gui[ta]rd et in vineas [de] /<sup>8</sup> Ermessindis femina de Terraciola, ab occiduo in via qui pergit ad Roman[e]d, ab circio in [v]i[ne]as de predicto Ierbert. /<sup>9</sup> Quantum istas quatuor affrontaciones concludunt et isti termini ambiunt, sic donamus prescripto Domino /<sup>10</sup> Deo et Sancti Andree prescripto et eius servientes: predictam modiatam vineę simul cum ipsa terra in quo est fundata, /<sup>11</sup> cum exios et regressios earum, ad vestrum plenissimum proprium. Quod si nos donatores aut aliquis homo sexus /<sup>12</sup> utriusque qui contra ista charta donacione venerit pro inrumpendum aut nos venerimus, nihil valeat, /<sup>13</sup> set componat aut nos componamus vobis predicta omnia in triplo. Et in an-*

*tea ista charta donacione firm[a per-]<sup>A4</sup>maneat modo et omnique tempore.*

*Actum est hoc II nonas aprili, [an]no XVIII regni regis Filipi.*

*<sup>A5</sup> S+m Berengarius, s+m Mindonia femina, nos qui ista carta donacione fieri iussimus et firmavimus et testes <sup>A6</sup> firmare rogavimus.*

*S+m Bertran Guitardi. S+m Poncio Donucii. <sup>A7</sup> S+m Bernardus Gomar. S+m Paulus Odger.*

*<sup>A8</sup> S+ [R]eamballi levite, qui hec scripsit cum litteras su[per]-positas in linea V, et di[e et a]n[no] quo [supr]a.*

*1. ci repetit.*

## 1350

1079 maig 4

*Testament de Ponç Ebrí en el qual nomena marmessors seus Ermengol Bernat, Martí Isarn i Ramon Geribert i deixa un alou a Santa Maria de Badalona, dues peces de terra a la Canònica de la Seu de Barcelona i la resta d'alous als seus germans Pere i Oda.*

*ACB, LA.II, n. 391, f. 133a-c. Rúbrica: "Testamentum Poncii Ebrini qui dimisit canonice II petias terre prope alodium Berenguer Ganalgod". Interior recto: "n. 391" (Caresmar) i exterior verso: "Anno Domini 1079" (s. xviii). Caplletra "H" ornamentada, tipus A: 7 línies.*

*Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 137, n. 983.*

*Hic est hec commemoratorium quod iussit fieri homo nomine Pontius Ebrinus de omnium rerum suarum, mobilium seu immobilium, quantum hodie habet vel in antea Deus donare volerit, ut fiat per redditum et deditum pro anima sua. Et ideo iubeo atque discerno ut fiant elemosinariis suis, id sunt, Ermengaddus, Bernardus et Martino, prolis Isar-<sup>b</sup>no et Raimundi Guiriberti. Precor vos, amici meis, ut si mors mihi advenerit antequam alium testamentum faciam, licentia habeatis ipsum meum avere aprehendere, distribuere, donare pro anima mea, sicut ego vobis iniungo per meum verbum et testamentum.*

*In primis concedo ad Sancte Marie Bitulone ipsum meum alodium quod habeo de ipso torrente de Vilar usque in alium torrentem de Canalies, ubique invenire potueritis, tam terris cultis vel eremis, cum pronis et planis, totum concedo ad predictum domum Sancte Marie virginis in tali modo videlicet racione: ut*

presbiteros predictum domum, qui cotidie sacrificaverint, ipsos teneant ad servitium Sancte Marie sine blandimentum ullius omnis et feminis, et faciant aniversarium per unumquemque annum pro anime mee et parentum meorum et per fidelium defunctorum. Et si nullus homo aut seniores aut vicarios ad fratris voluerit tollere aut rapicnee facere ad predictae ecclesie vel ad eius presbiteros, revertat ad proprinquos. Et concedo ad Sancte Crucis Sancteque Eulalie ad eorum canonice petia I de terra subtus estrada barchinonensa, cum petiuncula I qui est supra estrada predicta, tenentes cum alodium de Bernardus Guanalgodus. Concedo ad Bernardus Reimundus, seniori meo, ipso campo quod laborat Raimundo Guiribertus, qui se tenet cum alodium de Ramun Maier et de predicto Bernard Guanalgode. Alium alodium, qui remanet, concedo ad fratri meo Petro et ad Odda femina, sorore predicti Petro, ad illorum proprio. Et si mortuum fuerit unum antequam alium, revertat ad eum qui vivus fuerat predictum alodium cum casas et vineas. Concedo tona I quod habet Seniofret Guiriberti, que fiat venundata, et ipsum precium fiat per concet ad meum corpus ad ipsa mea sepultura de vestitu. Concedo ad ipsos meos debitos fiant persolutos ad novo veniente de ipsum panem et vinum, ⁊ quod Deus dederit. Concedo ad opera Sancte Marie Bitulone quartera I, ad mensuram nova, et quartera I de vino. Concedo ad Ermengaudus sacer sestarios I ordei et I de vino. Et ad Guillelmi subdiachoni unum ordei et eminam I de vino. Concedo ad fratres meos, Petro et Oda predictos, ipso meo sacrario de Sancti Adriani cum ipsa vexela de cubos et tonnas qui ibidem sunt, et faciant aniversarium per unumquemque annum cum clericis Sancte Marie Bitulone pro anime mee. Et ad meis elemosinariis, singulos sestarios de ordei. Et ad Balluvinus sacer, eminam I ordei et sestarios I de vino, per missas. Et ad mea sepultura, de meum panem et vinum, tam de vetere quam de novo, exdispendatis quantum opus est. Et de ipsas oves IIII<sup>or</sup> et alias oves que remanet, ad prescripta Odda et ad Ermengaudus sacer, ova I. Et ad Maria, filia sua, eminam de ordei. Et ad opera Sancte Marie, exada I. Et ad Sante Marie, ipso meo escrino ad ipsa ornamenta ateneri, et donet ad Sancti Atriani ipsum precium. Concedo ad Adalet et ad Ermeiardis ipsum meum alodium de Corrono et de ipsa Garriga cum ipso asino. Et alia bascula, maiore vel minore, qui remanet, cum aliquid de pane et de vino, si remanserit, cum ferramenta qui non est supra scripta, cum ochas et gallinas, totum concedo pro anima mea per missas.

Facto testamento IIII nonas madii, anno XVIII regi Philippi.

*S+m Poncius, ego qui istum testamentum scribere iussit et firmavit et testibus firmare rogavit.*

*Sig+m Remundo, prolis Boveto. Sig+m Petro Arnallo. Ermengaudus presbiter.*

*Sss Guilelmi subdiachoni scripsit et subscripsit, cum litteras supra positas et emmendatas in diversis locis et fusas, sub die et anno quod supra sss.*

### 1351

1079 juny 5

*En presència del bisbe, del vescomte i dels membres del Capítol catedralici, Oliba Ramon, cabiscol, per raó del litigi que té amb Guillem Ramon, porta com a testimonis Gaucebert Pedet i Falcó Pere, els quals juren sobre l'altar de Sant Pere que la casa que té Dalmau Geribert, i que reclamava Guillem Ramon, la té pel cabiscol en feu episcopal.*

*ACB, perg. 1-4-275. Original. Pergamí, 119 × 295 mm. Al verso: "carta sacramentalis" (s. XII-XIII); "1079" (Mas).*

*Noverit universitas hominum, tam presentium quam futurorum, qualiter in presentia dom<i>ni Umberti, permittente Deo, barchinonensis <sup>β</sup> sedis episcopi, et Udalardi vicecomitis et Bernardi archidiaconi et Poncii sacriste tocusque conventus ceterorum canonicorum, <sup>β</sup> Oliba Remundi, caput scole, attulit testes Gaucebertum Pedeth et Fulconem Petri adversus Guilelmum Remundi, qui iure-<sup>α</sup>iurando testificati sunt quod domum ipsam quam idem Guilelmus acclamabat seorsum per fevum episcopalem, excepta capitis scolia, <sup>β</sup> videre tenere Dalmacium Guiriberti propter capitis scoliam.*

*Facta sacramentalis conditio supra altare Sancti Petri in sede barchi-<sup>β</sup>nonensi, nonas iunii, anno XVIII regni regis Philippi.*

*\*Umbertus episcopus+\*. \*Udalardus vicecomes\*. \*+ Bernardus ardidichidiaconus\*. / <sup>γ</sup> \*S+ Poncii sacricustus\*. S+ Mironi's/ sacerdoti's/\*.* <sup>β</sup> \*S+ Riculphi levite\*. <sup>ρ</sup> \*S+ Ermengaudi Raimundi, iudicis\*

*<sup>λ0</sup> S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

### 1352

1079 juliol 26

*Gaucelm Guillem i la seva muller Rolanda venen a Gombau i al seu germà Guillem un alou, amb terres, vinyes, cases, casals, horts,*



*aigües, prats i l'heretat de l'església i de la sagrera de Sant Valentí, que li va deixar el seu germà Dalmau, situat al comtat de Barcelona, al terme d'Olèrdola, a la quadra de Sant Valentí, pel preu de 20 unces d'or de moneda de Barcelona.*

ACB, perg. 1-4-280. Còpia en pergami de 26 de juliol de 1214. 160 × 240 mm.  
Al verso: "1080 circa" (Mas). Caplletra "H": 14 mm.

*Hoc est translatum fideliter translatum ab alio traslato, cuius series ita se habet.*

*In Dei nomine. Ego Gaucelmo Guilelm et coniuge mea Rodlen vinditores sumus <sup>1</sup> Gonballo et fratri tuo Guilelm emptores. Per hanc scripturam vindicionis nostre vendimus vobis terras et vineas, casas, casalibus, ortis, ortalibus, aquis, ortis, ortalibus, pratis, <sup>2</sup> vieductibus et reductibus, et cum ipsa hereditate mea de ipsa ecclesia au de ipsa sacraria de Sancti Valentini, qui mihi reliquid Dalmacio, fratri meo. Qui nobis advenit <sup>3</sup> per comparacionem vel per decimum simul per ullaque voces. Affrontat et est hec omnia in comitatu Barchinona, (in)<sup>1</sup> (parrroh)<sup>2</sup> infra termine Olerdule, in ipsa quadra de <sup>3</sup> Sancti Valentini. Affrontat ia<m> dicta omnia a parte orientis in ipso termine de ipsa Granada, de meridie in alaude Sancti Sebastiani vel in termine de Castro Mozo, <sup>4</sup> de occiduo in termine de Pax vel de Sancti Martini, de parte vero circii in ipsa strada que pergit de Sancti Martini ad ipsa Granada. Quantum istas IIII affronta-/<sup>5</sup> ciones includunt vel isti termini ambiunt, sic vendimus vobis: pre-nominata o<mn>ia cum omni genera arborum qui infra sunt, cum decimis et primiciis et cum omnes oblaciones que <sup>6</sup> modo exeunt aut in antea ullo modo exierint de prenominato alodio, omnes meas hereditates, que ibi habeo vel habere debeo in qualicumque locis, totum ab integrum, cum <sup>7</sup> exiis et regressiis earum, ad tuum plenissimum proprium alodium franchum, propter precium uncias XX auri monete Barchinona. Et de isto precio apud vos emptores <sup>8</sup> non remansit. Et nos venditores cum manibus nostris recepimus. Est manifestum. Quem vero prenominata omnia, quod superius resonat, de nostro iure in vestro tra-/<sup>9</sup> dimus dominio et potestate, ad vestrum plenissimum proprium. Quod si nos venditores au ullusque homo utriusque sexus qui co<n>tra ista carta vendicione venerimus ad-/<sup>10</sup> venerint (advenerint)<sup>3</sup> ad inrumpendum, ad nichilum nobis aut illis proficiat, set componamus au componant vobis prenominata omnia in duplo cum omnem suam <sup>11</sup> inmelioracionem. Et in antea ista carta vendicione firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc VII kalendas augustas, anno XX regnante Filipo*  
<sup>/14</sup> *rege.*

*S+num Gaudcelmo, s+num Rodlen, nos qui ista carta ve<n>dicio-  
ne fecimus (fecimus)<sup>4</sup> scribere et firmamus et firmare mandavi-<sup>/5</sup>mus.*

*S+num Gaucefredi Belaroni. S+num Bernardi Gaucefredi.  
S+num Guielm Bernard. S+num <sup>/6</sup> Fulchoni Baroni.*

*S+num Adalen, s+num Dalmicia, nos sumus filias de Gaucelmi.*

*S+ Gaudallus presbiter, <sup>/7</sup> qui ista carta vendicione scripsit cum  
die et anno quo supra.*

*Hoc<sup>5</sup> est translatum quod scripsit @Iohannes@ levita.*

*<sup>/8</sup> Sig+num Guilielmi presbiteri, qui hoc scripsit translatum et  
fideliter translavit VII kalendas augusti, anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XIII<sup>o</sup>,  
cum literis dampnatis in III<sup>o</sup> linea.*

1. *Superflu.* 2. *Ratllat.* 3. *Repetit.* 4. *Repetit.* 5. *Caplletra que  
ocupa 10 mm.*

### 1353

1079 agost 1

*El bisbe Umbert de Barcelona i els seus canonges donen a Ebrí, al  
seu germà Geribert i a llur descendència una peça de terra per  
tal d'edificar-hi cases, situada fora dels murs de la ciutat de Bar-  
celona, als Arcs, a canvi de 3 mancusos d'or en moneda de  
Barcelona i del cens anual d'1 mancús d'or per la festa de Sant  
Andreu apòstol.*

*ACB, perg. 3-38-1 (a). Original. Pergamí, 153 × 352 mm. Té diverses taques. Al  
verso: "Bartholomeus Coch" (s. XIII); "De Bayeres"; "LXXV" (s. XVI-XVII); "Prepositura  
novembris, n<sup>o</sup> 1 (a)" (1936-1939). Caplletra "I": 31 mm.*

*ACB, perg. 3-38-1. Còpia, 12 juliol 1230. Pergamí, 176 × 323 mm. Al verso: "Ista  
instrumenta sunt F. de Podio et sunt de domibus que fuerunt de [±7]" (s. XIII-  
XIV); "Fa per lo nom d'en Pallares, fa VI mancusos d'or"; "Carta antiga dels alous  
que la pabordia de novembre ha al forn dels Archs"; "LVII" (s. XVI); "Prepositura  
novembris, I"; "Stancia XXXVIII"; "Prepositura novembris, n<sup>o</sup> 1"; "20" (s. XVI);  
"Senyal vert, 1" (F-B). Caplletra "H": 10 mm.*

*In<sup>a</sup> nomine Domini. Ego Umbertus, gratia Dei barchinonen-  
sis episcopus, cum omnis grex canonicorum in eadem sede mihi  
subditus, pariter in unum, vobis Ebrino et fratri tuo Gerbertus et  
progenies<sup>b</sup> atque posteritati vestre donatores <sup>/</sup> sumus vobis. Ma-  
nifestum est enim quia damus vobis peciam terre iuris nostre  
canonice ad edificandum ibi domos. Et est hec omnia foris muros*

civitate<sup>c</sup> Barchinone, ad ipsos Archos. Advenit autem hec terra nostre Canonice collacione fide-<sup>f</sup>lium sive largicione vel aliis quibuslibet modis. Habet autem affrontaciones hec terra de circi<sup>d</sup> in orto Carbonello, de aquilonis in pariete Guilelmo<sup>e</sup> Raimundi et nostre Canonice, de meridie in via, de occiduo in casas Guifre<sup>f</sup> Pelle et de ipsa <sup>g</sup> Canonica. Quantum prenominati termini concludunt, vobis et progenies atque posteritati vestre iam dicta terra ad integrum damus. Accipimus quoque a vobis mancos III auri monete Barchinone legitime pensatos. Deinde vero <sup>h</sup> donetis vos et progenies atque posteritati vestre omni tempore<sup>g</sup> nostre Canonice et nobis, sive successoribus nostris post nos, manco I auri puri monete curribile per unumquemque annum, ad festivitatem Sancti Andree apostoli <sup>h</sup> per censum, absque ullius contrarietatis obstaculo. Neque habeatis licenciam propter predicta omnia alium senioraticum facere neque proclamare nisi nobis aut successores nostros. At si vobis necessitas<sup>h</sup> fuerit vendendi <sup>i</sup> predicta omnia vel colibet<sup>i</sup> modo alienandi, non vobis licitum erit hoc facere militibus, set vicinis vestris, set talibus viris vestris similes, qui rendant nostre Canonice et nobis, sive successoribus nostris, per unumquemque annum, <sup>h</sup> superius comprehensum censum. Quisquis autem ex utraque parte tam videlicet donatorum quam acceptorum, donacionem<sup>i</sup> hanc sive scripturam in alico<sup>k</sup> sollicitare ausus fuerit sive recindere in alico<sup>l</sup> vel mo-<sup>h</sup>vere, componat illi parti cui fuerit ausus iniuriam inferre libram unam auri puri. Atque postmodum scriptura hec robur obtineat perenniter<sup>m</sup> valiturum.

Actum est hoc kalendas augusti, anno XX regni <sup>l</sup>0 regis Philipi.

<sup>l</sup>1 Umbertus episcopus +. \*S+ Mironis sacerdotis\*. <sup>l</sup>2 S+ Guitardi presbiteri. S+ Guilaberti levite.<sup>1</sup> S+ Poncii levite. <sup>l</sup>3 \*S+ Poncii sacricustos\*. \*S+ Dalmacius<sup>2-n</sup> sacer\*. S+ Reimundus<sup>o</sup> levita. <sup>l</sup>4 S+ Vivani levite. S+ Martinus presbiter.<sup>3</sup> S+ Guilelmus subdiaconi.<sup>p</sup>

<sup>l</sup>5 S+ Guilelmi sacer, qui hec scripsi et sss die<sup>4</sup> et anno quo supra.<sup>q</sup>

1. Guilaberti levite només es llegeix a la còpia. 2. s+ Dal només es llegeix a la còpia. 3. Martinus presbiter només es llegeix a la còpia. 4. et sss die només es llegeix a la còpia.

Perg. 3-38-1. a. Precedeix Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento serius cuius talis est. b. proenies. c. civitatis. d. circii. e. \G./ f. Guisfre. g. Manca. h. necessitas. i. quolibet. j. donationem. k. aliquo. l. aliquo. m. perhenniter. n. Dalmacii. o. Raimundi. p. sub-

diachoni. q. *Segueix \*Petri, sacerdotis Sancti Marchi, sss\*, sig+num Romei de Sancto Cucuphate, sig+num Felicis acoliti, qui in hoc pro ecclesie subscribo, / signum sss Guilelmi presbiteri, sig+num Petri Iacobi de Portu, nos qui huius translati testes sumus. / Sig+num Petri de Bages, notarii publici Barchinone, qui hec fecit translari fecit et clausit cum litteris emendatis in linea III<sup>a</sup> et VII<sup>a</sup> et appositis in III<sup>a</sup>, quarto idus iulii, anno / Domini millesimo CC tricesimo.*

## 1354

1079 octubre 16

*Senfred Ermumir i la seva muller Bonadona venen a Bernard Ermengol la cinquena part del sagrer que hi ha a la sagrera de Sant Vicenç, situada al comtat de Barcelona, a la parròquia de Santa Maria, al lloc que anomenen Vilalba, pel preu de 2 mancusos d'or de Barcelona.*

ACB, perg. 1-4-276. Original. Pergamí, 118 × 370 mm. Al verso: "Carta venditionis quam fecit Seniofredus / Ermomir Bernardo Ermengaudi [fa?] / V<sup>a</sup> part de sacraria de Vilalba" (s. XIII-XIV): "1079" (Mas). Caplletra "T": 13 mm.

*In nomine Domini. Ego Senfret Ermumir et uxori sue Bonadonna vinditores sumus tibi Bernard Ermengaud ipsa\\$/ V<sup>as</sup> 1 part de ipso sacrario qui est in sacra-<sup>β</sup>ria Sancti Vincenci, emptores. Per hanc scriptura vindicionis n<ost>re vindimus tibi ipsa nostra ereditate que abemus vel abere debemus \per quaecumque voces/ in ipso sacrario, qui est in <sup>β</sup> comitatu Barhinone, in parrochia Sancte Marie, in loco que dicunt Vilalba. Et afrontat de parte orientis in ecclesia Sancti Vincenci, et de meridie in <sup>α</sup> alodio de me comparatore, de occiduo similiter, a parte circi similiter. Quantum infra istas quatuor afrontaciones includunt, sic vindimus tibi: <sup>β</sup> cum exiis et regressis earum, in aderato et definito propter precium mancusos II de auro Barchinone. Et est manifestum. Et venit ad me Senfret Er-<sup>β</sup>mumir per pater meus vel per parentorum meorum sive per quaecumque voces, et ad me Bonadonna per meum decimum. Quem vero predicta hec omnia de <sup>γ</sup> nostro iuro in tuo tradimus dominio et potestate, ad faciendi omnia quod volueritis facere. Quod<sup>δ</sup> si nos vinditores aut ullus omo vel femina <sup>β</sup> qui contra hanc ista carta vindicione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare quod requirit, set componat aut componamus tibi in <sup>β</sup> duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista carta vindicione stabilis, firma permaneat modo vel omnique tempore.*

*Facta ista carta <sup>α0</sup> vindicione VIIIX kalendas novembris, anno vigesimo regni Filipi regis.*

*Sig+num<sup>3</sup> Senfret Ermumir, sig+num Bonadonna, nos <sup>/1</sup> qui ista carta vindicione fecimus, firmavimus et firmare rogavimus.*

*Sig+num Arnall Bernard. Sig+num Mir.*

*<sup>/2</sup> Petrus presbiter, qui oc scripsit cum litteras super positas in linea secunda, sss die et anno quo supra.*

1. *Escrit sobre raspat. Sota es llegeix mea.* 2. *Sota la d hi ha una e.*  
3. *Abreviatura supèrflua.*

## 1355

1079 novembre 29

*Ermengol Bernat, levita, dóna a Déu i a la Canònica de Barcelona diversos alous consistents en terres, vinyes i cases, situats a la ciutat de Barcelona i en diferents indrets del seu territori.*

ACB, perg. 1-2-889. Original. Pergamí, 461 × 439 mm. El document té taques importants a la part esquerra, tant a la superior com a la inferior. Al verso: "Carta Ermengaudi Bernardi clerici qui dedit Canonice omnem suum honorem quem habebat in Mogoria"; "De Magoria" (s. xi); "CCCCV" (s. xiii); "Donacio feta per Ermangol Bernat levita a la Canonge de la Seu de Barchinona de una heretat y terra que possehia a la riera de Mogoria y altres terras en lo pla de Barchinona y dos casas dins dita Ciutat" (s. xvi); "n° 166" (s. xvii); "Mitja Escala, Armari 2, n. 889" (Caresmar); "Antiquit. I 444" (Mas); "1079" (F-B). Caplletra "I" que ocupa 8 ratlles.

ACB, LA.I, n. 444, f. 168c-169b. Rúbrica: "Carta que Ermengaudus Bernardi levita dedit Canonice pareliatas et mansum de Mogoria et suas vineas de Sanctis et de Mogoria et II modiatas et cetera". *Inter columnas verso*: "n. 444" (Caresmar). *Exterior recto*: "Anno Domini 1080" (s. xviii). Caplletra "I" que ocupa 13 ratlles.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 138-139, n. 984.

*In nomine Domini. Ego Ermengaudus Bernardi levita, grato animo et voluntate spontanea,<sup>a</sup> donator sum Domino Deo et barchinonensi Canonice. Ad noticiam plurimorum, tam presentium<sup>b</sup> quam futurorum, deducere cupio qualiter ex <sup>/2</sup> facultatibus meis atque rebus prescripte canonice solide atque delibere donum fatio. Dono quoque prenominate Canonice ipsas meas pariliatas de Mogoria, simul cum ipsa domo in medio earum constructa. Que terminantur <sup>/3</sup> a parte orientali in vineis Compagni Malagnei, a meridiana in alodio prenominate canonice, ab occidua in strata publica, a circea in vinea Berengarii Bernardi et in terra Sancti Michaelis.<sup>c</sup> Iterum dono prescripte Ca-<sup>/4</sup>nonice omne meum alodium, quod habeo ab alveo Lubricati usque ad torrentem de Espodoia, in terris et vineis,*

domibus et cortibus, solis et suprapositis, pratis et pascuis, cultis et incultis, et a littore maris usque <sup>⁶</sup> ad montes Urse. Item dono prenominate Canonice vineas meas de villa de Sanctis et de Mogoria, simul et ipsam terram in qua predictę vineę sunt fundate. Dono alibi prescriptę Canonice modiatas II et mediam vi-<sup>⁶</sup>neę, pariter cum ipsa terra in qua ipse vineę sunt fundate, quas tenet per manum meam iudeus cui nomen est Bonavita, ad ipsos Arens. Iterum<sup>d</sup> dono prefate canonice peciam I terre, que est ad ipsum Cucullum, intra <sup>⁷</sup> duas vias. Et terminatur a parte aquilonar<sup>⁸</sup> in terra Arnalli Bernardi et ab occiduo in torrente pluviarum tempore decurrente. Dono quoque iam dicte canonice peciam I terre ad ipsam Celatam, quam per me tenet Mar-<sup>⁸</sup>cucius.<sup>f</sup> Que terminatur a solis ortu in alodio Arberti, fratris mei, a meridie in itinere publico, ab occasu solis in alodio Mocionis Bellucii et prescriptę canonice, a septentrione in alodio Berengarii Oru-<sup>⁹</sup>cii et predicti Arberti. Hanc autem terram dono prescriptę canonice cum altera pecia terre ad ipsum Aqueductum, quam tenet Bernardus Altemiri per meam manum, tali videlicet modo: ut prebendarius meus Sisenandus teneat et <sup>10</sup> habeat istas II terre pecias quamdiu vixerit, post obitum vero illius sint iuris atque domini prenominate canonice. Terminatur autem hec terre pecia ab oriente et meridie in alodio Adalberti iudicis, ab occiduo in al-<sup>11</sup>odio Durandi Blandrici, a circio in via. Iterum hoc eodem modo dono prescripto Sisenando vineam ipsam quam<sup>1</sup> plantavit Guifredus Olive, que est ad podium de Mager,<sup>g</sup> et vineam ipsam quam plantavit Odegarius ad Villam <sup>12</sup> Tradi, quam per me modo tenet Bernardus Altemiri. Omne meum directum, quod habeo in vineis istis, dono prescripto Sisenando, ut teneat eas et habeat quamdiu vixerit, et post obitum illius sint prenominate canonice. <sup>13</sup> In omni quoque alodio quod pater meus testatus non est, de quo precepit ut ubicumque inveniri<sup>2</sup> potuisset equaliter inter filios suos \masculos/ remansisset, dono partem meam ad integrum<sup>3</sup> prescriptę canonice, quod est in podio de Mager <sup>14</sup> et ad ipsam Romegosam sive ad Marunianum et in monte Aquilari sive in terminis eius. Ipsum quoque alodium quod dedi dudum Arnallo Vitalis, dono prenominate canonice post obitum Petri Arnalli et Poncii Arnalli. <sup>15</sup> Quod etiam alodium est in monte Aquilari et in cuma de Castro sive in Orta. Dono iterum<sup>h</sup> prenominate Canonice ipsum meum ferragenal quod habeo ad ipsos Archus, quod fuit Guadalli de Sancto Vincentio. Ipsam quoque do-<sup>16</sup>num in qua habitat Gerallus presbiter, et ipsam in qua habitat Guilabertus et Ermeniardis, uxor eius, et ipsam terram ante predictas domos usque in ipsam plateam, concedo prescripto

*Sisenando, ut teneat hec et habeat /<sup>17</sup> omni vitę suę tempore, post suum quoque ab hac luce discessum sint iuris atque dominii sepe dictę canonicę ad integrum. Terminatur autem hec ab oriente et occidente in plateis, a circio in domibus que fuerunt /<sup>18</sup> Bernardi Guilaberti et in pariete Ermeniardis Maure, a meridie in terra fratris mei Arberti. Ortulum meum, quem per me tenet Guitardus Durandi, in suburbanio Barchinonę, dono Petro Ermengaudi, nutri- /<sup>19</sup>to meo. Cuncta autem hec superius comprehensa, que mihi advenerunt per vocem parentum meorum et que sunt in territorio et suburbanio atque confinio Barchinonę urbis et intra urbem, dono tociens dictę cano- /<sup>20</sup>nicę ad integrum, secundum modum superius comprehensum, cum universis terminis eorum atque limitibus, cum ingressibus et egressibus, et cum universis ad prescripta omnia quolibet modo pertinentibus, secundum quod hore<sup>i</sup> po\|sunt /<sup>21</sup> humano dici sive nominari, ut faciant exinde barchinonenses<sup>4</sup> canonici quod faciunt ex ceteris munificentii<sup>j</sup> sepe dictę canonicę. Si vero ego donator aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo /<sup>22</sup> donacionem<sup>k</sup> hanc disrumpere aut infringere temptavero sive temptaverit, nil prosit, set potius sententiam<sup>l</sup> canonis incurrat qua precipitur ut clerici vel seculares qui oblationes<sup>m</sup> parentum aut donatas /<sup>23</sup> aut testamentis relictas retinere presumpserint, aut id quod ipsi donaverunt ecclesiis vel monasteriis crediderint auferendum, sicut sinodus sancta constituit, vel ut necatores pauperum, quousque reddant, /<sup>24</sup> ab ecclesiis excludantur.*

*/<sup>25</sup> Facta scriptura donacionis<sup>n</sup> huius III kalendas decembris, anno XX regni Phylippi<sup>p</sup> regis.*

*\*Ermengaudus levita\*, qui hanc donacionem<sup>p</sup> facit et firmat /<sup>26</sup> atque testibus eam firmare rogat.*

*S+ Riculphi<sup>q</sup> levite. S+ Guilaberti levite. \*S+<sup>5</sup> Miro presbiter\*. S+m Ollegarii.*

*/<sup>27</sup> S+ Poncii levite, qui hoc scripsit cum litteris supra positis in linea XIII et sss subscripsit die et anno quo supra et vidit hoc atque audivit huiusque rei testis est.*

*1. Abreviatura de qui ratllada. 2. Sota la i hi ha una e. 3. Abreviatura ratllada. 4. Sota l'ultima e hi ha una i. 5. Segueix S esborrat.*

*LA. a. spontanea voluntate. b. presencium. c. Michelis. d. Item. e. aquilonarii. f. Marcutius. g. Maier. h. item. i. ore. j. munificentii. k. donacionem. l. sententia. m. oblationes. n. donacionis. o. Philippi. q. donacionem. r. Riculfi.*

## 1356

1079 desembre 11

*Pere Guadamir i la seva dona Guisla venen a Bernard Ermengol la tercera part d'un sagrer que va ser de Senfred Delrus, situat al comtat de Barcelona, al Vallès, a la parròquia de Cardedeu, a Vilalba, al santuari de Sant Vicenç, que tenen per la seva dona i pel seu pare, pel preu de 8 diners.*

ACB, perg. 1-4-277. Original. Pergamí 81 × 288 mm. Al verso: "carta vinditor in Vilaalba" (s. XIII-XIV); "Cardedeu" (s. XIX); "saeculi" (s. XIX).

*In nomine Domini. Ego Pere Guadamir et uxor mea Guila femina vinditores sumus tibi Bernard Ermengaud, emptore. Per anc ista scriptura vin-/dicionis nostre vendimus tibi ipsa tercia parte de ipso sacrario qui fuit de Sinfred Delrus. Et est ipso sacrario in comitato Barhinona, <sup>β</sup> in Vallense, in paro<c>hia Sancta Maria de Cardedul, intu\s/ in Vila Alba, in sacraria Sancti Vincenci. Et afrontad de parte orienti\s/ in ecclesia Sancti Vincen[c]i, et de <sup>α</sup> meridie in me cumparatore, et de occiduo similiter, de parte vero circii similiter. Et advenit ad me Pere per uxor mea, et ad me Guila <sup>β</sup> per ienitore meo vel per aviur. Est francum totum. Quantum infra ista\s/ totas afrontaciones inclidunt, sic vendimus tibi: totum ab integrum, ad tum plenisimum propri-<sup>β</sup>um francum alodium, cum exis et regresis earum, in aderato et difinito in propter precium solido\s/ VIII de dinario\s/ de muneta de Barkinona,<sup>1</sup> qui sunt IIII mancusus. <sup>γ</sup> Et est manifestum. Quem vera predicta omnia de meo iuro in tuo tradimus dominio et potestate, ad faciendi omnia quodcumque volueris. Quod si nos vinditores\s/<sup>β</sup> aut ullu\s/ omo vel femina qui contra hanc ista carta \vindicione/ venerit pro inrumpendum, non oc valeat vindicare quod requirit, set componat aut componamus tibi in duplo <sup>β</sup> cum omnem sua inmelioracionem. Et in antea ista carta vindicione firmabilis permaneat modo omnique tempore.*

*Facta ista carta vindicione tercio <sup>α0</sup> idus decimber, ano XX<sup>2</sup> regni regis Philippi.*

*Sig+num Pere Guadamir, sig+num Guila femina, no\s/ qui ista carta vindicione <sup>α1</sup> fecimus, \firmamus/ et testes firmare rogavimus.*

*Signum + Arnal Bernard. S+Ermengud Bernard.*

*<sup>α2</sup> Fulcrandus sss presbiter, qui ista carta vindicione scripsit cum literas superpositas in duo regulo, die et ano quod supra.*

1. La k és molt semblant a una b. 2. Segueix I ratllat.



## 1357

1079 desembre 28

*Bernat Udalard, després d'haver estat citat el dia dels Sants Innocents (28 de desembre) pels canonges, es presenta davant el Capítol de la Seu de Barcelona. Hi eren presents homes il·lustres, tant laics com eclesiàstics, de la ciutat. Li expliquen el motiu de la demanda: haver pres terres i haver alienat certs drets sobre unes cases situades davant la porta del palau del comte de Barcelona. Consideren que ha trencat el pacte recollit en la carta de donació. Bernat Udalard convé amb els canonges que des d'aquest dia fins a la Pasqua propvinent prendrà les cases esmentades del domini de qualsevol persona que les tingui. Com a garantia, Arnau Gonter retindrà la carta de donació perquè la pugui lliurar a qui vulgui si passat el termini Bernat no ha complert.*

ACB, LA.I, n. 393, f. 150c-d. Rúbrica: "Carta quod Bernardus Udalardi fecit conventionem Canonice se redimere domos et terras quas per eos tenebat vel solveret eas". Exterior verso: "CCCLIII" (s. XIII-XIV); "n. 393" (Caresmar). Inter columnas verso: "Anno Domini 1080" (s. XVIII). Caplletra "N" ornamentada, tipus B: 12 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 139-140, n. 985.

*Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego Bernardus Udalardi, vocatus a canonicis Sancte Crucis Sancteque Eulalie, veni ad capitulum eorum die Sanctorum Innocentii et, presentibus boni viris Barchinone urbis,<sup>1</sup> clericis ac laicis, audivi querimoniam quam prephati canonici habebant de me, de domibus videlicet quas mihi dederant, que sunt site ante Portam Palacii comitis barchinonensis. Querebantur etenim valde de me dicentes<sup>2</sup> me alienasse prephatas domos multis modis et terras tulisse eas in iura<sup>3</sup> aliorum non mei similium, quod satis eis iniustum videbatur, ideoque dicebant me fregisse pac-<sup>4</sup>tum carte donationis quam mihi fecerant. Quapropter ego, prephatus Bernardus Udalardi, facio hanc convenientie cartulam pretitulantis canonicis, ut a prelibato die usque ad primum Pascha veniens abstraham prescriptas domos de potestate omnium hominum, ut ita sint solide ac libere, sicut resonat in carta donationis quam prenominati canonici mihi exinde fecerunt, ita ut numquam amplius sit mihi licitum aliud de predictis domibus facere nisi quemadmodum resonat in carta sepe dicte donationis. Quod ut firmum et verissimum habeatur, mitto prephatam donationis cartulam in potestatem Arnalli Gontarii, ut si ita, sicut*

*superius dixi, non adimplevero usque ad prephatum Pascha, sit licitum predicto Arnallo reddere et donare iam dictam cartam donationis predictis canonicis, ut faciant ex eadem carta et ex eisdem domibus et cum universis ad se pertinentibus quidquid voluerint, ita ut ego aut uxor mea nullam vocem queramus amplius ibi aut aliquis utriusque sexus per nos.*

*Actum est hoc V kalendas ianuarii, anno XX regni regis Philippi.*

*S+num Bernardi Udalardi, s+num<sup>4</sup> Persedie femine, qui hoc scribere iussimus et punctim firmavimus.*

*S+num Arnalli Gontarii. S+num Bernardi Remundi.*

*S+ Petri Bernardi clerici, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

1. Sobre la b hi ha un signe d'abreujament ratllat. 2. Sota la d sembla que hi ha una t. 3. Sota la a hi ha una e. 4. Manquen els punts de la subscripció.

## 1358

[1078-1079]

*Bonpar Belaró i la seva muller Ermengarda empenyoren a Adalgarda una mujada de vinya situada al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu apòstol, al lloc de Viladrau, per un deute que tenen amb ella de 24 mancusos de moneda de Barcelona, i que han de tornar la festa de Sant Joan Baptista vinent.*

ACB, perg. 1-1-1933. Original. Pergamí, 165 × 230 mm. Al verso: "Sancti Andree"; "LIX" (s. XIII-XIV); "Num... 1933" (s. XVIII); "Liber II Antiquitatum n. 180 / Diversorum A 1933" (Mas). Caplletra "I" ornamentada: 40 mm.

ACB, LA.II, n. 180, f. 64b-c. Còpia de la meitat del s. XIII. Encapçalament de foli: "Palomar". Rúbrica: "Carta quod Bompar Belaro impig-/noravit Adalgardi I modiatam vinee apud Villa-/trade, in Palomar". *Inter columnas recto*: "n. 180" (Caresmar). *Exterior recto*: "LIX" (s. XIII-XIV). *Exterior verso*: "Anno Domini / 1079" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 6 línies.

*Datació*: no hi ha ni dia ni mes; vegeu l'estudi cronològic de la introducció.

*In nomine Domini. Ego Bonipari<sup>a</sup> Belaroni et coniux mea Ermeniardis femina inpignor[at]ores sumus tibi Adalgardis femina. <sup>℞</sup> Manifestum est enim quia debitores sumus tibi mancusos XXIIII monete Barchinone a peso<sup>b</sup> legitime<sup>c</sup> de bono auro, qui odie <sup>β</sup> currit, de uno argencio unumquemque mancusus. Et est manifestum.*

*Propterea inpignoramus tibi modiatam<sup>d</sup> I vinee, simul cum ipsa terra /<sup>a</sup> ubi est fundata, et ipsas ficulneas qui infra sunt. Quod abemus in territorio barchinonense, in parrochiam Sancti Andree apostoli, in loco vo-<sup>f</sup>citato Villatrade. Advenit nobis ea omnia per precaria<sup>e</sup> quod fecit nobis Ermissindis<sup>f</sup> femina, mulier Suniarri Borelli, qui est condam. Affrontat /<sup>b</sup> namque predicta omnia a parte oriente in strata publica, a meridie in vineas de Poncius sacricustus et Sancte (et)<sup>1</sup> Crucis Sancteque Eulalie, /<sup>c</sup> ab occiduo in torrente qui excurrit per ymbrem,<sup>g</sup> a parte circio in vineas de nos inpignoro<sup>h</sup> resque<sup>i</sup> nostros. Quantum /<sup>b</sup> infra istas IIII<sup>or</sup> affrontaciones<sup>j</sup> includunt,<sup>2</sup> sic inpignoramus<sup>k</sup> tibi: predicta omnia modiatam<sup>l</sup> I vinee de ipsum nostrum directum, quod ibi /<sup>b</sup> abemus et abere debemus, ab integre, simul cum exiis et regressiis earum. Et inter tantum nos teneamus<sup>3</sup> per tuum beneficium. Et in die quod /<sup>o</sup> erit festa Sancti Iohannis babtiste ista prima veniente, sic faciamus tibi rendere<sup>m</sup> predictum debitum et tu reddes ista<sup>n</sup> scriptura sine mora. /<sup>1</sup> Quod si minime fecerimus et diem placitis tuis non adimpleverimus, tunc abeas licenciam predicta omnia, que nos tibi inpignoramus,<sup>o</sup> apreende-<sup>2</sup> re,<sup>p</sup> tenere, vindere aut inalienare et omnia facere quicquid velit inde ad tuo plenissimo proprio. Quod si nos inpignoro-<sup>3</sup> res<sup>q</sup> aut aliquis homo sexus utriusque qui contra ista inpignoro<sup>e</sup> venerit ad inrumpendum<sup>s</sup> aut nos venerimus, nil prosit, set /<sup>4</sup> componat aut nos componamus tibi predicta omnia in duplo cum sua imelio- racione.<sup>t</sup> Et in antea ista scriptura<sup>u</sup> firma permaneat<sup>4</sup> /<sup>5</sup> modo et omnique tempore.*

Actum est hoc [espai en blanc: ±27], anno XVIII regni regis Pylippi.<sup>v</sup>

S+num /<sup>6</sup> Bonipari Belaroni, s+num Ermeniardis femina, nos qui ista inpignoro<sup>w</sup> fecimus et firmavimus et testes<sup>x</sup> firma/ re rogavimus.<sup>5</sup>

/<sup>7</sup> S+num Raimundus<sup>6</sup> Bonefilii. \*S+num Martino Bonefilii.\*

/<sup>8</sup> S+ Bernardus sacer, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Superflu. 2. Sota la i hi ha una e. 3. Sota la a hi ha una o. 4. Sota la m hi ha una i. 5. Hi ha un senyal de l'escrivent que indica on s'ha d'inserir al text. 6. Sota la u hi ha una o.

LA. a. Abreviatura supèrflua. b. penso. c. Sota la t hi ha una l. d. modiatam. e. precharia i abreviatura supèrflua. f. Ermessindis. g. imbre. h. inpignoro<sup>h</sup>. i. erosque. j. affrontaciones. k. inpignoramus. l. modiatam. m. reddere. n. istas. o. inpignoramus. p. s expuntuada a final de paraula. q. inpignoro<sup>h</sup>. r. inpignoro<sup>e</sup>. s. Abreviatura supèrflua. t. imelio<sup>r</sup>acione. u. scriptura. v. Philippi. w. inpignoro<sup>e</sup>. x. testes.

1080 gener 6

*Guillem Savarig i la seva muller Ermessenda donen a Déu i a la Canònica de la Seu un alou situat al comtat de Barcelona, a la parròquia de Santa Maria de Cornellà, prop del Llobregat.*

ACB, LA.IV, n. 111, f. 38d-39a. Rúbrica: "Savarig dedit sedi alode prope Lubricatum in Cornelano". *Inter columnas verso*: "n. 111" (Caresmar). Caplletra "I" ornamentada, tipus G: 17 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 140, n. 986.

*In nomine Domini. Ego Guilelmus Savarig et uxor mea nomine Ermesendis femina donatores sumus Domino Deo et Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie. Manifestum vest/ enim quia donatores sumus Domino Deo alodium nostrum proprium, quod habemus in comitatu Barchinone, in parrochiam Sancte Marie de Corneliano, prope alveum Lupricati. Advenit nobis supra dictum alodium per comparisonem et perquascumque alias voces. Terminatur autem ab oriente in ipso regario et in terra Sancte Eulalie predictae, a meridie in terra Stefania femina et modo habet sua filia, ab occiduo in alodio / de iam dicta Canonica, a circi in alodio Sancte Eulalie prescripte. Quantum iste affrontationes includunt, sic damus Domino Deo et predictae Canonice: prefatum alodium / nostrum/ propter Dominum et remedium animarum nostrarum et de nostro iure in suum tradimus dominium et potestatem, cum ingressibus pariter et egressibus suis, simul cum arboribus qui infra sunt, et cum omnibus suis adiacentiis, ut faciant exinde canonici sicut de aliis munificentis canonici faciunt. Quod si nos donatores aut aliquis homo sexus utriusque qui hanc donationem venerimus aut venerit pro inrumpendum, nil valeat, set componamus aut componat ipse cui ausus fuerit hoc diffringere in triplum cum omni sua melioratione. Et in antea hoc maneat firmum modo vel omnique tempore.*

*Quod est actum VIII idus ianuarii, anno XX regni regis Filippi.*

*S+num Guilelmus Savarig. S+ Ermesendis, nos qui hanc donationem fecimus, punctis firmamus testesque firmavi rogamus.*

*S+m Mironi Thodaleg. S+num Salamoni Mironis. S+num Gaucefredus Sendredi. S+num Arnallus Leopardi. S+ Raimundus Gauceberti. S+ Poncii levite. S+ Bernardi. Subdiaconi. S+num Petri subdiaconi.*

*S+ Ardenchus, levite, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

## 1360

1080 gener 13

*Bonfill Pere ven a Ramon Dalmau un alou amb cases, hort i pou situat dins les muralles de la ciutat de Barcelona, al costat de la Seu de la Santa Creu i Santa Eulàlia, pel preu de 70 mancusos en moneda de Barcelona.*

ACB, perg. 1-2-491. Original. Pergamí, 117 × 440 mm. Al verso: "Carta Raimundi Dalmacii in civitate Barchinona" (s. XI); "Bonefilius Petri vendidit Raimundo Dalmacii domos et multa alia in Barchinona" (s. XIII); "Nil pro Capitulo" (s. XVII); "Siglo XI" (s. XIX); "Antiquit. I 640 (a)"; "1080" (Mas). Caplletra "I": 70 mm.

ACB, LA.I, n. 640 (a), f. 236b-c. Rúbrica: "Carta quod Raimundus Dalmatii emit alodium prope Sedem, infra muros". *Inter columnas recto*: "n. 640" (Caresmar); "(a)" (s. XVIII). *Exterior verso*: "Anno Domini 1080" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus I: 7 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 140, n. 987.

*In Dei omnipotentis nomine. Ego Bonefilius Petri venditor sum tibi Remundo Dalmacii,<sup>a</sup> emptore. Per hanc scripturam vendicionis<sup>b</sup> meę vindo tibi alodium meum proprium, quod habeo infra menie <sup>β</sup> civitatis Barchinona, iuxta aecclesiam<sup>c</sup> Sancte Crucis Sancteque Eulalie, id sunt, domibus que fuerunt patris mei vel matri, cum solos et superpositos et hostios et ianuas, foveas et cloacas, <sup>β</sup> cum ipsum cortilium et porticos et cum ipso horto<sup>d</sup> et puteum sive ficulnea, cum gutis<sup>e</sup> et stilliciniis et andronis, cum ingressibus et regressibus suis, et cum omne quod hore humano dici vel nominari <sup>β</sup> vel innui potest <sup>β</sup> ad iam dicta omnia pertinente./ In supra dicta omnia quartam partem tibi vendo. Que mihi advenit per genitores meos sive per ullasque voces. Et de meo iure in tuum trado dominium et potestatem, ut facias <sup>β</sup> exinde quodcumque volueris, ad tuum plenissimum proprium. Accipio a te precium mancusos monete Barchinone septuaginta. Quem tu emptor precium michi dedisti et ego manibus meis recepi, <sup>β</sup> sicut coram testibus inferius scriptis satis manifestum est. Prenotata omnia, que tibi vindo, afrontat<sup>f</sup> a parte horientis<sup>g</sup> in domibus Dalmacii Geriberti sacerdotis sive in calle et in orto <sup>β</sup> et domibus Berengarii Donnucii, a meridię in orto et in domibus que<sup>h</sup> sunt uxor Odoni<sup>h</sup> Guifredi heredumque suorum sive in alodio Sancti Cucufati,<sup>i</sup> ab occiduo in domos iam dictas <sup>β</sup> et in iam dicto alodio, a circii vero parte in alodio et in domibus Sancti Cucufati<sup>i</sup> quos tenet Bernardus archidiaconi<sup>k</sup> et mater eius. Supra scripta vero omnia, que tibi vindo, / ipsam quartam partem, cum iam <sup>β</sup> scriptum est, de meo iure solide et delibere in tuum trado dominium et potes-*

tatem, ut facias exinde quodcumque volueris, ad tuum plenissimum proprium. Quod si ego venditor aud alius utrius-<sup>10</sup>que sexus homo vel femina<sup>2</sup> venero aut venerint ad inrumpendum, nil prosit, sed componam aut componant tibi prefata omnia in duplum cum omni sua immelioracione.<sup>1</sup> Et in antea <sup>11</sup>hista<sup>m</sup> vendicio<sup>n</sup> firma et stabilis maneat omne per hevum.<sup>3-0</sup>

Actum est hoc idus ianuarius,<sup>p</sup> anno XX<sup>o</sup> regni regis Philipo.<sup>q</sup>

S+m Bonifilius Petri, qui hanc vendicionem feci, firmavi <sup>12</sup>et testibus firmare rogavi.

S+m Guilelmi Bonifilii. \*Guilelmus levite\*. \*S+ Guilelmus subdiaconi.<sup>r\*</sup>

<sup>13</sup>S+m Guilelmus subdiaconus,<sup>s</sup> qui rogatus a iam dicto venditore scripsi cum literis<sup>4-t</sup> supra positis in quarta et octava<sup>u</sup> linea, et die et anno quo supra.

1. Sota la q hi ha una t. 2. Sota la a hi ha una e. 3. Sota la h hi ha una n. 4. Sota la segona i hi ha una a.

LA. a. Dalmatii. b. venditionis. c. ecclesiam. d. orto. e. guttis. f. affrontat. g. orientis. h. Odinii. i. Cucuphati. j. Cucuphati. k. archidiachoni. l. immelioracione. m. ista. n. venditio. o. evum. p. ianuarii. q. Philippo. r. subdiaconi. s. subdiaconi. t. litteris. u. VIII.

## 1361

1080 febrer 24

*Testament de Ramon Sunifred en el qual deixa béns situats a Gramenet, Canyameres, Campanyà, Casserres del Berguedà, Muntanyola, Granollers, Olèrdola, etc., als seus fills, a la Canònica de Barcelona, als monestirs de Sant Llorenç i Sant Cugat, i en diverses parròquies.*

ACB, LA.IV, n. 202, f. 72c-73c. Trasllat de 30 d'agost de 1086. Rúbrica: "Testamentum Raimundus Sinfre qui dimisit sedi suum alodem in Gramened". Exterior verso: "Nostro"; "Gramaned" (s. XIII-XIV); "n. 202" (Caresmar). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 6 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 141, n. 988.

*In nomine Domini. Ego Raimundus, prolis Seniofredi, hac si indignus et peccator, iaceo in lectulo meo in egritudine, spero in misericordia Dei mei, audivi predicas sanctorum patrum quia helemosina a morte liberat anima. Propterea recognosco me peccatore et timeo ne subito veniat mihi repentina casu mortis mee, et cogito ut dicam pro anima mea. Et rogo ut fiant helemosinariis meis, id*

*sunt, domnus Adalbertus, monachus, preposito Sancti Laurenti, et coniux mea, nomine Ermengardis femina, et filiis meis, id sunt, Guilabertus levita et Mironis et Petro. Precipio namque vobis iam dictis helemosinariis meis ut, si mors mihi advenerit, antequam alium testamentum faciam, liceat habere omnem meum avere apprehendere et distribuere et dare pro anima mea, sicut ego vobis iniungo per meum verbum et hunc testamentum.*

*In primis concedo ad Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie ipsum meum alodium quod habeo in Gramened, id sunt, terras cultas et heremas et mulnars cum rego et subtus rego. Et concedo ad Sancti Laurentii cenobii ipsum meum alod qui fuit de Pontio Lopardi, quod tenet Raimundus Mager per manus mea; et ipsas vineas aggeras qui fuerunt de Arnalli Seniofredi, qui sunt in Cannameres; et ipsa mea quarta parte quod habeo in ipso mulino, quod tenet Godbert Guilelm per manus mea, cum ipsa mea quarte parte de ipsos alodios qui ibi sunt et cum omnes pertinentias quod ad ipsum molinum pertinent; et delibero ipsum fisco quod tenebam de Sancti Laurentii. Et concedo ad Sancta Maria de Malannarges circa ipsa ecclesia passos triginta per cimiterio, ad de oriente passos XXX<sup>a</sup>, et de meridie et de occiduo et de circi similiter. Iam dictum cimiterium in tale conventu dono ad predicta ecclesia: ut filiis meis et progenies mea, sicut ego testatus fuero, ibi habitent, et salvent ipsis qui illi colligere voluerint, et teneant omni tempore in servitio iam dicta ecclesia, et per unumquemque annum donent quarter unum de oleo per censum ad iam dicta ecclesia. Item concedo ad iam dicta Sancta Maria ipso meo manso quod tenet Guilabert, qui fuit de Lopard presbiter, ad orientale parte usque in ipso torrent. Et concedo ad Sancti Cucuphati cenobii ipso meo alodio quod habeo in Campanna prope fossa qui dicunt de Pasgual, quod tenet Seniofre Guilelm per manus mea, affrontat a parte vero circi in ipsa estrada antiqua. Et concedo ad Sancti Petri de Rivo Rubio petia una de terra qui est iuxta alium suum alaudem de Sancti Petri, supra ipsa casa de Coloma, ad occidentale parte usque in ipsa strata. Et concedo ad domum Sancti Felicis de Arraona ipsas meas vineas in Forigola. Et concedo ad Sancta Maria de Serratex ipsum meum alodium quod habeo vel habere debeo in comitatu Berguitano, in terminio de Castserres, in locum qui dicunt Tiurana, hoc totum pro anima mea et de genitrice mea seu de uxore mea iam dicta. Et concedo ad filio meo Guilabert levita ipsa mea mansione quod habeo infra muros civitatis Barchinona, apud ipso orto et puteo cum solos et superpositos, cum omnia qui ad ipsa domum pertinet vel ad ipso*

orto; et ipsum meum alodium que habeo in Provenzana, infra suo termino, in locum qui dicunt Bagnols, id sunt, (casas),<sup>2</sup> solos et superpositos et terris et vineis, cultum vel heremum, seu curtibus et pratis, quantum ibi habeo vel habere debeo; et ipsum meum alaudem qui fuit de Sendre de Canoves, que habeo in Rivo Rubio, quod emi cum genitrice mea de Guilelmi Ermemiri et uxor eius Ricardis, qui est simul in unum cum ipso alaude de Sancte Crucis Sancteque Eulalie et cum ipsa tercia parte; et addo ei ipsum meum mansum de Fonoget cum suis pertinentiis, quod tenet Guifre Sabad, id sunt, terris et vineis et ruiras et arboribus, vel quantum habeo vel habere debeo infra ipsa Valle de Fonoiet, ita in tale conventu: ut non sit ei licitum vindere nec inalienare nisi ad fratres suos, filios meos, ad suum arbitrium; <sup>3</sup> hoc<sup>3</sup> dico de ipsum mansum de Fonoiet cum ipsis suis pertinentiis; et ipsum meum alodium quod habeo in comitatu Ausona in terminio de Motannola, quod Gotbert Guilelm per manus mea per sua hereditate vel melioratione. Et concedo ad filio meo Mironi ipsa mea mansione, ubi habito, usque in strada qui pergit per ipsa serra ubi dicunt ipso Fossar ad orientale parte, et de meridie in ipso fisco de Arraona, et de occiduo in Rivo Pullo, et de circi usque in ipsa strada qui pergit de ipso soler de Berengario Bernardi ad ipsa ecclesia de Sancti Vincencii pro sua melioratione. Et alios meos alodios quod habeo in parrochia Sancti Vincencii iungarensis vel in parrochia Sancti Felicis de Arraona, exceptus ipsum mulinum quod tenet Gelmir Faber per manus mea, et alios meos alodios quod habeo in parrochia de Sancti Petri de Rio Rubio vel in Fonte Calcada, exceptus ipso manso ubi habitat Ato cum suis pertinentiis, et ipsum mansum ubi habitat Bag Ermemir cum suis pertinentiis, sic concedo ad filios meos Mironi et Petro. Et omnes meos alaudes quod habeo in parrochia Sancte Agnetis de Malannarges<sup>4</sup> et in parrochia Sancti Saturnini de ipsa Rocha vel infra eius terminos concedo ad filios meos iam dictos Mironi et Petro, per illorum hereditate vel melioratione; et si de illis duos unum obierit sine infante de legitimo coniugio, remaneat ad alium qui vivus fuerit. Et ipsos meos alodios quod habeo vel habere debeo in parrochia de Sancti Stephani de Granoiers cum ipsos duos mansos, quod retinuit in Rio Rubio unum de Ato et<sup>5</sup> alium de Bagag, sic concedo ad filium meum Udalardi per sua hereditate. Et concedo ad filios meos Raimundi, que vocant Gerad, et Guilelm, que vocant Vidal, ipsos meos alodios quod habeo infra termino de Castelar; et addo ei ipsum molinum quod tenet Gelmir Faber. Et concedo ad filio meo Berengarii ipsos meos alodios que habeo in parrochia Sancti



*Vincentii de Moled, id sunt, casas et sacrarios \et/ terras cultas et heremas et arboribus de diversis generibus. Et si obierit Ramon, que vocant Geral, sine filios de legitimo coniugio, remaneat sua hereditate ad iam dicto Guilelmi. <sup>b</sup> Similiter si obierit de Guilelmi sine filios de legitimo coniugio, remaneat sua hereditate ad iam dicto Reimundo, que vocant Geral. Simili modo si obierit iam dicto Udalard sine infante de legitimo coniugio, remaneat sua hereditate ad iam dicto Berengario. Et si obierit Berengarii sine infante de legitimo coniugii, remaneat sua hereditate ad iam dicto Udalardi. Et concedo ad uxor mea Ermeniardis iam dicta ipsos meos alaudes quod habeo in Penitensi, in terminio de Olerdola, in tali conventu: ut teneat et possideat in diebus vite sue, et non sit ei licitum dare nec inalienare nisi ad filios nostros, qualem aut quales illa se elegerint. Omnes meos alaudes supra dictos, quod concedo ad filios meos, genitrice illorum, uxor mea iam dicta, teneat et possideat et exfructet omnibus diebus vite sue sine ullius blandimentum, si virum non prendiderit; et si virum prendiderit aut sponsaverit, fiat modo, sicut supra scriptum est; et si \non/ prendiderit virum, teneat et possideat, sicut supra diximus; et post obitum suum remaneat ad filios nostros, sicut supra insertum est. Et mando et laudo et iubeo stabilis manere cartas que nos invicem fecimus, ego cum iam dicta uxor mea, in anno tercio decimo regis Philippi in mense iunii. Et concedo ad filia mea Estefania ipsos alodios et omnia que illi dedi ad diem nuptiarum, et postea et addo ei ipsum meum alodium quod habeo in comitatu cerdanensis. Et concedo ad filium meum Guilabert ipsum meum anap de argent et cubos et tonnas que habeo in Banols et in Rio Rubio tonna una qui fuit de Em de Banols et cub unum. Et concedo ad filium meum Mironi iam dicti tonna una maior et cub I maior quod habeo in Rivo Rubio. Et concedo ad filio meo Udalard caballo I. Et concedo ipsum mansum de Mo<n>te Acuto ad filios meos iam dictos Mironi et Petro. Et concedo ad Guilabert, filio meo, librum unum iudicem. Et de alium meum mobile, tam de pane quam de vino, tam de bestiis vel omnia que invenire potueritis, sic concedo tercia parte pro anima mea. Et fiant solutos nostros debitos in comune. Et de mea tercia parte concedo ad Sancti Laurentii uncias <sup>f</sup> IIII<sup>or</sup>, et concedo ad Sancta Maria de Solsona uncia I, et ad Sancti Vincentii de Iocarias mancosos III, et ad Sancti Genesii de Rivo Rubio mancosos III in suo hedifitio. Et aliud quod remanet de meo mobile, concedo pro anima mea, in quem melius videritis in Dei servitio. Et rogo filii mei karissime ut memor sit vobis de me et de anima mea. Et rogo vos, filiis meis,*

*ut dilectio et caritas fiat in vobis. Et rogo vos, filiis meis<sup>6</sup> karissimos maiores vel tutores, ut misertus sitis fratres vestros minores. Et mito uxor mea iam dicta et meos infantes cum illorum directo in potestate Domino Deo et suis sanctis. Et si homo vel femina utriusque sexus qui hoc disrumpere voluerint aut disfacere, set perdat aut perdant omnia quod superius resonat. Et in antea (is)<sup>7</sup> non sit illis licitum. Et concedo ipsa mea honore de Arraona, quod teneo de Guilelmi Bernardi, seniori meo, et de uxor eius Ermeniardis ad filio meo Mironi, ut habeat, sicut ego adquisivi eam, ad illorum servitia.*

*Actum est hoc VI kalendas marcii, anno XX regnante rege Philippo.*

*Hoc est translatum scripture testationis ultime voluntatis cuiusdam hominis, olim defunctus, Reimundus Seniofredi rivirubiensis. Et firmavit iam dictam testationem predictus testator manu propria. Et iussit aliis bonis hominibus ut insignirent in iam dictam testationem suorum nomina, id sunt, Guilelm Remon, Iotbert Aiarico et Remon Aiarico, Dalmatio Remundo, Alnal Giscafre, Remundus Novelli, Dalmatio Seniofredi, Baronus Adalbert et Andreas Gotfredi. Et fuit exarator prefati testamenti Bernardus presbiter.*

*S+ Poncii levite. S+ Bernardus sacer. S+num Raimundus levite. S+ Berengarii levite. S+ Guilelmus sacer.*

*Fuit factum hunc translatum III kalendas septembris, anno XXVII regnante predicto rege.*

*S+m Miro levita, qui hanc scripturam (scripturam)<sup>8</sup> scripsit cum litteras super positas in linea II et VIII et nona et dampnatis in XX<sup>a</sup>III.*

*1. Hi ha un senyal que indica on s'ha d'inserir al text. 2. Repetit. 3. Afegit al marge. 4. Abreviatura supèrflua i ratllada. 5. A sota hi ha una c. 6. Hi ha un senyal que indica on s'ha d'inserir al text. 7. Expuntuat. 8. Repetit.*

## 1362

1080 març 5

*Sunyer ven a Joan i a la seva muller Canell i a Iotrand i a la seva muller Adalgarda quatre peces de terra franques, situades al comtat de Manresa, a la parròquia de Sant Feliu de Terrassola i de Rosdors, a Valadades i a l'Estany, que tenia pels seus pares i per altres raons, a canvi de tres sous en espècie.*

ACB, perg. 1-4-340. Original. Pergamí, 110 × 245. El document té una taca a la part superior esquerra. Al verso: "Instrumenta antiqua castris Olone et parochie

Terraciola"; "Valades et de Stagno anticum est"; "Cartes de Iocart et suos frares" (s. XIII i XIV); "1080" (Mas).

*In nomine Domini. Ego Suner vinditor sum vobis Ioan et uxor mea Qanel? et Iotrando <sup>℞</sup> [±8] sua Adalgards emtores. Per hanc scriptura vindicionis mee vindimus vobis pe-<sup>β</sup>cias [III]or de terra, culta et erma, bene franchum, qui michi advenit per ienitores vel per ullasque voces <sup>℞</sup> [±5] in comitatum Minorisa<sup>1</sup> in parochia Sancti Felicis Terracioli vel de Ros-<sup>β</sup>dor [±3] in ipsas Valadades et in ipso Stagno. Et afrontat de orient in pugo Salvo?, de meridie in <sup>℞</sup> terra [±4]ecene Espinalbosa, de occiduo in Crebatestes, de circii in terra de vobis comparatore/s\.* / *Quantum in istas afrontaciones includunt sic vindo vobis: ipsas pecias [III]or de terra ab integre, <sup>℞</sup> cum exis et regresis earum, in propter precium sollados III in rem valentem. Et est manifestum. Quem ve-<sup>℞</sup>ro predicta omnia de meo iure in vestro trado \do/minio, abeatis firmam potestatem ad omnia <sup>℞</sup>0 facere que volueritis. Quod si nos vinditor aut ullusque homo qui contra anc ista carta <sup>℞</sup>1 vindicione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindikare, set in duplo vobis conpo-<sup>℞</sup>2namus cum omnem suam inmelioracione. Et in antea ista vindicio firma permaneat mo-<sup>℞</sup>3do vel omnique tempore.*

*Facta carta vindicione III nonas marci, ano XX Filipi regis\.*

*<sup>℞</sup>4 S+num Suner, qui ista vindicione fecit et firmavit et testes firmare <sup>℞</sup>5 rogavit.*

*S+num Petrus Compan. S+num Berenger. S+num Mar/ti\.*

*<sup>℞</sup>6 Quanalgaudus sacer sss scripsit die et ano quod supra.*

*1. In comitatum Minorisa repetit.*

### 1363

1080 abril 15

*Vivà Guillem, levita, fa donació a favor de la Canònica de la Seu de Barcelona dels seus alous, que contenen cases, corts, terres, vinyes, trilles, horts, arbres de diverses classes, garrigues, pastures i prats, situats al comtat de Barcelona, a les parròquies de Sant Vicenç de Mollet, Sant Fost de Campsentelles i Santa Maria de Martorelles.*

ACB, LA.III, n. 6, f. 2d-3b. Rúbrica: "Vivanus canonicus dedit \Sedi/ omnia sua alodia in Molleto et in Sancto Fausto et in Martoriliis". *Inter columnas verso*: "n. 6" (Caresmar). *Interior recto*: "Mollet, Sancto Ffausto" (s. XVIII). *Exterior recto*: "Anno Domini 1080" (s. XVIII). Capletra "I" ornamentada, tipus F: 5 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 141, n. 989.

*In nomine Domini. Ego Vivanus Guilelmi levita, nuncupatus prepositus, donator sum Domino Deo et barchinonensi Canonice. Ad noticiam cupio deducere plurimorum qualiter in senilibus /<sup>a</sup> annis positus et etate decrepatus atque metu mortis territus, ultra quam dici potest, profiteor me pluribus metitum criminibus. Unde preoptans eum in quem offendi aliquibus placcare muneribus, dono Domino Deo et barchinonensi Canonice alodia mea universa, nominatim domos et cortes, terras, cultas et incultas atque vineas, trilias et ortos, diversique generis arbores, silvas et garricas, prata et pascua, fontes, aqueductus et reductus aquarumque decursus, cum ceteris omnibus ad prescripta omnia quolibet tenore vel ordine pertinentibus. Que habeo vel qualicumque modo habere debeo in comitatu barchinonensi, in parrochia Sancti Vincencii de Molletto, et in parrochia Sancti Fausti de Camposcenges, et in parrochia Sancte Marie de Martoriliis. Advenerunt autem mihi hec omnia per vocem parentum atque propinquorum meorum et per emtiones et per alios quoslibet modos sive voces. Universa superius comprehensa, secundum quod ore possunt humano utcumque dici sive nominari, dono Domino Deo et prescripte Canonice, cum ingressibus pariter et egressibus suis, ob flagitiorum meorum remissionem, ut quia in gradu et in officio meo multum deliqui et in crudelitatem anime mee inennarrabiliter scelera multa comisi, hanc Omnipotens Deus quantulamcumque meam suscipiat compositionem. Hec autem omnia, que Deo et prenominate Canonice dono, de meo iure in dominium et potestatem canonicorum eiusdem Canonice ad integrum trado, ut faciant exinde idem canonici quod faciunt ex munificentis predictae Canonice. Si vero ego donator aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo donationem hanc disrumpere aut infringere sive ad nichilum deducere temptavero sive temptaverit, nil prosit, sed incurram vel incurrat compositionem que continetur in logibus de invansionibus et /<sup>b</sup> direptionibus. Et postmodum, scriptura hac robur perhenniter obtinente, sit anathema in conspectu Dei Patris et sanctorum angelorum et in conspectu Christi et apostolorum eius et in omnes conspectu Spirite Sancti et sanctorum nostrorum, atque ab Ecclesia Chatolica efficiatur extraneus et ab omni cetu christianorum alienus cum omnibus impietatis sue sociis.*

*Facta scriptura donationis huius XVII kalendas maii, anno XX regni Philippi regis.*

*S+ Vivani, numcupati prepositi, manu propria cartas soliti firmari, qui, deficiente lumine occulorum, hanc donationem fecit punctimque firmavit et testibus illam firmari rogavit.*

*S+ni Raimundi Amalrici Montis Catani. S+ni Iohannes Arnalli de Archidiacono. S+ni Arnallus noster pistor. S+ni Berengarii Guifredi, homo Olibani Raimundi. S+ni Gauzberti, monachi Sancte Crucis Sancteque Eulalie.*

*S+ Poncii levite, qui hoc scripsit et sub sss scripsit die et anno quo supra.*

### 1364

1080 abril 30

*Agela i la seva muller Raquel venen a Ramon i a la seva muller Emma dues peces de terra amb arbres i vinyes, que tenien per compra i per altres raons, situades al comtat d'Osona, a la vila de Foradada i al castell de Besora, a canvi d'una quartera de blat.*

*ACB, 1-4-278. Original. Pergamí, 89 × 298. Al verso: "Adivi"; "Adivit"; "Adiutdiis?" (s. XIII-XIV); "1080" (Mas).*

*In nomine Domini. Ego Agela et (d)<sup>1</sup> uxor sua Richel vinditores sumus vobis Reimon et uxor sua Em femina emtores. <sup>2</sup> Per ahnc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis pecias II de terra cum arbores et vitis, per comparacione ad per qua-<sup>3</sup>lesque voces. Et est hec omnia in comitatum Ausona, in villa Foradada vel in caustro Bissora. <sup>4</sup> Afrontat de parte oriente in terra de Eribert, de meridie in strada, de ociduo in terra de Eribert, de (me com)<sup>2</sup> <sup>5</sup> parte vero circi in me comparatores. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sic vindimus vobis: <sup>6</sup> ipsas nostras voces que nos abemus, totum ab integrum, in precium quartera I de blado. Et est manifestum. <sup>7</sup> Quod si nos vindotores ad ullusque omo ad femina qui ahn<c> ista carta vindicione venerit ad inrupen-<sup>8</sup>dum, non hoc valeat vindicare, set componat in duplo. Et in antea abeat suam firmitatem.*

*Facta carta <sup>9</sup> vindicione II kalendas madi, anno XX Philipo rege.*

*Sig+num Agela, sig+num Richel, nos <sup>10</sup> qui ista vindicione fecimus et firmamus et firmare rogamus.*

*Sig+num Gilem Duranno. Sig+ <sup>11</sup> Ato Suniario.*

*<sup>12</sup> Adalbertus levita, qui hoc scripsit die et ano sss quod supra.*

1. *Suprimit.* 2. *Ratllat.*

## 1365

1080 maig 3

*Arnau Onofred i la seva muller M. donen a la seva filla Guisla i al seu marit Arnau Blandriu la meitat d'unes cases situades a la ciutat de Barcelona.*

ACB, perg. 1-4-279. Original. Pergamí 167 × 355 mm. Al verso: "1080" (Mas).

*Res donate, si in presenti traderes, nullo modo repetantur a donatore. Igitur, in Dei nomine, ego Arnallo Honofredi et coniux mea M. femina donatores sumus vobis filia nostra Guilie et viro tuo <sup>⁹</sup> Arnallo Blandrici. Manifestum est enim que de bono animo promtaque bona voluntate damus vobis medietatem de nostro avere, id est, casas et curtes, solos et superpositos, guttas et stillicinios, ostios, ianua\|⁹ atque limites, foveas, clohacas et terris et vineis, que habemus in cun<c>tisque locis. Iterum damus \vobis/ medietatem de nostrum totum mobilie que hodie habemus et plus quam in antea Dominus dederit nobis. Et sunt ipsos domos <sup>⁹</sup> et ipsos alaudes in burgo civitate Barchinone et in suis terminis atque affrontacionibus. Et affrontant iam dictos domos in ortos Sancti Cucuphati et Raimundi Bonefilii de circi, ab oriente in guttas <sup>⁹</sup> domorum Marcucii et uxori sue sive in orto que fuit Bernardus Mazarif, a meridie in via, ab occiduo in domos Compagni Malangecci et prefati Raimundi. Quantum iste affrontaciones atque terminis concludunt, <sup>⁹</sup> sic damus vobis: prefata medietate in ipsis domibus atque terris et vineis simul cum ipso mobile sub tali conveniencia: ut in diebus vite nostrę teneamus et possideamus, et non sit nobis licitum vindere neque alienare neque <sup>⁹</sup> in nullam aliam manumittere, nisi vobis acceptores et filios vestros, qui de ambo fuerint creatos; et si morierit predicta filia nostra et non habueris infantes, qui vivus fuissent, de ambo, habeatur prefatus Arnallo Blandrici <sup>⁹</sup> de nostro avere mancosos CC monete Barchi\|none, qui ipso die/ current, per ipsum tuum avere que adduces in nostra potestate, \et hoc fiat factum ab utraque parte per fidem sine engan/. Preserfita quoque omnia, que vobis damus, de nostrum iure in vestrum tradimus dominium et potestatem, ut quiquid exinde <sup>⁹</sup> facere vel iudicare volueritis, cum exios et regresios earum, ad vestrum plenissimum proprium. Quod si nos donatores aut aliquis homo sexus utriusque contra ista donacione venerimus aut venerit pro inrum-<sup>⁹</sup>pendum, nil valeat, set componat aut nos componamus vobis iamdicta omnia in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc V nonas /<sup>1</sup> may, anno XX regni regis Philipi.*

*S+num Arnallus, s+num M., nos qui ista donacione fecimus et firmamus et testes firmare rogavimus.*

*S+num Ermengaudus Raimundi. S+num Guilelmus Raimundi./<sup>2</sup>*

*S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi cum litteras super positas in linea VIII, et sss die et anno quo supra.*

### 1366

1080 maig 16

*Ramon Pere ven al levita Ramon Dalmau la seva quarta part en unes cases amb pou, hort i figueres que foren dels seus pares, situades dins els murs de Barcelona, al costat de la Seu, pel preu de 70 mancusos d'or en moneda de Barcelona.*

ACB, perg. 1-1-1942. Original. Pergamí, 196 × 422 mm. Al verso: "he sunt (?) carte domorum Bernardi Ermengaudi"; "CXIII" (s. XI-XII); "Num... 1942" (s. XVII); "Diversorum A 1942" (Mas); "1080" (F-B). Té diverses taques de tinta diluïda, d'extensió i intensitat diferent, que afecten el text; les dues més grans, es troben vers el centre i són les més fortes; també té un forat en el centre però a la zona sense text, entre les subscripcions dels testimonis i la del notari.

ACB, LA.I, n. 112, f. 52b-d. Rúbrica: "Item de domibus que sunt iuxta canonicam". *Inter columnas recto*: "n. 112" (Caresmar). *Exterior verso*: "Anno Domini 1080" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus E: 8 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 141-142, n. 990.

*In Christi nomine. Ego Raimundus Petri venditor sum tibi Remundo Dalmacii<sup>a</sup> levite, emptori. Manifestum est enim quia per hanc scripturam mee vendicionis<sup>b</sup> vendo tibi quartam partem meam ipsarum /<sup>2</sup> domorum, que fuerunt patris mei et matris mee, condam, cum solis et suprapositis, hostiis et ianuis, guttis et stillicidiis, cloacis et andronis, cum puteo et orto et ficulneis, et cum omnibus pertinentibus ad /<sup>β</sup> quartam partem prescriptarum domorum, secundum quod humano ore utcumque possunt nominari vel dici. Sunt autem prescripte domus site intra muros Barchinone urbis iuxta ipsam sedem. Que michi adve-<sup>a</sup>niunt per vocem seu testacionem<sup>c</sup> parentum meorum sive per ullaque voces. Terminantur autem prefate domus ab oriente in domibus Dalmacii Geriberti sive in calle, ab occiduo in domibus et in orto que sunt uxoris /<sup>β</sup> Odonis Guifredi ac filiorum eius, a meridie in domibus et in orto Remundi Donnucii ac fratris eius Berengarii, a septemtrione in curtis et in*

domibus Sancti Cucuphatis quas tenet Bernardus archidiaconus.<sup>d</sup>  
<sup>f</sup> Sicut supra dicti termini concludunt et ambiunt, vendo tibi quartam partem prescriptarum domorum cum universis prescriptis rebus, cum omnibus ad eandem quartam partem omnimodis<sup>e</sup> pertinentibus vel quocunque <sup>f</sup> modo pertinere debentibus, cum ingressibus pariter et egressibus suis ad tuum plenissimum proprium alodium, ut facias exinde quocunque tibi placuerit, propter precium mancusi septuaginta auri monete<sup>f</sup> Barchinone. Quos tu precium michi dedisti quorum testibus inferius scriptis et ego manibus meis accepi. Atque nichil prescripti precii aput te remansit, sicut satis est manifestum. Que omnia prescripta <sup>f</sup> in tuum trado dominium et potestatem, ad tuam voluntatem faciendam omnibus modis, propter supra scriptum precium, ut teneas et possideas absque ullius contrarietatis obstaculo. Quod si ego venditor aut aliquis <sup>f</sup> utriusque sexus vel ordinis homo qui hanc venditionem venero aut venerit pro inrumpendum, nil valeat, sed componam aut componat prescripta omnia in triplum tibi, que eiusdem meritis <sup>f</sup> sit atque valoris. Et postmodum hoc maneat perhenniter firmum.

Quod factum est XVII kalendas iunii, anno XX regni regis Philippi.

S+num Remundis<sup>f</sup> Petri, qui hanc venditionem <sup>f</sup> fecit, firmavit atque testibus eam firmari rogavit.

S+num Benedicti Mathfredis. S+num Remundi Amati. S+num Remundi Bertrandi. <sup>f</sup> S+num Bonefilii presbiteri. S+ num Guilelmus subdiaconus. S+ Petri Bernardi clerici. S+num Guilelmi Bernardi. S+num Bernardi Guilelmi.

<sup>f</sup> S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

LA. a. Dalmatii. b. venditionis. c. testationem. d. archidiachonus. e. omnibus modis. f. Reundi.

1367

1080 juny 24

*Adelaida, comtessa, ven a Ramon Dalmau unes cases situades a la ciutat de Barcelona, prop de la Seu de la Santa Creu, pel preu de 280 mancusos d'or en moneda de Barcelona.*

ACB, perg. 1-2-576. Original. Pergamí, 179 × 239 mm. Al verso: "De domibus Raimundi Dalmacii" (s. xi); "Adalaydis comitissa vendidit Raimundo Dalmatii \canonico (en vermell)/ domos et multa alia in Barchinona, [dues lletres esborrades escrites en vermell] in pre-[unes quatre lletres esborrades]-a Sedi (en



vermell)" (s. XIII); "Saeculi XI" (s. XVII); "Antiquit. I (2 ratllat)\6/33"; "1081" (Mas). Caplletra "I": 36 mm.

ACB, LA.I, n. 633, f. 234a-b. Rúbrica: "Carta quod Adalaidis comitissa vendidit Raimundo Dalmatii domos et multa alia prope Sedem". Interior recto: "n. 633" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1081" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 6 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 145, n. 1000.

*In Christi nomine. Ego Adalaydis<sup>a</sup> comitissa venditrice sum tibi Raimundi Dalmatii,<sup>b</sup> emptori. Per hanc scripturam vendicionis<sup>c</sup> /<sup>2</sup> mee vendo<sup>l</sup> tibi casas cum solos et superpositos, gu\l/tas et stillicinius et curte cum parietes et puteo, foveas et cloachas,<sup>d</sup> ostios,<sup>e</sup> /<sup>3</sup> ianuas atque limites. Et est hec omnia infra urbis civitatis Barchinone, prope aeclesiam<sup>f</sup> Sancte Crucis sedis eiusdem civitate. Qui mihi /<sup>4</sup> advenit prenominata omnia per mea comparacione<sup>g</sup> sive per aliis quibuslibet modis. Abet autem affrontaciones iam dicta omnia ab orient\l/e /<sup>5</sup> in via, a meridie in mansionibus Petrus<sup>h</sup> presbiteri, a parte vero circi atque occiduo in curtes de te emptori. Quantum iste affrontaciones /<sup>6</sup> includunt, sic vendo tibi: prefata<sup>i</sup> omnia ad integrum, propter precium mancusos CC [espai raspat: ±2] LXXX auri monete Barchinone qui hodie currunt. /<sup>7</sup> Quos tu emptor precium mihi dedisti et ego venditrix manibus meis recepi. Et nichil de ipso precio apu<sup>t</sup> te emptor<sup>k</sup> non remansit. /<sup>8</sup> Et est manifestum. Prescripta quoque omnia, que tibi vendo, de meum iure in tuum trado dominium et potestatem, ut quiquit exinde facere /<sup>9</sup> vel iudicare volueris, cum exios et regresios<sup>l</sup> earum, ad tuum plenissimum proprium. Quod si ego venditrix aut aliquis homo /<sup>10</sup> sexus utriusque contra ista vendicione<sup>m</sup> venero aut venerit pro inrumpendum, nil valeat, set componat aut ego componam tibi /<sup>11</sup> iam dicta omnia in duplo cum omni sua melioracione.<sup>n</sup> Et in antea ista vendicio<sup>o</sup> firma permanet<sup>p</sup> omnique tempore.*

*Actum est hoc VIII /<sup>12</sup> kalendas iulii, anno XXI regni regis Philipi.<sup>q</sup>*

*S+m Adalet, qui ista vendicione<sup>r</sup> feci et firmavi et testes firmare /<sup>13</sup> rogavi.*

*/<sup>14</sup> S+m Arnallus Guntarii. S+m Berengarii Raimundi. S+m Vivani Guifredi. /<sup>15</sup> \*S+ Poncii sacricustos\*. /<sup>16</sup> \*S+ Ioanes levite\*.*

*/<sup>17</sup> S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi et sss die et anno quo supra.*

1. *Esmena de vendimus.*

LA. a. Adalaidis. b. Dalmatii. c. venditionis. d. cloacas. e. hostios. f. eclesiam. g. comparacione. h. Petri. i. prephata. j. apud. k. emp-

tore. l. regressios. m. venditione. n. melioratione. o. venditio. p. permaneat. q. Philippi. r. venditione.

## 1368

1080 juliol 21

*Bonnom, hebreu, fill de Mosse, permuta amb el bisbe Umbert [de Barcelona] i els seus canonges un alou situat al suburbi de la ciutat de Barcelona, al cantó occidental, al costat del pou anomenat de Moronta, per un altre alou que ja havien permutat i 10 unces d'or.*

ACB, perg. 1-2-478. Original. Pergamí, 110 × 343 mm. Al verso: "Karta de Bonom porcafire (?) ebreu in burgo" (s. XI); "CCLXXXIII" (s. XIII); "n° 146" (s. XVII); "Permuta ab la qual Bononome Ebreu dona als Canonges de la Casa de Barcelona unas casas dins Barcelona, al costat del Pou de Moronta" (Caresmar); "Antiquit. I 322" (Mas); "1081" (F-B). Caplletra "I" que ocupa 3 ratlles.

ACB, LA.I, n. 322, f. 128a-b. Rúbrica: "Carta que Bonusnomine iudeus comutavit Canonice alodium suum proprium prope puteum de Moranta". Interior recto: "CCLXXXIII" (s. XIII); "n. 322" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1081" (s. XVIII). Caplletra "I" que ocupa 13 ratlles.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 143, n. 1001.

Ed.: MIRET-SCHWAB, Documents, p. 26, edició gairebé completa del text, sense esmentar el text en hebreu inclòs, perquè es basa en la còpia dels LA, que no el contenen; BAER, Die Juden, p. 1007-1008, amb el document llatí i l'addició hebrea (aquesta acompanyada d'una traducció alemanya); BET-ARIE - ENGEL, Specimens, làmina 65, en què el text hebreu és presentat com a exemple d'una escriptura hebraica protosemicursiva.

*In Dei nomine. Ego Bononome ebreo (que vocitatur Porcastro),<sup>1</sup> \filium Mosse/, comutator sum vobis Umbertus episcopus et universus grex canonicorum tibi subditus. Manifestum est enim quia comuto vobis alodium <sup>2</sup> meum proprium, quod habeo in suburbio civitatis Barchinone, ad occidentalem plagam, iuxta puteum que vocitatur Moronta. Advenit michi<sup>3</sup> supra dictum alodium per comparacione<sup>b</sup> <sup>β</sup> vel per quascunque<sup>c</sup> voces. Affrontat namque ab oriente in strata vel in supra dicto puteo, a meridie in alodio vestre Canonice, ab occiduo in terra de Guilia et filiis suis, a circio <sup>4</sup> in strata publica sive in alodio Sancti Cucuphatis. Quantum iste affrontaciones<sup>d</sup> includunt, sic comuto vobis: supra dictum alodium per alium vestrum alodium, que vos mihi comutastis, sicut resonat <sup>5</sup> in ipsa scriptura que vos michi fecistis, \et addidi vobis decem uncias auri ad numerum. Atque de meo iure in vestrum trado dominium et potestatem, ut faciatis exinde quocunque<sup>e</sup> volueritis, ad vestrum*

*plenissimum proprium. Quod si ego commu-<sup>8</sup>tator<sup>f</sup> aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc comutacione<sup>g</sup> venero aut venerit pro inrumpendum, nil valeat, sed componam aut componat predicta omnia in duplum<sup>2</sup> vobis que eiusdem <sup>7</sup>meritis sit atque valoris. Et in antea ista comutatio<sup>h</sup> firma permaneat modo vel omnique tempore.*

*Quod est actum XII kalendas augusti, anno XXI regni regis Philippi. <sup>8</sup>*

מודה אני גרשום בר' משה שעשיתי תמורה עם הגלחים מן הקטניקא של תעוב אולריאה מן השדה שיש לי בגבול מדינה זו במקום שקודין מודונטה ומצרין כמו שכתוב בכתיבה שלהם ו הם נתנו לי השדה שיש להם בגבול מדינה זו במקום שקודין קוטלו עם מצרין כמו שכתוב בכתיבה שלהם וחזרתי להם שבעים וחובים ממטבע העובר חיים וקטו מידי בקנין גמור ופיסתי לחתום על הכתוב בזה והרי שריד ומקיים. חלאבו בר' יצחק יוסף בר' ראובן שם תוב בר' משה נ'

1. *Ratllat.* 2. *Segueix una lletra il·legible raspada.*

LA. a. mihi. b. comparatione. c. quascumque. d. affrontationes. e. quocumque. f. comutator. g. comutatione. h. comutatio.

*Traducció del text en hebreu:* Jo, Guerson, fill de rabí Mossé, reconec que he fet una permuta amb els clergues de la canònica de l'església d'Eulàlia de l'alou que tinc en el territori d'aquesta ciutat, en el lloc anomenat Moronta, els límits del qual alou són com està escrit en l'escriptura. Jo hi he afegit en compensació setanta mancusos de la moneda que corre avui. Han rebut la propietat de les meves mans per mitjà d'un acte de venda íntegre. He demanat de validar el que hi ha escrit en aquest document. Tot és ferm i valedor. Halabo, fill de rabí Issac; Jucef, fill de rabí Rovèn; Sentou, fill de rabí Mossé, que en pau descansi.

1369

1080 juliol 29

*Ardman dona molts alous a la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia de Barcelona, situats al comtat de Barcelona, al terme d'Olèrdola, a la parròquia de Sant Pere d'Avinyó, per la salvació de la seva ànima.*

ACB, LA.IV, n. 252, f. 100d-101b. Rúbrica: "Ardinam dedit Sedi alodium, domos, vineas et multa alia, in Avinone, in Penedes". *Interior recto:* "Nostro"; "Iste Ardman dedit multa bona Canonice" (s. XIII-XIV); "n. 252" (Caresmar). Caplletra "I" ornamentada, tipus D: 12 línies.

*Regest:* MAS, Notes, vol. X, p. 145-146, n. 1002.

*In Dei nomine. Ego Ardman donator sum Domino Deo et Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie. Manifestum sit etiam tam presentibus quam futuris quia de prompto animo bonaque voluntate dono Deo et iam dicte Canonice alodium meum proprium franchum, id sunt, domos, cortes, solos et superpositos, hostios et ianuas, regos*

*et subtus regos, pascuas et prata, cum arboribus qui infra sunt, et cum ipsa vinea qui se tenet cum ipso alodio, et cum ipso sacrario que habeo ad Sanctum Petrum de Avinono, cum ipsa tonna et cubo maiore et alium minorem, et cum hostios qui sunt in predicto sacrario, et semodiatam unam vinee quam plantavi de Lupisancio Guilelmi, ipsum meum directum, aut ipsum precium iuste apreciatum. Est namque iam dictum alodium in comitatu Barchinone, in Penitenti, in termine de Olerdule et in parroechiam Sancti Petri iam dicti. Advenit mihi predicta omnia per comparationem et per quas-cumque voces. Terminatur autem predictum alodium et vinea ab oriente in alodium comitale et in alodium Petri, \filium/ qui fuit Amati Uldrici, a meridie in alodium Bernardo Suniarii, ab occiduo terminatur in ipso Prato sive in alodium iam dicto comiti, a circio terminatur in alodium Sancti Petri sive iam dicti comitti. Quantum predicti termini concludunt et ambiunt, sic dono Domino Deo et predicte Canonice: ad integrum, cum exiis et eius regressiis, propter Deum et remedium anime mee, ut faciant exinde canonici iam dicte Canonice sicut de aliis munificenciis Canonice faciunt. Quod si ego aut aliquis homo sexus utriusque qui hanc donationem venero aut venerit pro inrumpendum, nil valeat, set componam aut componat predicta omnia in duplum ad predicte Canonice, que eiusdem meritis sit atque valoris. Et in antea ista donacio maneat firma modo vel omnique tempore.*

*Quod est actum IIII kalendas augusti, anno XXI regni regis Philippi.*

*S+num Ar\d/man, qui ista donacione fecit, punctim firmavit <sup>b</sup> atque testes firmari rogavit.*

*S+num Petro Guilelmi. S+num Petri Iohanni. S+num Dalmatii Ferreoli.*

*S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit cum litteris rasis in linea I die et anno quo supra.*

### 1370

1080 agost 8

*Testament de Guifré en què nomena almoiners seus Guillem Sendred, Pere Guifré i Guadall Guifré i reparteix els seus béns, mobles i immobles, entre els seus descendents, especialment els seus fills Guadall i Dalmau, i els seus néts Ponç i Geribert. També afavoreix*

*diferents monestirs com Sant Cugat, Santa Maria, Sant Esteve i Sant Marçal.*

ACB, perg.1-4-281. Original. Pergamí, 489 × 172 mm. Document restaurat, especialment en la part inferior. Al verso: "D.C.(b) 281, Car. 1"; "1080" (Mas). Caplletra "I" que ocupa 5 ratlles.

*In Dei nomine. Ego Guifredo iaceo in lecto egritudinis mee et timeo ne superveniat (re)<sup>1</sup> /<sup>2</sup> repentino casu mortis mee, sed spero in misericordia Dei. Ideo iubeo atque discerno ut sint /<sup>3</sup> helemosinarii mei, id sunt, Guirielmus Sendredi et Petrus Guifredi et Guadaldus Guifredi. /<sup>4</sup> Precipio namque vobis helemosinarii predicti ut, si mors mihi advenerit de ista egritudine /<sup>5</sup> aut antequam alium testamentum faciam, plenam atque liberam postestatem habeatis distribuere /<sup>6</sup> omnem meum avere, sicut in hunc meum testamentum inveneritis impressum.*

*In primis concedo ad do-<sup>7</sup>mum Sancti Cucuphatis vaca una et sestario I de ordeo, et emina I de formento, et tonna I qui habet palmos VIII<sup>nem</sup>, /<sup>8</sup> et kaficio I de vino ad nove veniente. Et concedo ad Sancta Maria, ad ipsa opera, asina I et solidos III<sup>or</sup> denarii. /<sup>9</sup> Et ad domum Sancti Stephani, emina I de ordeo et capras II. Ad cenobium Sancti Marcialis,<sup>2</sup> emina I de ordeo. /<sup>10</sup> Et dimito ad Guifredus sacer emina I de ordeo. Ad Bonefilius sacer, capa I. Et concedo ad Arnallo<sup>3</sup> presbitero /<sup>11</sup> aureo I. Ad Miro presbitero, alio; et ad Petrus, alio. Et iterum concedo ad Arnallo iam dicto quarta I de vino. /<sup>12</sup> Et iterum concedo ad Guifredus sacer alia quarta de vino. Et dimito ad Poncio, neto meo, vedela I. /<sup>13</sup> [Et d]imito ad Guadaldo, filio meo, parilio I de bovos et tonnas II de cubs II. Et dimito ad An-<sup>14</sup>tonia, nuru mea, vaca I. Et ad Gerbertus, neto meo, barrilio<sup>4</sup> I. Et iterum concedo ad Guadald,<sup>15</sup> filio meo, asina I. Et dimito ad Dalmatio, filio meo, tonna I. Et iterum concedo ad Guadaldo, /<sup>16</sup> filio meo, ipso manso de ipso Cigar, sicut distat ab ipsa fexa qui fuit de Rodlens usque ad ipso Bru-<sup>17</sup>ger, et sicut pergit ipsa via usque ad ipso Aragat, qui est trans ipsa Nogera, cum arboribus qui infra sunt /<sup>18</sup> et cum ipso columbario. Et iterum concedo ei alio loco modiatia I vinee cum suis terminis, quem vo-<sup>19</sup>cant Petrosa, et ipso linario subtus ipsa Frabega. Et dimito ei ipso meo molindino cum suis /<sup>20</sup> aiacenciis tali tenore: ut frater suus Dalmatius molat ibi suum blad absque moltura, et ipse /<sup>21</sup> det ei adiutorium ad molam adducere unum hominem et unam bestiam, et similiter adiuvet ei /<sup>22</sup> ad ipsa/ resclosa. Et concedo ad Dalmatio, filio meo, in ipso manso de ipso Colomer ipsa medie-<sup>23</sup>tate. Et alia medietate dimito ad netos meos, filios vel filias de Arsen, exceptus*

ipsas <sup>/24</sup> oliveras quem dimito ad Guadald, filio meo iam dicto, sub tali modo: ut ardeat per unum-<sup>/25</sup>quemque annum lampada una tota quadragesima pro anima mea. Et iterum concedo ad ne-<sup>/26</sup>[tos] meos sepe dictos ipsa sorte vinee qui est ad ipsa casa de Rodlens, et in alio loco ad <sup>/27</sup> [ip]so Plano ipsa quarterada quem dicunt Lorica. <sup>/28</sup> Et iterum concedo ad Guadaldo, filio meo, <sup>/29</sup> semimodieta vinee qui est ad ipso Pruner, et in alio loco quarterada una quem vocant <sup>/30</sup> Punieta ad ipso Plano. Et dimito ad Dalmatio, filio meo, ipsa vinea qui est iuxta <sup>/31</sup> ipsa vinea Sancti Stephani, et in alio loco semimodiata una qui est supra ipsa via. Et <sup>/32</sup> alia vinea qui est subtu via, quem dicunt Salvatica, concedo ad Guadaldo, filio meo. Et in <sup>/33</sup> alio loco dimitto ei quarteradas V de vineas ad ipsas Brugeras. Et alias vineas, <sup>/34</sup> qui remanent, dividant equaliter inter ambos fratres. Et ipsa alodia, qui remanet de predic-<sup>/35</sup>ta pecia terre, qui fuit<sup>5</sup> de Rodlens, qui est inferior, similiter dividant equaliter. <sup>/36</sup> Et dimito ad mea sepultura porch I, et perna I, et bestias IIII<sup>or</sup>, et emina I de ordeo, <sup>/37</sup> et alia de formento, et quarta I de vino, et ipsa mea tertia parte de vino adveniente novo, pro <sup>/38</sup> anima mea. Et alias II partes qui remanent de ipso vino, concedo ad Guadald. Et <sup>/39</sup> dimito a Dalmatio portadora I et alia vascula, maiore vel minore. Et ipsa <sup>/40</sup> ferramenta et pane et vino dimito ad<sup>6</sup> Guadaldo, filio meo. Et alium meum <sup>/41</sup> mobilem, quem abeo ubicumque, et ipsos meos linarios, exceptus predicto linario <sup>/42</sup> de Guadaldo, dimito ad ambos fratres et<sup>7</sup> ad neto meo Gerbert. Et iubeo ut <sup>/43</sup> faciat Guadaldo filio pro anima mea anniversarium per II<sup>o</sup> annos, et anno III<sup>o</sup> <sup>/44</sup> faciat Dalmatio. Et ita fiant usque in futuro ipsi qui hoc tenuerint. <sup>/45</sup> Et si quis autem ex hoc quod \pre/ordinatum habeo inter filios meos, disrumpere tempta-<sup>/46</sup>verit, nil hoc valeat vendicare, sed qui primus inquietaverit, omnia sua par-<sup>/47</sup>te veniat in potestate de alio.

<sup>/48</sup> Factum constat istum testamentum VI idus augusti, anno XX<sup>o</sup> \I<sup>o</sup>/ regni <sup>/49</sup> Phylippy regis.

Sig+num Guifredo, qui hunc testamentum fec[it] <sup>/50</sup> scribere, firmavi testesque firmare rogavi.

<sup>/51</sup> Sig+num Guirielmus Amalrici. Sig+num Remon<sup>8</sup> <sup>/52</sup> Darnet. Sig+num Arnallus Petro. <sup>/53</sup> \*Arnallus presbiter\*.

<sup>/54</sup> \*Petrus\* ypolevita, qui hunc testamentum scripsi, sub die sss <sup>/55</sup> notatoque tempore.

1. Ratllat. 2. Sota la segona a hi ha una l. 3. Sota la A hi ha una lletra il-legible titllada. 4. Sota la b hi ha una p. 5. A sota hi ha quelcom d'il-legible. 6. Sota la a es llegeix ei. 7. A sota es llegeix vel. 8. Sota la R hi ha una lletra il-legible.

## 1371

1080 agost 11

*Sendred Vidal, levita, permuta amb l'església de la Santa Creu i Santa Eulàlia de la Seu de Barcelona una peça de terra amb la vinya que hi ha plantada, situada al comtat de Barcelona, dins la parròquia de Santa Maria de Caldes, al lloc anomenat Palou, per una altra peça de terra.*

ACB, LA.III, n. 208, f. 78c. Rúbrica: "Sendredus clericus commutavit Sedi vineam apud Palaciolum, in Calles". Exterior verso: "n. 208" (Caresmar); "Anno Domini 1081" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus D; 8 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 142, n. 993.

*In Christi nomine. Ego Sendredus Vitalis, qui et levite, comutator sum ad domum Sancte Crucis Sancteque Eulalie Sedis Barchinone. Manifestum est enim quia commuto ad predicto domo unam petiam terre cum vinea qui ibidem est fundata, mea propria. Qui mihi advenit per mea comparatione sive per ullaque voces. Est namque prefata terra cum vinea in comitatu barchinonensi, infra parrochiam Sancte Marie Calidis, in loco vocitato Palatiolo. Et affrontat a parte orientis in vinea de Seniofredus Flavii, de meridie in ipsa via que pergit ubique, de occiduo et de circi in terra de iam dicto domo. Quantum iste affrontationes includunt, sic commuto ad predicto domo: iam dicta terra cum ipsa vinea ab integrum, cum exiis et regressiis suis, propter unam petiam terre quod ego inde accepi, sicut in mea cartula comutatione resonat. Prescripta quoque omnia, que ego commuto ad predicto domo, de meo iure in suo trado dominio et potestatem, ad suum plenissimum proprium. Quod si ego comutator aut alicuius homo sexus utriusque qui contra hanc comutationem venerit ad disrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam ad predicto domo supra scripta omnia in duplo cum omni sua melioratione. Et in antea hec comutatio maneat firma omni tempore.*

*Quod est acta III idus augusti, anno XXI regni Philippi regis.*

*Sss Sendredus Vitalis, qui et levite, qui hanc commutationem facio et manibus meis scripsi et testibus subterius scriptis firmare rogavi.*

*S+m Guislibertus Bonifilii. S+m Sendredus Sanlani.*

*S+m Mironis Guilelmo sss et die et anno quo supra.*

## 1372

1080 agost 24

*Guillem Bellit fa donació a la Canònica de la Santa Creu i de Santa Eulàlia de Barcelona de la seva part i del dret que té en tots els alous situats al comtat de Barcelona, de manera que els tinguin el seu fill Ramon Guillem, canonge de la Seu, i la seva muller Aissulina mentre visquin, amb el cens donador a la Canònica de la tasca, però quan ells morin retornarà a la Seu.*

ACB, LA.II, n. 342, f. 115a-b. Rúbrica: "Carta de alodiis in Provincialibus et in Palumbare". Interior recto: "n. 342" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1081" (s. xviii). Caplletra "P" ornamentada, tipus B: 9 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 142-143, n. 994.

*Pateat cunctis, tam presentibus quam futuris, quod ego Guilelmus Belliti feci cartam donationis Chanonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie barchinonensi de omnibus alodiis que emi in Provincialibus seu in parrochia Sancti Andree de Palumbario, in comitatu barchinonensi. Quam cartam dicunt esse deletam. Ideo ego prefatus Guilelmus item dono et auctorido prefate Canonice predicta alodia, que habeo in supra scriptis lo-<sup>b</sup>cis, que emi cum Eicelina, dilecta mea, ipsam meam partem et meum directum, totum ab integre, cum exiis et regressiis eorum, tali videlicet modo et ordine: ut Raimundus Guilelmi, filius meus, chanonicus prefate sedis, teneat predicta alodia cum supra scripta matre sua Eicelina in diebus vite sue, et donet inde ipsam tascham fideliter prelocute Chanonice. Quod si contigerit uni eorum in vita alterius mori, ille qui supervixerit alium totum alodium teneat et similiter donet ipsam tascham fideliter sepe dicte Chanonice. Post obitum vero utrorumque, revertantur predicta alodia in ius et dominium predictae Chanonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie cum omnibus auementationibus et meliorationibus, que ibi habuerint facte, sine ullius contrarietatis obstaculo. Si quis vero contra hanc donacionem seu recognitionem venerit ad inrumpendum, nil valeat, set componat predicta alodia in triplo in loco non minus valentem. Et insuper hoc maneat firmum per evum.*

*Quod est factum VIII kalendas septembris, anno XXI regni regis Philippi.*

*Sig+ Guilelmi Belliti, qui hanc donationem feci, punctis<sup>l</sup> firmavi et testes firmare rogavi.*

*Sig+ Bernardi Guifredi. Sig+num Arnaldus, prepositus Sancti Laurentii. Sig+ Petri Bernardi. Sig+ Radulfi. Sig+ Bernardi Sescofeti.*



Sig+ Deodati monachi, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Abreviatura supèrflua.*

### 1373

1080 novembre 14

*Publicació del testament de Raquel feta pel levita Dagbert i per Joan Dalmau, davant l'altar de Sant Pancraç màrtir de l'església de Santa Maria del Pi, en el qual destaquen, a més de diferents deixes de béns mobles a familiars directes, la donació a la Canònica [de Barcelona] d'una vinya. Encomana als seus marmessors, Guillem Bonuç, el sacerdot Sendred i el levita Dagobert, que venguin una altra vinya, situada al Clot, per tal de pagar la seva sepultura, entre altres despeses.*

ACB, LA.I, n. 141, f. 65d-66a. Rúbrica: "Testamentum Richellis in quo dimisit Canonice vineam suam". *Inter columnas verso*: "n. 141" (Caresmar). *Inter columnas recto*: "Anno Domini 1081" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 4 línies.

Regest: MAS, *Notes*, vol. X, p. 143, n. 995.

*Iuramus nos testes, his nominibus Dagbertus levita et Iohannis Dalmatii, per Deum, in substantia unum et in personis trinum, deinc per altare Sancti Pantgratii martiris, <sup>h</sup> quod cernitur esse constructum intra ecclesiam Sancte Marie virginis de ipso Pino, cuius ecclesia sita est prope civitatis Barchinone, ad partem occidentalem, quod etiam altare has condiciones baiulando manibus nostris contingimus, quia nos vidimus oculis et auribus audivimus tunc temporis quando Richellis femina iussit scribi et fieri suum testamentum et iniuncxit voluntatem suam manumissoribus suis, videlicet Guilelmus Bonucii et Sendredus sacerdoti et Dagbertus levita, qui et tutor, et precepit nobis testificari hanc suam ultimam voluntatem, quam ordinavit nobis videntibus et audientibus.*

*Primum namque dimisit ad ipsa Canonica ipsa vinea que complantavit patri suo de ipsa Canonica. Et iussit vendere ipsa vinea que habebat ad ipso Clot, et de ipso precio dare fecissent pro suo cimiterio mancosos II. Et dimisit ad Sendredus sacer mancosos II. Et alium que remansisset de ipso precio, dare fecissent pro anima sua. Et dimisit pro suo conret mancosos XII, que debebat ad illam Reimundus<sup>l</sup> Speraindeo. Et dimisit pro anima sua mancosos V, que debebat ad illam Guilelmus Gondeballus. Et ad sua tia Ag, tonna I. Et dimisit ad Guilelmus Bonucii cubo I. Et dimisit ad Guilelmus, fratre suo, mancosos II. Et fuisset Deus inter illam et illos. Hoc totum*

*ita precepit predicta testatrix, et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde discessit ab hoc seculo in mense anno XXI regni Philippi regis, immutata hac voluntate.*

*Quod est actum XVIII kalendas decembris, anno prescripto regni prephati regis.*

*S Dagbertus levita, s+ Iohannis Dalmatii, nos sumus huius rei testes et iuratores.*

*S+ Guilelmus Bonutio, Dagbertus levita, s+ Guilelmus sacer, s+ Guilelmus Mironis, s+ Petro clericus, s+ Reimundus Dominicus, nos qui presentes adfuimus.*

*S+ Remundi levite, qui et iudicis.*

*S+ Iohannis presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

*1. Abreviatura d'us utilitzada per a abreuçar un.*

## 1374

1080 desembre 10

*Mir i la seva muller El-liarda venen a Sendred i la seva muller Florença, i a Raimon i la seva muller Sessenanda un alou amb una peça de terra franca i la tercera part de les cases que van edificar primer, situat al Magadí, a la parròquia de Santa Maria de Moià (Bages), a l'Estanyol, i les cases a la parròquia de Sant Feliu de Rodors, pel preu de 8 sous de diners.*

*ACB, perg. 1-4-339. Original. Pergamí, 195 × 222 mm. Restaurat. Al verso: "Carta de Magadini ubi / stad Petrus Raimon" (s. XIII-XIV); "1080" (Mas). Caplletra "T": 17 mm.*

*In nomine Domini. Ego Mir et uxor mea Elliardis vinditores sumus tibi Sendre et <sup>β</sup> uxori tue Florenzia, emptores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus<sup>1</sup> vobis <sup>β</sup> pecia I de terra franca. Qui mihi advenit per parentorum sive per comparacionem ad me <sup>α</sup> Mir et ad me Elliards per meum decimum sive per qualicumque voce. Et nos supra dicti <sup>β</sup> Miro et uxori meę, vindimus ad predictum Sendredi et uxori suę et ad Raimundum <sup>β</sup> et uxori sue Sesnana, emptores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis alode <sup>γ</sup> nostrum francum pecia I, quod habemus in Magadino, simul cum ipsa terciam partem domos, <sup>β</sup> quos prius edificavimus, cum solos et superpositos, simul cum ipsa area, totum nostrum di-<sup>β</sup>rectum, cum exiis et regresiis earum. Est autem<sup>2</sup> supra dicta pecia<sup>3</sup> terre in parrochia de <sup>α0</sup> Sancta Maria Modeliano, prope ipso Estanol.*

*Affrontat autem ipsam pecieam<sup>4</sup> terre a par-<sup>1</sup>te orientis in terra de nos vinditores, de meridie in terra de nos emptores, (in)<sup>5</sup> <sup>1</sup>/<sub>2</sub> et de occiduo in strata publica, de circii in terra de Guilelm Sinfre vel de suos <sup>1</sup>/<sub>3</sub> eredes. De domos et de aliam peciam terre affrontat de orient in font Espinalbosa, <sup>1</sup>/<sub>4</sub> de meridie in alod de Benedente, de occiduo in Kaiola, de circii in alod <sup>1</sup>/<sub>5</sub> de Nevolem. Est autem predictam peciam terre cum domos in parrochia Sancti Felicis de Rosdor\i/s. <sup>1</sup>/<sub>6</sub> Quantum isti termini vel affrontaciones includunt, sic vindimus vobis: totum ab <sup>1</sup>/<sub>7</sub> integrum, cum exiis et regresiis earum, propter precium<sup>6</sup> solidos VIII denariorum. Et nichil exin-<sup>1</sup>/<sub>8</sub>de non remansit. Est manifestum. Quem vero predicta omnia de nostro iure in vestrum tradi-<sup>1</sup>/<sub>9</sub>mus dominium et potestatem, ad faciendum quecumque volueritis. Quod si nos vindito-<sup>1</sup>/<sub>0</sub>res aut ullus omo qui contra istam cartam vene(ne)rimus<sup>7</sup> aut venerit ad inrumpen-<sup>1</sup>/<sub>1</sub>dum, non hoc valeat vindicare, sed componamus aut componat vobis in duplo <sup>1</sup>/<sub>2</sub> cum omne sua imelioracione. Et in antea ista vindicio firma persistat modo <sup>1</sup>/<sub>3</sub> vel omnique tempore.*

*Actum est hoc IIII idus decembris, anno XXI regnante Fhyli-<sup>1</sup>/<sub>4</sub>pi regis.*

*Sig+num Mir, qui ista vindicione fecimus, et Elliards, et firma-<sup>1</sup>/<sub>5</sub>vimus firmarique rogavimus.*

*Sig+num Elliards. Sig+num Remon. Sig+num <sup>1</sup>/<sub>6</sub> Suniarii. Sig+num Poncii.*

*<sup>1</sup>/<sub>7</sub> Bernardus sacer, qui hoc scripsit ss et sub in prefato die vel anno quod <sup>1</sup>/<sub>8</sub> supra.*

1. Sota vindicionis. 2. Sota la u hi ha una n. 3. Abreviatura supèrflua. 4. Per peciam. 5. Mig esborrat. 6. La p porta senyal d'abreviació de pro mig esborrat. 7. ne repetit i raspas.

## 1375

1080 desembre 11

*El vescomte Ramon i la seva esposa Ermessenda donen a Gombau Joan i la seva muller Ledgarda, als cònjuges Ramon Guilem i Sicarda, i als esposos Erimbau Ramon i Ermessenda, l'alou de la Roca anomenada Sant Llorenç amb la seva quadra, situat al comtat de Manresa, al terme de Maldà (Urgell), excepte la meitat de la dècima, que es retenen amb la condició que ells i els seus successors no reconeixin altres senyors que els vescomtes.*

ACB, perg. 1-4-349. Original. Pergamí, 302 × 253 mm. Aquest pergamí presenta diferents taques a la part superior, que dificulten la lectura de diverses ratlles. Al verso: "Videtur in ut hoc instrumentum sit del quadra"; "[Carta v Reim?]" (s. XIII-XIV); "nº 139" (s. XVIII?); "1080" (Mas). Caplletra "I" ornamentada: 68 mm.

LA. a. Raimundus. b. alve. c. affrontationes. d. Philippi.

## 1389

1081 novembre 8

Miró Guillem fa donació a Ermessenda, parenta seva, d'unes cases situades al burg de la ciutat de Barcelona, als Arcs, prop del Cogoll.

ACB, LA.I, n. 388, f. 149b-c. Rúbrica: "Donatio domorum et aliarum rerum apud Archus, prope Cucullum". Inter columnas recto: "n. 388" (Caresmar). Exterior recto:

"CCCXL[VIII]" (s. XIII-XIV). Exterior verso: "Anno Domini 1082" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus G: 7 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 147, n. 1005.

*In nomine Domini. Ego Mironi Guilelmi, presbiter, donator sum tibi Ermesindis femina, consanguinea mea. Per hanc scripturam donationis mee dono tibi, propter Deum et remedium anime <me>e, ipsas meas chasas et chasalos cum curtes, cum ipsa buadela et puteo et ianuas et ostios et cum omnia ad ipsos domos pertinentibus. Quod habeo in burgo civitatis Barchinone, ad ipsos Archos, iuxta ipso Cucullo. Et est<sup>1</sup> hec omnia meum proprium. Advenit mihi per donationem quam exinde fecit mihi sive per laxationem in suo testamento Maier, meus nepus. Affrontat namque predicta omnia a parte orientis in ipsa androna de ipso Cucullo et in orto et in chasas de Mironi Guilelmi et uxor sua Ermeniardis, a meridie in ipso calle qui vadit ad iam dictam civitatem vel ubique, ab occiduo in iam dicto calle et in domos de Guitardo et ipsa gutta, a circii in orto de iam dicto Guitardo et in ipso Cucullo. Quantum iste affrontationes includunt, sic dono tibi: iam dicta omnia, toto ab integre, simul cum exiis et regressiis earum, ad tuum plenissimum proprium, propter Deum et anime mee remedium, libera in Dei nomine abeas plenam potestatem. Quod si ego donator aut / aliquis homo utriusque sexus qui contra hanc ista donatione venero aut venerit ad inrumpendum, nil valeat, set compono aut componat tibi omnia in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista donatione firma et stabilis permaneat omnique tempore.*

*Facta ista donacione VI idus novembris, anno XXII regni Philippi regis.*

*S+ Miro presbiter, prolis Guilelmi, ego qui ista donacione feci, firmavi et testibus eam firmare rogavi.*

*S+ Amatus Seniofredus. S+ Adalbertus Donnucii. S+ Compannus Guitardi. S+ Arnallus Mironi. S+ Dominicus Luneso.*

*S+ Petrus sacer, qui hec scripsit cum litteras supra positas in verso XI, die et anno quo supra.*

1. Sota la e hi ha una ratlla vertical.

## 1390

1081 novembre 20

*Testament del sacerdot Otger en el qual nomena almoiners Company Ató, Martí Baró i Bernat Otger, fill seu, i distribueix els seus béns,*



*mobles i immobles, entre la seva muller Bonadona, els seus fills Bernat, Esteve, Adelaida i Goltregod i la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia de Barcelona.*

ACB, LA.II, n. 446, f. 155a-b. Rúbrica: "Testamentum Odgerii presbiteri, qui dimisit Sedi alodium multum in Vales et in Maritimo post obitum filiorum suorum". *Supra columna a*: "n. 446" (Caresmar). *Exterior recto*: "Anno Domini 1082" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada amb entrelleços i motius animals: 28 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 147, n. 1006.

*In nomine Domini. Ego Odegarius sacerdos iaceo in egritudine, spero in misericordia Dei, timeo ne subito veniat casu mortis mee et sic dico pro anime mee. Et ideo iubeo atque discerno ut fiant helemosinariis meis, id est, Compani Atto et Martinus Baroni et Bernardus Odegarius, filio meo. Precor vos, amicis meis, ut, si mors mihi advenerit antequam alium testamentum faciam, licenciam abeat de ipsum meum avere, mobile vel immobile, apprehendere, distribuere, donare pro anima mea, sicut ego vobis iniungo per meum verbum vel testamentum.*

*In primis concedo ut fiant persolutos ipsos debitos in comune. Et post debitos persolutos, concedo ipsa mea tercia parte de meum avere pro anima mea, tam de pane et vino quam de bestias maiores vel minores, tam de vetere quam de novo. Et concedo a Domino Deo et Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie mancosos XIII, et ad Ermengaudus presbiter mancosos II, et Amatus presbiter alium mancosos, et ad Oliba presbiter alium. Et concedo ad filia mea Goltregod petia I de terra que est ad ipsa femada de Cunilia, et alia petia que est ad ipso Planar, et capras V. Et concedo ad Bernard, filio meo, ipso meo manso de ipso Pugio cum suis pertinenciis per me [espai en blanc: ±8]. Et alium alodium qui remanet, tam terris quam vineis, cultis et ermis, pronis et planis, cum casis et curtis et trileis et ortis et aqua ad rigandum, totum concedo ad Bonadonna femina in diebus suis, ut teneat et possideat cum suos infantes qui sunt creatos de me et illa, sine blandimentum de ullius hominis vel feminis, et non abeat virum. Et concedo ipso meo alodio qui est in Vallense, in Canalilies, qui est tenente cum alodium de Bernard Ermengaudi, similiter in supra dicto convento. Et concedo ad filia mea tonna I et asino I et ipsa tercia parte de capris <sup>h</sup> et ovis, ad iam dicta filia Adalet, exceptus capras V quod iam abeo dimissas ad filia mea Goltregod. Et alia vascula, maiore vel minore, cum alium avere qui remanet, totum dimito ad predicta Bonadonna et ad filios suos, nomine predictus Bernardus et Estefanus. Et si meis infantes mortui fuerint totis ante infantes de legitimo coniungio, ipsum meum*

*predictum alodium remaneat ad Canonicam Sancte Crucis Sancte-que Eulalie.*

*Facto testamento XII kalendas decembris, anno XXII regni regis Philippi.*

*Sig+m Odegarius presbiter, qui istum testamentum scribere iussit et firmavit et testibus firmari rogavit.*

*Sig+m Bernardus Orutius. Sig+m Petrus Stephanus. Sig+m Arnalli Berengarii. Sig+m Bernardus Sendredi.*

*Ermengaudus presbiter scripsit cum litteras supra positas et fusas et emendatas in diversis locis sub die et anno quo supra sss.*

### 1391

1081 novembre 30

*Mir Segfred, la seva dona Ermengarda, Artau Dalmau, la seva muller Bonafilla, Oliba Adroer, la seva esposa Ermessenda i Bernat Ermemir venen a Ramon Adroer i la seva dona Raquel una heretat composta de cases, terres i vinyes, situades al comtat de Barcelona, al terme d'Eramprunyà, al lloc de la Costa, prop de l'Areny, pel preu de 18 mancusos.*

*ACB, perg. 3-19-9. Traslat. Pergamí, 172 × 215 mm. Al verso: "Rectoria Sancti Clementis. Vinea Capitulo Ecclesie Barchinone" (s. xvii); "Cubiculum II. In stancia XVIII. n. 9" (Caresmar); "64" (F-B). A uns 20 mm del marge esquerre s'inicia un esquinç de 76 mm que es va esbiaixant fins arribar als 34 mm. Caplletra "H": 16 mm.*

*Hoc est translatum fideliter factum quod ita se continet.*

*In nomine Domini. Ego Mir Seigfreti et uxori mea Ermengardis femina, et Artal<sup>l</sup> Dalmat et uxor mea Bonafilia femina, et Oliba Adrover et uxor mea Ermesen femina, et Bernard Ermamir, nos simul in unum, vin-<sup>l</sup>ditores sumus vobis Remon Adrover et uxori tua Richel femina, emptores. Per hanc scriptura vinditionis nostre vindimus nos<sup>l</sup> vobis casas cum solos et superpositos, ostias et ganuas et foveas et casalibus, teras et vineas, cultu et eremum, petris et caricis cum<sup>l</sup> genere arboribus qui infra sunt, ec omnia nostrum proprium. Qui michi advenit nobis per genitorum nostrorum et per nostra hereditate, si-<sup>l</sup>cut per omnesque voces. Et est ipsa vinditione in comitatu Barchinona, infra termine Erapruniani, in locum que vocitant<sup>l</sup> ad ipsa Costa, prope ipso Areng. Affrontat ista ec omnia a parte orientis in ipso torrente qui escuriit per tempus<sup>l</sup> pluviarum sive in alaude de Mir<sup>l</sup> Bardina, a meridie in pug Agilar, et de occiduo*

*in aloude de Quadamir Bunucia /<sup>9</sup> et fratri suo Remon Bunuci, a parte circi in ipso Areng. Quantum infra istas IIII<sup>or</sup> afrontationes /<sup>10</sup> includunt<sup>2</sup> et istis terminis ambiunt, sic vindimus nos vobis: ista ec omnia iam dicta, que est supra scripta, totum ab inte-/<sup>11</sup>gre, ipsas nostras voces quod ibi habemus et iam habere debemus, cum exiis et regressiis earum, in propter precium mancosos XVIII, li-/<sup>12</sup>bera in Dei nomine potestatem abeatis, ad vestrum proprium, ad omnia que volueritis facere. Quod si ego nos vinditores aut ullusque /<sup>13</sup> omo aut femina qui contra ista carta vinditionem venerit aut inrumpendum, non oc valeat vindicare, set componat aut /<sup>14</sup> componam vobis in duplo cum omnem suam immelioratione. Et in antea ista carta venditione firma, stabilis permaneant /<sup>15</sup> modo vel omni tempore.*

*Facta ista carta venditione II kalendas decembris, anno XXII regni Filipi regis.*

*S+num Mir, /<sup>16</sup> si+um Ermengardis, s+num Artal, s+num Bonafilia s+num Oliba, s+num Ermesens, s+num Ber-/<sup>17</sup>nard, nos qui ista carta vinditione fecimus scribere, firmavimus et firmare rogavimus.*

*S+ Domenec Bonefilii. /<sup>18</sup> S+num Bernard Rosel. S+num Bernard Mir. /<sup>19</sup>*

*Ss Reimundus prebiter, qui escriptsit die et anno quod supra.*

*\*S+num Guillelmi, presbiteri Sancti Michaelis\*, /<sup>20</sup> \*sig+num magistri Guillelmi, presbiteri\*, sig+num Paschalis presbiteri, nos qui huic translato presentes adfuimus. /<sup>21</sup>*

*Sig+ Pax, qui hoc scripsit translatum cum literis emendatis in linea X<sup>a</sup>, mense marcii, anno MCCII.*

1. *Lectura dubtosa.* 2. *La l sobreposada a r i de traç més llarg, per sota de la caixa.*

## 1392

1082 gener 2

*Ramon Amat, de Sant Quirze, ven a Ponç Guillem, clergue de la Seu de Barcelona, un alou que comprà a Ramon Guillem, germà del comprador, situat al comtat de Barcelona, al terme de Terrassa, al lloc que anomenen Gaia, a la parròquia de Sant Pere d'Ègara, pel preu de 30 unces d'or en moneda de Barcelona.*

ACB, perg. 1-2-1394. Original. Pergamí, 245 × 324 mm. Al verso: "Gaia" (s. xi); "Scripta" (s. xiii); "Num... 1130" (s. xvii); "Mitja Escala, Armari 3, n. 1304" (Caresmar); "Antiquit. III 369" (Mas); "1082" (F-B). Caplletra "I" que ocupa 4 ratlles.

ACB, LA.III, n. 369, f. 141c-142a. Rúbrica: "R. Amati Sancti Quirici vendidit domos, terras, vineas, molendina in Terracia". *Inter columnas verso*: "n. 369" (Caresmar). Caplletra "T" que ocupa 18 ratlles.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 147-148, n. 1007.

*In Dei nomine. Ego Remundus<sup>a</sup> Amati, de Sancto Quirico, venditor sum tibi Pontio Guilelmi, sancte sedis barchinonensis clerico, emptore. Per hanc <sup>⁹</sup> scripturam istius mee vinditionis sit etiam manifestum quia vendo tibi alaudem meum proprium et franchum, \quod emi de Remundo Guilelmi, tuo fratre,/ cum domibus et solis <sup>⁸</sup> et suprapositis atque ianuis, sive cum omnibus rebus ad predictas domos pertinentibus, vineas quoque, pronum et planum, cultum <sup>⁴</sup> sive incultum, cum arboribus diversis generis, pratis<sup>1-b</sup> quoque et pascuis sive aquis et molendinis cum eorum caput regos <sup>⁵</sup> et sub-tus regos sive vieductibus aquarum vel reductibus. Et hoc totum, quod ad predicta omnia pertinent vel pertinere debent, <sup>⁶</sup> totum integriter, cum eorum exitibus et regressibus, sic vendo tibi: ad tuum plenissimum proprium, sicuti humano ore melius <sup>⁷</sup> potest dici vel nominari. Predicta vero omnia sunt in comitatu barchinonensi, in terminio de Terratia,<sup>c</sup> in loco qui nuncu-<sup>⁸</sup>patur Gaiano, in parroecchia<sup>d</sup> Sancti Petri de Egera. Advenerunt autem mihi<sup>e</sup> per comparisonem sive quocunque<sup>f</sup> alio modo vel voce. <sup>⁹</sup> Omnia vero, que superius sunt comprehensa, cum omnibus quatuor<sup>g</sup> eorum<sup>h</sup> affrontacionibus<sup>i</sup> sive terminis, que ad predicta alodia <sup>10</sup> pertinent sive pertinere debent quocumque modo, pariterque cum omnibus directis sive vocibus, quas Remundus Guilelmi vendidit mihi, <sup>11</sup> que quocumque modo paterna voce vel fraterna ei advenerunt \vel sua adquisicione,/ totum<sup>k</sup> integriter, sic vendo tibi: sine ulla reservatione, et de meo iure in tuum <sup>12</sup> trado dominium et potestatem ad faciendum quodcumque volueris sicuti de tuo plenissimo proprio. Dedisti mihi in pretio et per pretium<sup>l</sup> triginta untias<sup>m</sup> <sup>13</sup> auri monete Barchinone, qui hodie currit, quas ego manibus meis recepi et<sup>2</sup> abui.<sup>n</sup> Hanc vero scripturam istius mee venditionis, <sup>14</sup> si ego predictus Remundus Amati voluero eam disrumpere sive utriusque sexus qualiscunque<sup>o</sup> homo \voluerit/, componam ego sive componat tibi <sup>15</sup> predicto Pontio<sup>p</sup> predicta omnia in duplum cum omni eorum melioratione. Et postmodum hoc maneat firmum omni tempore.*

*Signum Remundus<sup>q</sup> Amati sss, qui hanc scripturam venditionis firmavi et testibus firmari eam<sup>r</sup> iussi.*

*<sup>16</sup> Actum est hoc IIII nonas ianerii, anno XXII regni regis Philipi.<sup>s</sup>*

*S+m Remundus<sup>t</sup> Mager. S+ Guilelmi Bernardi. <sup>/7</sup> S+ Berengarii subdi<a>choni,<sup>u</sup> qui et caputscole. S+ Petri presbiteri. S+m Guilelmi<sup>v</sup> subdiaconi.<sup>w</sup> <sup>/8</sup> S+ Mironis Donucii.<sup>x</sup>*

*<sup>/9</sup> S+ Iohannis Remundi,<sup>y</sup> qui hoc scripsit cum literis supra positis in linea II et in XI et in XIII, die et anno quo supra.*

1. *Sota la i hi ha una o.* 2. *A sota es llegeix vel.*

LA. a. Raimundus. b. pratos. c. Terracia. d. parrochia. e. michi. f. quocumque. g. III<sup>or</sup>. h. quatuor eorum, eorum III<sup>or</sup> a la còpia. i. affrontationibus. j. adquisiti/one. k. *Segueix ad expuntuat.* l. precium. m. uncias. n. habui. o. qualiscumque. p. Poncio. q. Ramundus. r. eam firmari a la còpia. s. Philippi. t. Raimundus. u. subdiaconi. v. Gielmi. w. subdiaconi. x. Donuti. y. Raimundi.

### 1393

1082 gener 9

*Ramon Domnuç i Berenguer Domnuç, germans, fan donació a favor de l'hospital de la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia de Barcelona d'una vinya situada al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu de Palomar.*

ACB, LA.I, n. 759, f. 284d-285a. Rúbrica: "Raimundus et Berengarius Dunucii dederunt ospitali vineam in Palumbare". *Inter columnas verso*: "n. 759" (Caresmar). Caplletra I ornamentada, tipus B: 16 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 148, n. 1008.

*In Christi nomine. Nos fratres Reimundus Donucii et Berengarius Donucii, uterque, donatores sumus Domino Deo et ospitali Sancte Crucis Sancteque Eulalie et canonicorum eius. Manifestum sit cunctis qualiter nos ambo fratres donamus Deo et predicto ospitali vineam nostram propriam, cum ipsa terra in qua est fundata, ipsum nostrum directum. Est namque ipsa vinea in territorio Barchinone, infra parrochiam Sancti Andree de Palumbario. Advenit namque nobis iam supra dictam vineam per vocem parentum meorum vel per alias quascumque voces. Terminatur autem ipsa vinea a parte orientis in vinea Sancte Crucis quas tenet Poncius Geralli, a meridie terminatur in vineas Sancti Petri Puellarum, terminatur autem ab occiduo in terra Sancti Andree, a circio in vineam Bonefilie femine. Quantum iste affrontationes includunt, sic donamus nos Domino Deo et predicto ospitali: ipsam vineam iam dictam, omnes nostras voces, quod ibi habemus, et de nostro iure in dominium et potestatem de ipsis canonicis, qui modo serviunt et servituri sunt, propter Deum et remedium animarum parentum nostrorum et*

*nostras tradimus, ut faciant exinde sicuti et de aliis munificenciis de ipso hospitali faciunt. Quod si nos donatores aut aliquid homo sexus utriusque contra hanc donationem venerimus /<sup>a</sup> aut venerit ad inrumpendum, nil valeamus aut valeat, sed componamus aut componat iam dictam donationem in triplum. Et postmodum hoc maneat firmum omne per evum.*

*Quod est actum V idus ianuarii, anno XXII regni regis Philippi.*

*Sss Remun Donucii. S+ Berengarius Donucii. S+ Vivas Bonucii. S+ Guilielmus Arnalli.*

*S+ Arnallus Berengarii, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

### 1394

1082 gener 18

*Guillem Bonfill i la seva muller Ermessenda fan definició a Guillem Bellit després d'un judici per resoldre les desavinences, dels drets sobre alous i altres béns que Guillem Bellit va comprar a Olovava, que fou muller d'en Pere Ermemir i la mare d'Ermessenda.*

ACB, perg. 1-1-2238. Original. Pergami, 162 × 325 mm. Al verso: "Carta definicionis"; "XX" (s. XIII-XIV); "Num... 2238" (s. XVIII); "Liber II Antiquitatum n. 349 / Diversorum A 2238" (Mas). Caplletra "I": 31 mm.

ACB, LA.II, n. 349, f. 117d-118a. Còpia de mitjan segle XIII. Encapçalament de foli: "Provencials". Rúbrica: "Diffinit Guilelmus Bofil Guilelmo Bellito / alodia et multa alia". Inter columnas verso: "n. 349" (Caresmar). Interior verso: "XX" (s. XIII-XIV). Inter columnas recto: "Anno Domini / 1082" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 6 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 148, n. 1009.

*In Christi nomine. Hec est scriptura definicionis<sup>a</sup> hac securitatis, per quam ego Guilielmus<sup>b</sup> Bonefilii et uxor<sup>c</sup> mea Ermesindis facimus tibi Guilielmo<sup>d</sup> /<sup>e</sup> Belliti definicionem<sup>e</sup> et securitatem. Verum est satis et multis cognitum quia ego supra dictus Guilielmus<sup>f</sup> et uxor<sup>g</sup> mea prenominata diu habuimus /<sup>h</sup> tecum altercationem ex alodiis, scilicet, terris et vineis hac<sup>h</sup> domibus, quod preclamabus tibi iam dicto Guilielmo<sup>i</sup> multotiens<sup>j</sup> in iudicio. Unde ad-<sup>k</sup>venerunt inter nos pacifici viri deducentes nos ad finem, ut iurgia et lites inter nos omnino sopirentur. Nos vero, iam dictus<sup>l</sup> Guilielmus<sup>k</sup> et uxor<sup>l</sup> mea Ermesin-<sup>m</sup>dis iam dicta, ab odierno die et deinceps per hanc scripturam definicionis<sup>m</sup> hac<sup>n</sup> securitatis definimus omnes voces et directos, quos et quas proclama-<sup>o</sup>bamus in alodiis, tam terris quam vineis et domibus, que tu iam dictus Guilielmus<sup>o</sup> emisti ex Olovava*

femina, uxor<sup>p</sup> que fuit Petri Ermemi-/ri, que est mater mea de me iam dicta Ermesindi, ut securus et quietus tu, iam dictus Guilielmus,<sup>q</sup> ab hac proclamacione<sup>r</sup> abearis et incon-<sup>β</sup>vulsibiliter tuo iuri retineas omne per evum. Et si quis nostram hanc definicionem<sup>s</sup> et securitatem, quam non choacti sed<sup>t</sup> sponte vobis facimus et li-<sup>θ</sup>benter firmamus, in toto aut in aliquo infringere temptaverit, in duplo vobis componat. Et insuper hanc definicione<sup>u</sup> firma perenniter<sup>v</sup> /<sup>10</sup> permaneat.

Que est acta XV kalendas febroarii, anno XXII franch/orum<sup>w</sup> regis Philippy.<sup>x</sup>

S+ Guilielmi<sup>y</sup> Benefilii, s+ Erme-<sup>11</sup>sindis, nos qui sereno vultu hac<sup>z</sup> animo hanc definicionem scribere iussimus et propriis manibus firmamus et alios testes firmare eam rogavi/mus<sup>2</sup>.

/<sup>12</sup> S+ Ermengaudus Guilielmi.<sup>aa</sup> S+ Petroni de Castela. S+ Ermengaudus Petri. S+ Bernardus Seniofredus. /<sup>13</sup> S+ Reimundus Seniofredus. S+ Remundus Berard. S+ Ermesindis femina. /<sup>14</sup> \*Guilielmus<sup>ab</sup> Guifredi ss\*. \*Bernardus Guilelmi ss\*. \*Ego Bermundus<sup>ac</sup> iudex hec confirmo ss\*.

/<sup>15</sup> S+ Iohannis presbiteri, qui hoc<sup>3</sup> scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

1. Sota la u hi ha una o. 2. Hi ha un senyal que indica on s'ha d'inserir al text. 3. Sota la o hi ha una c o una e.

LA. a. definitionis. b. Guilelmus. c. uxor. d. Guilelmo. e. definitionem. f. Guilelmus. g. uxor. h. ac. i. Guilelmo. j. Sota la segona t hi ha una c. k. Guilelmus. l. uxor. m. definitionis. n. ac. o. Guilelmus. p. uxor. q. Guilelmus. r. proclamacione. s. definitionem. t. set. u. definitione. v. perhenniter. w. francorum. x. Philippi. y. Guilelmi. z. ac. aa. Guilelmi. ab. Guilelmus. ac. Bermudus.

## 1395

1082 febrer 1

*Pere Mir de Banyeres i la seva muller Guisla fan una convinença amb Ponç Guillem sobre el castell de Banyeres del Penedès (Baix Penedès).*

ACB, perg. 3-38-13 (a). Còpia de 13 de juny de 1189. Pergamí, 160 × 206 mm. Al verso: "Conveniencia"; "Banyeres"; "CCCXXXV" (s. XIII-XIV); "22" (s. XVI-XVII); "Prepositura Novembre, Stancia 38, nº 13 (a)" (1936-1939). Caplletra "H" ornamentada: 11 mm.

*Hec est convenientia que est facta inter Petro Mironis de Bagneres et uxor sua, nomine Guilia, et Poncii Guilelmi. /<sup>2</sup> Primum*

namque convenit iam dictus Poncii predictus Petrus et ad uxor sua Guilia quod fiat suus homo <sup>β</sup> solidus, sicut debet esse de suo meliore seniore, et faciat eis cavalcatas et placitos et cortes et sequios, <sup>⁴</sup> infra terra et foras terra, et adiutorios<sup>1</sup> contra cunctos homines et feminas sine illorum engan de iam dicto Petro <sup>⁵</sup> et uxor sua Guilia et de filiis suis et filias. Et hanc convenientia fecit iam dictus Poncius ad predicto Petro <sup>⁶</sup> et predicta Guilia propter kastrum Bagneres, quod iam dictus Petrus et predicta Guilia comandant ipso castro <sup>⁷</sup> de Bagneres et ipsas fortedas, qui in terminis eius sunt. Et comandant<sup>2</sup> eis ipsum castellanum propter illorum <sup>⁸</sup> fidelitatem salva et de illorum infantes sine engan. Et si ipsum castellanum mutaverint, apud consi-<sup>⁹</sup>lium de predicto Poncii faciant. Et si predictus<sup>3</sup> Petrus et predicta Guilia aprehenderint, avere habeat pre-<sup>⁰</sup>dictus Poncius ipsam terciam partem. Et ipsum castellanum qui tenuerit ipsum castrum Bagneres, faciat ei <sup>¹¹</sup> predicto Poncio cavalcatas et placitos et cortes et sequios, exceptus Petro Mironis iam dicti et predicta <sup>¹²</sup> Guilia non perdant illorum servitium. Et ipsum castellanum donet potestates ad predicto Poncii de predictum <sup>¹³</sup> castrum Bagneres, quantasque vices illi adquisierit. Et ego Petrus et Guilia donamus tibi Poncii <sup>¹⁴</sup> Guilelmi ipsum mandamentum et dstrictum et terciam partem de ipsos placitos de Bagneres et de ipsas <sup>¹⁵</sup> causas lexivas et de redemptione de ipsas hostes, unde ego Petrus habeo, et parellatas duas de terra, <sup>¹⁶</sup> una qui est a Sancti Laurentii et alia qui est ad ipso Guaneg. Et ipsa vinea qui est ad ipsa Parata, et alios <sup>¹⁷</sup> fevos qui ad ipsum castellanum pertinent, habeat ei ipsum castellanum per Poncii Guilelmi, sicut ipsum castellum et sicut <sup>¹⁸</sup> superius scriptum est. Si o tenga Poncii Guilelm ad predictus Petrus et \o/ atenda sine engan ad ipsos aut <sup>¹⁹</sup> ipsas cui ego Petrus dubitaverit.

Hactum est hoc kalendas februarii, anno XXII regnante rege <sup>²⁰</sup> Filipo.

Et in presencia Guilelmus Bernardi et Lupisancius Azalberti et Berengarius Conam<sup>4</sup> et Archimballus <sup>²¹</sup> Isarni<sup>5</sup> et Berengarius Bernardi.

S+ Petro Mironis. S+m Guilia femina. S+m Guilelmus Bernardi<sup>²²</sup>di. S+m Lupisancius Azalberti. S+m Berengarius Conam. S+m Archimballus Ysarni. S+m Beren-<sup>²³</sup>garius Bernardi. \*S+ Ponci levite\*.

S+ Vivas levite, qui ista convenientia scripsit die <sup>²⁴</sup> et anno quod supra.



*Facto hoc translato idus iunii, anno Incarnationis Domini M C LXXX VIII.*

*℞<sup>5</sup> Sig+num Guilelmi de Bagnariis. Sig+num Raimundi de Caldario. Sig+num Bernardi clerici. Sig+num /Guilelmi Compani\.*

*℞<sup>6</sup> Guilelmus presbiter, qui hoc translatum scripsit die et anno quo sss supra.*

1. Sota la s hi ha una r. 2. Sota la primera a hi ha una e. 3. Sota la u hi ha una o. 4. Sota la c hi ha una s. 5. Sota la a hi ha una r.

### 1396

1082 març 8

*Umbert, bisbe de la Seu de Barcelona, dóna a Joan Duran i a la seva muller Bonadona unes terres i horts situats al suburbi de Barcelona, al costat de l'església de Santa Maria del Mar, a cens de 4 mancusos d'octava que s'han de pagar el dia de Sant Andreu.*

ACB, LA.I, n. 347, f. 135b-c. Rúbrica: "Stabilimentum de terra que est prope ecclesiam Sancte Marie Maris". *Inter columnas recto*: "n. 347" (Caresmar). *Exterior verso*: "Anno Domini 1082". Caplletra "I" ornamentada, tipus H: 10 línies.

Regest: *MAs, Notes*, vol. X, p. 148-149, n. 1010.

*In nomine Domini. Ego Umbertus, gratia Dei sancte sedis Barchinone pontifex, et omnis clericorum cetus prenominate sedis, de bono animo promptamque voluntate, donatores sumus pariter tibi Iohanes Durandi et uxori tue Bonedomne femine tueque proieniei atque posteritati. Sit etiam manifestum quia per hanc scripturam istius nostre donationis damus vobis terra[m iur]is nostre Canonice ad faciendum ortos [vel] faciendum domos. Predicta vero terra est in suburbio Barchinona, iuxta ecclesiam / Sancta Marie, que est sita in littore maris. Advenit quoque nobis donatoribus per vocem nostre predicte ecclesie Canonice vel quocumque alio modo vel ordine. Habet autem affrontaciones prenominate terra ab oriente in orto et in pariete domorum nostrorum, quam tenebat Adalbertus Seniofredi, qui est quondam, per nos, et habet dextros VIII; a meridie in orto nostro, quia tenet Ermeniardis, uxor Arnalli Bernardi, per nos et<sup>l</sup> habet dextros XI<sup>m</sup> et palmos IIII; ab occiduo in orto Poncii Recosindi, qui est condam, sive predicte Ermeniardi, que olim fuit uxor prescripti Poncii, et habet dextros IX et palmos V et medium; a circii in orto Durandi Blandrici et habet dextros IX. Quantum prenominati termini terminant atque concludunt, sic damus tibi Iohanes Durandi et uxori tue Bonedomne femine et proieniei atque*

*posteritati vestre: integriter predictam terram ad faciendum ortos vel faciendum domos, similiter, cum ingresibus suis atque regressibus, in tali modo et conveniencia: ut non sit vobis licitum alium seniore sive senioraticum facere aut proclamare, nisi nos aut successores nostros, propter predictam terram. Et si vobis necessitas evenierit vendendi vel inalienandi, hoc facietis ad homines vestri consimiles, qui simiter donent nobis vel successoribus nostris in unoquoque anno subterius censum scriptum et non ulli principi vel militi. Propter hoc quoque accepimus precium de te Iohanes et uxori tue Bone-domne, emptoribus, uncias de bono auro monete Barchinona. Quod nos manibus nostris accepimus et vos nobis dedisti integriter. Dabitur quoque nobis vel successoribus nostris per unumquemque annum ad festivitatem Sancti Andree apostoli, mancuso IIII de octava, pensatos unum ad unum, de argente in argenteo monete Barchinone. Quisquis autem ex utraque parte, tam videlicet donatorum quam acceptorum, hoc infringere vel dirumpere temptaverit, aut si aliquis utriusque sexus homo facere voluerit, componat in vinculo alteri predicta omnia in triplum. Et postmodum hoc maneat semper firmum.*

*Actum est hoc VIII idus marcii, anno XXII regni Philippi regis.*

*Umbertus episcopus +. S+ Poncii sacricustos. Guilelmus levite. S+ Mironis sacerdotis.*

1. *El text que segueix, fins a Poncii et, escrit al marge exterior.*

**1397**

1082 març 9

*Miró Guillem i la seva muller Ermengarda venen al clergue Bernat Ermengol una terra amb hort amb els arbres que hi ha, situada al burg de la ciutat de Barcelona, al carrer que va vers Santa Maria del Mar, pel preu de dos quintars i mig de bona cera.*

*ACB, LA.I, n. 85, f. 41c-d. Sense rúbrica. Exterior verso: "n. 85" (Caresmar). Interior verso: "Anno Domini 108 " (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus I: 8 línies.*

*In nomine Domini. Ego Mironis Guilelmi et uxori mea Ermenyardis femina venditores sumus tibi Bernardus Ermengaudi clerici, emptori. Per hanc quippe scripturam venditionis nostre sic vendimus tibi terra, orto cum arboribus qui infra sunt et parietes. Et est hec omnia in burgo civitatis Barchinone, in via qui vadit ad Sancta Maria de Mare. Et advenit nobis prefata omnia per nostra comparatione et per decimum et per omnesque voces. Et affrontat prefata omnia de parte aquilonis in orto de Bonavita ebreo, de circi*

*in mansione de nos venditores et in pariete ipsa medietate, de meridie in calle publico qui vadit ad Sancta Maria, de occiduo in orto de Bonavita ebreo. Quantum istas afrontationes includunt, sic vendimus tibi: prescripta omnia ab integre, simul cum <sup>1</sup> ingressibus et exitibus suis, propter precium chintaros II et medio de bona cera legitime pensata. Quos tu emptor precium nobis dedistis et nos venditores manibus nostris recepimus. Nichilque ex predicto precio apud te emptore non remansit. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia, que nos tibi vendimus, de nostrum iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ut facias exinde quodcumque velitis facere, ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra ista carta venditione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aut nos componamus tibi prefata omnia in duplum cum sua melioratione. Et in antea ista carta venditio firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc VII idus marcii, anno XXII regni Philippi regis.*

*S+ Mir, s+ Ermeniardis femina, nos qui ista carta venditione fieri iussimus, firmamus et testes firmare rogavimus.*

*S+ Remundum Senfret. S+ Guilelm Ferran. S+ Stephanus Bonushomo.*

*S+ Mironis presbiteri, qui hec scripsit die et anno quod supra.*

### 1398

1082 març 18

*Raimon Domnuç i el seu germà Berenguer permuten amb el seu oncle Dalmau un alou amb molins, situat tot al comtat de Girona, al lloc d'Arbúcies, per un altre alou que, segons consta en la carta que Dalmau els va fer, està situat al comtat de Barcelona, a la parròquia de Sant Julià.*

*ACB, perg. 1-1-1409. Original. Pergamí, 225 × 266 mm. Al verso: "In hac charta est firmatus Sanctus / Ollegarius clericus diem ad huc october / anno 1081 manu propria"; "[Lletres il·legibles: ±10]"; "Num... 1409"; "1059 + 22 = 1081" (s. xviii); "Diversorum A 1409" (Mas). Caplletra "I": 30 mm.*

*In nomine Domini. Ego Reimundo Donucii et Berengario, fratri meo,<sup>1</sup> donatores sive commutatores sumus tibi Dalmacius, avunculo nostro. Sit etiam manifestum <sup>2</sup> quia per hanc scripturam istius nostre comutationis comutamur tibi alodium nostrum proprium, id sunt, terris et vineis, boscis et garricis, cultum vel incultis, <sup>3</sup> casis*

et curtis, in multis bocis,<sup>2</sup> ortis, pratis et pascuis, regos et caput regos cum molendinis, garricis quoque, pronum et planum, et cum omnia que ad predictum <sup>/</sup> alodium pertinent, secundum quod ore humano dici vel potest nominari. Que etiam predicta alodia est in comitatu gerundense, in locum que dicunt Arbucies. Adven\i/t <sup>/</sup> autem nobis hec terra per vocem genitorum nostrorum sive per aliis quibuslibet vocibus sive modis. Terminatur autem hec terra a parte orientis in Sancti Felicis de Borseleu, <sup>/</sup> a meridie in ipsa Cota sive in Montem Surit, ab occiduo in Montem Signum sive in ipsas Agudas, a parte vero circii in ipsos Cerdanos sive ad<sup>3</sup> ipsa Calm. Quantum pre-<sup>/</sup> nominati termini concludunt sive ambiunt, sic donamus tibi atque comutamus: ab integrum atque de nostro iure<sup>4</sup> in tuum trado dominium et potestatem, ad vestrum alodium <sup>/</sup> proprium, absque ullius contrarietatis obstaculo, simul cum exiis vel regressiis earum, propter ipsum vestrum alodium quod nobis comutastis in cartulam, quam exinde nobis fecistis<sup>5</sup> <sup>/</sup> atque co\l/roboratam firmastis. Predicto alodio, quod nobis comutasti, est in comitato<sup>6</sup> barchinonens<i>,<sup>7</sup> in parrochia Sancti Iuliani. Si vero \nobis/ (ego)<sup>8</sup> donatores atque <sup>/</sup> comutatores aut utriusque sexus homo comutationem hanc voluero infringere aut voluerint, nil prosit, set componam aut componat vobis predicta omnia <sup>/</sup> in duplum cum omni sua melioratione. Et insuper hoc maneat firmum et obtineat robur valiturum.

Quod factu est XV kalendas aprilis, anno XXII regni Philippi <sup>/</sup>2 regis.

\*Ss Remundo Do\ngu/cio\*. \*S+ Berengario Donucii\*.

\*S+ Berengarii subdiachoni, qui et caputscole\*. <sup>/</sup>3 \*S+ Ramundi subdiaconi\*. \*S+ Ollegarii clerici\*. \*S+ Bernardi Dalmacii\*. <sup>/</sup>4 \*S+m Guilielmi subdiaconi\*.

<sup>/</sup>5 S+m Arnalli subdiachoni, qui hoc scripsit cum literis rasis et emendatis in linea I et VIII die et anno quod supra.

1. Escrit sobre lletres esborrades. 2. Per locis. 3. Sota la a hi ha una n. 4. Sota la r hi ha un gargot. 5. Sota la f hi ha una t i sota la c hi ha una i. 6. L'última o està escrita sobre raspat. 7. barchin escrit sobre raspat. 8. No està ratllat però és superflu ja que van escriure la paraula correcta a l'espai interlineal.

## 1399

1082 març 21

Balluví, sacerdot, Geribert Prim, Ramon Sendred, Pere Sunyer i Guadall Ramon juren sobre l'altar de Sant Llorenç màrtir de

*l'església de Sant Andreu de Palomar haver estat testimonis del testament del difunt Pere Geribert en el qual nomenava marmessors la seva mare Raquel i el seu germà Ponç Geribert, i deixava tots els seus béns al seu fill Ramon.*

ACB, LA.II, n. 256, f. 86b-d. Rúbrica: "Testamentum Petri Girberti, qui dimisit filio suo Raimundo omnia que habebat". *Inter columnas recto*: "n. 256" (Caresmar). *Exterior verso*: "Anno Domini 1082" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 15 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 149-150, n. 1012.

*In Dei omnipotentis nomine. Ego Balluvinus sacer et Gerberti Primi et Remundi Sendredi et Petri Suniarii et Guadalli Remundi iuramus pariter et testificamur per Deum, in substancia unum et in personis trinum, de hinc per altare Sancti Laurencii martiris, quod cernitur esse constructum intra ecclesiam Sancti Andree apostoli de Palumbario, supra cuius quoque sacrosanctum altare has condiciones ⁄ baiulando manibus nostris contingimus, quia nos vidimus oculis et auribus audivimus tunc tempor(e)is<sup>1</sup> quando Petrus Geriberti iussit scribi et fieri suum testamentum, iacens in lectulo suo in egritudine, et iniunxit voluntatem suam manumissoribus suis, videlicet Richelli, matri sue, et Poncio Geriberti, fratri suo, et precepit nobis testificari hanc suam ultimam voluntatem quam ordinavit nobis videntibus et audentibus.*

*In primis concessit Ricellis, matri sue predictae, omnem suam hereditatem, tam mobile quam immobile, cum filio suo Remundo, ut in diebus suis tenere(a)t<sup>2</sup> et possideret ea predictae Richellis, matris sue. Post obitum vero suum predictae Richellis, venisset filio suo prescripto cum omnem suam hereditatem in potestate sive baiulia fratris sui Poncii cum omnem suam hereditatem, tam mobile quam immobile, et tenuisset Poncius predictus, frater suus, predicto filio suo cum suam hereditatem, usque pervenisset ad perfectam etatem. Et predicto filio suo Remundo hoc totum abuisset et tenuisset atque possedisset in diebus vite sue. Post obitum vero filium suum predictum, si non habuerit legitimum filium, revertatur omnem prescriptam suam hereditatem fratri Poncio predicto. Et dimisit Garsendi, sponse sue, barrilam I, qui tenuisset caficios III, et infra oves et capras V, et porc I, et caficios II vini, et guadenga I, et sextarium I ordei. Et iussit matri sue cum fratre suo Poncio reddere suum debitum de suo mobile sive matri sue. Aliud qui remansisset de suo mobile, dimisit pro anima sua, in quo melius vidissent. Hoc totum ita precepit predictus testator. Et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde, ingravescente languore, discessit ab hoc seculo*

*in mense octobris, anno XXII regni Philippi regis, immutata hac voluntate.*

*Quod est actum XII kalendas aprilis, anno XXII regni prephati regis.*

*S+m Gerberti <sup>1</sup> Primi, s+m Remundi Sendredi, s+m Petri Suniarii, s+m Guadalli Remundi, nos sumus huius rei testes et iuratores.*

*S+m Richellis, s+ Poncii Geriberti, nos sumus manumissores.*

*S+ Reamballi levite, s+m Bernardi Gondemari, s+m Uzalardi Belaroni. S+m Arnalli Otonis, nos qui presentes adfuimus.*

*S+ Remundi levite, qui et iudicis.*

*S+ Poncii levite, qui hoc scripsit et sss subscripsit die et anno quo supra.*

*1. e expuntuada. 2. a expuntuada.*

## 1400

1082 abril 30

*Testament de Ramon Bonaric en el qual fa deixes als seus parents i altres persones, tant laiques com eclesiàstiques, dels seus béns; també en reparteix a diferents entitats religioses, sobretot a la Canònica de Barcelona.*

*ACB, perg. 1-1-2298. Original. Pergamí, 148 × 370 mm. Al verso: "Iudicium Raimundi Bo-narici qui dimisit suum / alodium Canonice / ap<u>d Sanctos" (s. XIII-XIV); "Num... 2298" (s. XVIII); "Diversorum A 2298" (Mas). Caplletra "S": 10 mm.*

*Sub Trinitatis nomine sacro. Ego Bonefilius Ervigii et Mironis Bonipari, qui testes sumus ultime voluntatis cuiusdam viri Reimundus Bonarici nomine, verbis tantum hereditate, qui eandem <sup>1</sup> voluntatem veraciter audivimus et rogati ab eodem conditore extitimus, iuramus per Deum, in substancia unum et in personis trinum, deinc per altare Sancti Felicis martiris, quod cernitur <sup>2</sup> esse constructum intra ecclesiam Sancti Iusti martiris, cuius ecclesia sita est intra muros civitatis Barchinone, supra cuius<sup>1</sup> sacrosanctum altare has condiciones manibus nostris continemus et iu-<sup>1</sup>rando tangimus, quia, nobis videntibus et audientibus, iniunxit auctor prescriptus, Reimundus Bonarici nomine, suis elemosinariis, vid sunt/<sup>2</sup> Gerbertus Bonipari et cognato suo Mironis <sup>1</sup> et uxor sua Trudgards, suam ultimam voluntatem, tantummodo verbis precipiens eis atque iniungens ut, si mori contigisset illum de ipso langore quo tunc temporis*

languerat, <sup>16</sup> quemadmodum et contigit, plenariam potestatem abuis-  
sent prenominati sui elemosinarii, ut acciperent omnes suas ipsius  
facultates et darent pro sua ipsius anima et quemadmodum ipse <sup>17</sup> eis  
iniunxit in suis solummodo verbis.

Primum namque dimisit ad opera Sancte Crucis Olorda solidos  
VIII de denarios. Et ad Guilielmus Sendredus, solidos VIII. Et ad suo  
cimiterio, solidos III. <sup>18</sup> Et ad Reimundus presbiter, solidos VIII pro  
anima sua per misses. Et dimisit ad uxor sua Trudgardis omnes  
suos alodios, terris et casis, solis et suprapositis, quod abebat in  
Sanctis, ut tenuis-<sup>19</sup>set in vita sua sine blandimentum de suos infantes  
aut ullos homo utriusque sexus, exceptus ipso ferragenal quod iussit  
vendere ad Petrus Iohannis per mancosos VIII de auro optimo. <sup>20</sup>  
Et item dimisit ad uxor sua Trudgardis sua somera et sua vacha,  
cum sua ferramenta, et cubos et tonnas et vascula, maiora et minora.  
Et per uncias II, que debe-<sup>21</sup>bat, iussit vendere sua vacca bragrada,  
cum ipso vino qui erat in Valle Carcenna, et ipso precio cum ipsos  
mancosos VIII supra scriptos iussit reddere istas uncias II <sup>22</sup> et cum  
istos solidos supra scriptos. Post obitum vero uxori sue, iussit  
remanere<sup>3</sup> ad filio suo Mironis ipsas casas cum ipsa fexa et cum  
campo de Vinnal, et ad filia sua Ermesin-<sup>23</sup>dis ipso campo de Lobet.  
Et iussit reddere ad Bernardus Bonucio eminas V ordei. Et ad  
Guisla, emina I. Et ad ipso homine de Domeneg Oriol, solidos VIII.  
Et <sup>24</sup> ad Bernardus, solidos II. Et post mortem infantes \suos/ supra  
dictos et de uxor supra dicta, iussit remanere ipso alodio, qui  
est in Sanctis, ad ipsa Cannonica Sancte Crucis Sancteque <sup>25</sup>  
Eulalie. Hoc totum ita precepit predictus testator et post obitum  
suum sic stare mandavit. Deinde, ingravescente langore, discessit  
ab hoc seculo<sup>4</sup> in mense mar-<sup>26</sup>cii, anno XXII regni regis Philippy,  
immutata hac voluntate.

Quod est actum pridie kalendas mai, anno XXII regni prefati  
regis.

<sup>27</sup> S+ Bonefilii Ervigii, s+ Mironis Bonipari, nos sumus huius  
rei testes et iuratores.

S+ Gerbertus Bonipari, s+ Mironis Reimundi, <sup>28</sup> s+ Trudgardis<sup>5</sup>  
femina, nos sumus manumissores.

<sup>29</sup> \*S+ Berenger levita\*, \*s+ Remudo presbiter\*, nos qui pre-  
sentes adfuimus.

<sup>30</sup> \*S+ Remundi levite, qui et iudicis\*.

<sup>31</sup> S+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit<sup>6</sup> cum litteris supra  
positis in linea VIII et XIII, die et anno quo supra.

1. Sota la i hi ha una altra i. 2. Hi ha un senyal que indica on s'ha d'inserir al text. 3. Les dues últimes e semblen dues o. 4. Sota la l hi ha una c. 5. Sota la primera d hi ha una r. 6. Sota l'última s hi ha una i.

## 1401

1082 maig 5

*Umbert, bisbe de Barcelona, i els seus canonges donen al jutge Ermengol Ramon, a la seva muller Ermessenda i a un de llurs fills unes cases situades dins les muralles de la ciutat de Barcelona, al costat de la porta de la Canònica de la Seu.*

ACB, LA.I, n. 49, f. 27a-c. Rúbrica: "Carta quod Canonica dedit Ermengaudo Raimundi iudici domos in Barchinona ante ianuam dicte Sedis tantum in vita sua". Interior recto: "n. 49" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1082" (s. xviii). Caplletra "S" ornamentada: 5 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 150, n. 1013.

*Sicut sacrorum canonum instituta instruent et censorum leges decernunt, donatio cuiuslibet rei, quam a pontifice cum assensu ceterorum clericorum per utilitatem Canonice atque acquisitionem extiterit facta, omni in tempore stabilis precipitur esse et firma. Quapropter ego Umbertus, annuente Dei gratia sancte Sedis barchinonensis pontifex, in Dei eterni regis nomine, una cum omni clericorum congregatione prefate Sedis mihi subdita, donator sum tibi Ermengaudo Raimundi iudici, et coniugi tue, nomine Ermessindis, sive uni de filiis vestris, qui de vobis ambobus pariter sit procreatus atque genitus. Manifestum sit etiam quia per hanc scripturam istius nostre donationis damus vobis predictis personis domos nostras cum solis et suprapositis, parietibus sive guttis, hostiis et ianuis, et cum cunctis rebus ad predictas domos quolibet modo pertinentibus. Sunt autem predictae mansiones intra menia urbis Barchinone, iuxta ianuam nostre prefate Canonice. Advenerunt autem nobis per comparisonem sive quocumque alio modo aut ordine. Habent autem in terminos sive affrontationes a parte orientali in ipso calle, a parte vero meridiei in ipso orto quem tenet Bernardus archidiaconus, ab occiduo intus in ipso curtello qui fuit de quodam hebreo nomine Abus, a parte quoque circii in ipso itinere qui solebat ire ad callem iudaicum. Quantum autem prescripti termini concludunt atque terminant, sic damus tibi predicto Ermengaudo et personis tecum superius prenominate per hanc scripturam istius nostre donationis: omnia supra nominata, cum universis earum ingressibus sive regressibus, et de nostro iure in vestrum tradium dominium et*



*potestatem, eo quod ipse prefatus Ermengaudus diffinivit nobis sive pacificavit, totum ipsum directum sive voces, quas in predictis domibus acclamabat qualicumque modo et insuper per ipsam donationem illius mansionis sue, que se iungit cum prescriptis domibus, quam vobis integriter donat propter hoc, pariter cum omni augmento sive acquisitione de ipsis domibus, que fuerunt genitoris sui et sunt intra muros urbis Barchinone, quod prefatus Ermengaudus habere vel acquirere potuerit, tam paterna hereditate quam quocumque alio modo. Hoc vero totum, sicut superius insertum est, prefato Ermengaudus et iam dictis personis ad integrum sic damus in tali quoque modo et ordine: ut habeant in vita illorum et teneant, et quod post finem presentis vite illorum, cum omni acquisitione sive augmento quod ibi fuerit de aliis predictis domibus quocumque alio modo factum, delibere et solide revertantur ad nostram prefatam canonicam sine ullius contrarietatis obstaculo. Hanc vero scripturam istius nostre donationis si nos donatores aut aliquis successorum nostrorum disrumpere sive infringere vel in aliquo dimovere temptaverimus<sup>1</sup> sive temptaverit, componamus vobis predictis adquirentibus sive componat iam dicta omnia in duplum. Et postmodum hoc scriptum semper firmum maneat omne per evum.*

*Quod est factum III nonis madii, anno XX<sup>o</sup>II<sup>o</sup> regni regis Filippi.*

*Umbertus episcopus +. + Guilem levita. S+ Miro presbiter. S+ Oliva capituli/cole. S+m Arnallus Berengarii. S+ Berengarii subdiachoni, qui et caputscole. S+ Guilelmi levite, qui et caputscole. S+ Vivani levite. S+ Guilelmus / levite. S+ Poncii sacricustos. S+ Stephanus levite. S+ Dalmatius sacer. S+ Mironis sacerdotis.*

1. Sota l'abreviatura d'us n'hi ha una d'ur.

## 1402

1082 maig 14

*Guinidilda, Ramon Bonfill, Guillem Bonfill, Guislabert i Geribert Bonfill venen a Ramon Sendred un alou situat al comtat de Barcelona, al terme de Vilapicina i d'Horta, a la parròquia de Sant Andreu i de Mont Aguilar, pel preu de 130 sous de diners.*

ACB, perg. 3-23-13. Original. Pergamí, 203 × 283 mm. Aquest document estava doblegat en plecs que han arribat a tallar el pergamí fet que en dificulta la lectura. Al verso: "Carta de II peces de terra qui són a Vila-/pacina, al Munt de Aguilar" (s. XIII-XIV); "Palomar 1" (s. XVI-XVII); "Cubiculum III / Scrinium 23 / Titulum Sancti Andrea / de Palomar / n. 13" (s. XVIII). Caplletra "I": 21 mm.



## 1403

1082 maig 27

*Testament sacramental de Berenguer Sendred jurat sobre l'altar de Sant Feliu, a l'església de Sant Just de la ciutat de Barcelona, en el qual fa deixes de béns situats a Olorda, Banyols, Pinells del Penedès i als Arcs de Barcelona, a la seva esposa, fills i germà.*

ACB, LA.IV, n. 302, f. 117a-b. Rúbrica: "Bernardus Sendre dimisit fratri suo Guilelmo clerico mansos de Pinellis, in Fonte Rubeo". Interior recto: "XXV" (s. XIII-XIV); "n. 302" (Caresmar). Caplletra "S" ornamentada, tipus B: 4 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 150-151, n. 1014.

*Sub Trinitatis nomine sacro. Ego Iohannis presbiteri et Seniofredus et Poncius et Nevia femina, qui testes sumus ultime voluntatis cuiusdam viri, Berengarius Sendredi nomine, verbis tantum hedite, qui eandem voluntatem veraciter audivimus et rogati ab eodem conditore extitimus, iuramus per Deum, in substancia unum et in personis trinum, dehinc per altare Sancti Felicis martyrís, quod cernitur esse constructum intra ecclesiam Sancti Iusti martyrís, cuius ecclesia sita est infra muros civitatis Barchinone, supra cuius sacrosanctum altare has conditiones manibus nostris continemus et iurando tangimus, quia nobis videntibus et audientibus ordinavit voluntatem suam ultimam in suis solummodo verbis, precipiens nobis confidenter et rogans obnixe ut, si de ipsa eadem egritudine, qua tunc temporis detinebatur, aut alio quolibet periculo imminente contigisset illum mori quocumque tempore, hanc suam ultimam voluntatem legaliter confirmaremus et legitime atque secundum leges manu propria sive testium corroboraremus. Primum namque dimisit ad Neviam, nepotem suam, ipsas suas hereditates quod habebat in Olorda, de Forad Micho in amonte, sicut dimisit ad eum mater sua, Emma nomine, integriter. Et dimisit ad Neviam, filiam suam, ipsos suos alodios <sup>h</sup> quod habebat in Bagneolos, et iussit eam stare in baiulia Guilielmus Sendredi, fratri suo. Et dimisit ad Guilielmus prescriptus ipsos suos alodios, quod habebat in Penitense, in loco vocitato Pinels, simul cum ipso alodio quod habebat in Planitia Lubricati, sicut in ipsa carta resonabat, quod abebat ad illum factam, ut bene nutrisset filio suo, Bonefilii nomine, et erudisset eum ad clericatum. Et dimisit ipsas suas domos, quod abebat ad ipsos Archos civitatis Barchinone, ad Estaphania, sua femina, sicut resonat in sua carta, quod ad eam fecit, tali modo et ordine: ut non abuisset licentiam vendere neque inalienare nisi ad Guilielmus predictus. Hoc totum ita pre(di)cepit<sup>l</sup> predictus testator. Et post*

*obitum suum sic stare mandavit. Deinde, ingravescente langore, discessit ab hoc seculo in mense marcii, anno XXII regni regis Philippi, immutata hac voluntate.*

*Quod est actum VI kalendas iunii, anno XXII regni prefati regis.*

*S+ Iohannis presbiteri, s+ Seniofredus, s+<sup>2</sup> Poncius, s+ Nevia femina, nos sumus huius rei testes et iuratores.*

*S+ Petrus sacer, s+ Bonefilii Ervigii, s+ Poncii Geralli, + Guilelmus levita, nos qui presentes adfuimus.*

*S+ Remundi levite, qui et iudicis.*

*S+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit cum litteris rasis et emendatis in linea VIII et super positis in linea X, die et anno quo supra.*

1. *di expuntuat.*
2. *Manquen els punts de subscripció.*

## 1404

1082 juny 14

*Judici davant el comte de Barcelona entre Ramon Pere i Guillem Bellit, després de diferents plets i per raó d'unes desavinences, en que s'arriba al pacte que Ramon Pere ha de definir, evacuar i donar a Guillem el seu dret sobre l'alou que fou del seu pare, a canvi de 125 sous de diners de moneda de Barcelona.*

ACB, LA.II, n. 331, f. 111b-c. Rúbrica: "Compositio et diffinitio inter Raimundus Petrum et Guilelmus Beliti super multis malefactis". *Inter columnas recto*: "n. 331" (Caresmar). *Exterior verso*: "Anno Domini 1082" (s. xviii). Caplletra "H" ornamentada, tipus A: 7 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 151, n. 1015.

*Hac notitia istius scripture fiat omnibus utriusque sexus hominibus cognitum et manifestum qualiter ego Raimundus Petri eram querelator de omni alodio, scilicet terris et vineis atque domibus, et universis eorum pertinentiis sive adiacentiis, que fuerunt patris mei, nomine Petri Ermemiri, et modo tenet atque habet predicta omnia Guilelmus Belliti per suam emptionem, quam inde iuste et legaliter fecit. Ego predictus Petrus, qui eram de hoc querelans cum aliis meis fratribus sive cognatis, veni ad placitum cum predicto Guilelmo Belliti de predictis rebus in presencia domni Reimundi Berengarii comitis, qui iam discessit ab hoc seculo, et suorum nobilium virorum, videlicet Udalardi vicecomitis<sup>1</sup> et Bernardi Iohannis sacriste et Umberti Gauzberti et Guilelmi Raimundi,*

*ausonensis sacriste, et aliorum multorum virorum, quorum nomina longum est retexere. Predictum vero placitum fuit ab utraque parte auditum et diiudicatum, et non potui consequi in omnibus rebus predictis nullam rem per ullam nostram vocem vel scripturam, de qua ipse Guilelmus predictus debuisset mihi stare ad ullum responsum. Item vero ego Petrus, nesciens meum directum neque cognoscens cum meis predictis sociis, iniunxci sive congregavi alium placitum in presentia atque audientia nostrorum comitum, scilicet Reimundi Berengarii et fratris eius Berengarii. Et fuit<sup>2</sup> ab utraque parte auditum et legaliter a nobilissimis eorum viris diiudicatum, et eodem modo accidit mihi et illis iam dictum iudicium, sicut prius fecerat. Insuper quoque ego, transgrediens predicta iudicia, feci cum illis iniuste plurima mala iam dicto Guilelmo in predictis alodiis, ⁊ quia incidimus ipsas vineas et vastavimus alia alodia sive arsimus, et non fuimus ausi ullomodo tendere ad placitum cum predicto Guilelmo per nostrum indirectum quod inde habebamus. Propter hoc vero ego, qui non eram adiutus ulla recta voces vel ratione, per quam ipse Guilelmus debuisset nobis respondere mihi vel illis, fui iam fatigatus de tantis placitis et per predicta mala a nobis iniuste facta sine ullo directa, sicut iam ab illis est definitum integriter sive pacificatum, definitio et evacuatio sive pacifico firmiter predicto Guilelmo omnia mea directa cunctasque meas voces, quas modo habeo vel unquam ullo in tempore habere debeo quocumque modo, in omni alodio quod fuit predicti patris nostri et modo tenet sive habet Guilelmus Belliti. Ita sicuti humano hore melius potest dici vel nominari, sic definitio ei et evacuatio sive pacifico predicta omnia. Propter hoc vero recepi de illo centum XXV solidos denariorum monete barchinonensis ad numerum. Et est manifestum. Hanc quoque scripturam istius mee definitionis deliberare et evacuationis sive pacificationis si ego predictus Petrus vel ullus utriusque sexus homo disrumpere sive infringere voluero sive voluerit, componam sive componant tibi predicto Guilelmo predicta omnia in triplum cum omni earum melioratione. Et postmodum hoc maneat semper firmum omne per evum.*

*Actum est hoc XVIII kalendas iulii, anno XXII regni regis Filippi.*

*S+num Raimundi Petri, qui hoc totum quod superius insertum est, auctorizavi et diffinivi atque evacuavi et firmavi et testibus firmari rogavi.*

*S+num Benedicti. S+num Petri de Castela. S+num Compagni Raimundi. S+ Iohannis presbiteri.<sup>3</sup>*

1. *Subratllat des de in presencia domni Reimundi Berengarii comitis fins vicecomitis.* 2. *Subratllat comitum, scilicet, Reimundi Berengarii et fratris eius Berengarii et fuit.* 3. *Aquest document fineix així.*

## 1405

1082 juny 18

*Guillem Bernat i la seva muller Ermengarda donen a Déu i a la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia l'església de Sant Salvador, situada al comtat de Barcelona, al terme d'Arraona, amb els seus alous, masos, vinyes, trilles i molins, des del riu Besòs fins al llit del Llobregat o la parròquia de Sant Boi.*

ACB, perg. 1-2-82. Original. Pergamí, 141 × 578 mm. "Carta Sancti Salvatoris"; "Ecclesie Sancti Salvatoris de Arraona" (s. xi); "Scripta"; "Visus, non intelligo nec videtur quod valeat" (s. xiii); "29" (s. xvi); "Mitja Escala, Armari 1, n. 82" (Caresmar); "Antiquit. III 302"; "Diversorum B. 82" (Mas); "1082" (F-B). Caplletra "I" que ocupa 5 ratlles.

ACB, LA.III, n. 302, f. 116b-d. Rúbrica: "G. Bernardi dedit Sedi ecclesiam Sancti Salvatoris de Arraona cum alodiis, mansis, vineis et cetera". *Inter columnas recto*: "n. 302" (Caresmar). Caplletra "I" que ocupa 17 ratlles.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 151-152, n. 1016.

*In Dei nomine. Ego Guilelmus Bernardi et coniux mea, \no- mine/ Ermeniardis,<sup>a</sup> donatores sumus Domino Deo et Cannonice<sup>b</sup> Sancte Crucis Sancteque Eulalię \ob remedium animarum nostrarum et propinquorum nostrorum iam dudum humatorum/. Manifestum est enim<sup>c</sup> quia placuit animis nostris et placet, nullusque quoegentis<sup>d</sup> imperio nec suadentis ingenio, set<sup>e</sup> propria spontanea nostra hoc heligimus<sup>e</sup> cum Deo bonaque voluntas, <sup>f</sup> ut ad predictę Cannonice<sup>f</sup> Sancte Crucis Sancteque Eulalię cartam \scripturam/ donacionis<sup>g</sup> fecissemus ex aliquid de \nostra terrena/ proprietate nostra, sicuti et facimus. Damus igitur ad sepe dictam cannonicam<sup>h</sup> eçclesiam Sancti Salvatoris, que sita est in comitatu barchinonensi, infra termine Arrahone,<sup>i</sup> cum alodiis, mansis, vineis, trileis, <sup>l</sup> molindinis, vel omnia pertinente ad eandem eçclesiam Domini Salvatoris, quod hodie tenet vel, auxiliante ipso Domino, pro qualicunque<sup>l</sup> modo adquisitura erit, ita tamen conventu: ut presenti cannonici,<sup>k</sup> qui ibi sunt vel in antea ibi erunt, habeant de alaudibus vel pertinentibus earum alaudibus quod habet <sup>m</sup> ipsam ecclesiam predictam Domini Salvatoris, de flumen Bisocii usque in alveum Lubricato seu in parrociam<sup>l</sup> Sancti Bodilii, duabus partibus iure ipsius cannonice<sup>m</sup> possessurum, \exceptus ipsum alodium de ipsa/; terciam vero partem aliam de ipsis alaudis vel pertinente eis, simul cum aliis alaudibus*

vel que eis pertinet, quod hodie habet ecclesiam prephatam<sup>n</sup> /<sup>o</sup> Domini Salvatoris vel pro qualicunque<sup>o</sup> racio<sup>o</sup> in antea habuerit, habeant \solide/, teneant atque possideant \delibere ad servitium/ presbiteri vel clerici sepe dictam ecclesiam Domini Salvatoris sub regimine predictorum canonicorum<sup>n</sup> Sancte Crucis, ut et \quod/ ipsi canonici,<sup>r</sup> tam presentes quam et futuri, bene regant ipsius domo Domini Salvatoris et que ei pertinet vel pertinuerit /<sup>o</sup> et vindicent atque defendant, sicut facere\(-ciunt)<sup>2/</sup> debent<sup>s</sup> \alias eorum ecclesiasticas res sive possessiones,/ alaudibus vel municiones<sup>t</sup> eorum, et<sup>u</sup> \ut/ mittant<sup>v</sup> ibi presbiteri vel clerici qui ibi opus sint ad nostrum laudamentum vel ad laudamento filii nostri vel propinquitas nostra. Et iterum constituimus atque volumus ut alii seniores ibi non possint facere vel adclamare, nec clerici nec laici, nisi nos /<sup>o</sup> presenti donatores vel filii aut propinquitas nostra, cui nos concesserimus castrum Arrahone. Iterum enim mandamus atque stabilimus ut, si episcopi ipsius sedis Sancte Crucis aut canonici<sup>w</sup> in aliut<sup>x</sup> mutare voluerint et a predictas ecclesias tulerint et, sicut supra insertum est, prout decet, non attenderint,<sup>y</sup> et si fecerint infra XXX<sup>a</sup> dies /<sup>o</sup> quod requisiti erunt, non emendaverint, recuperent filii vel propinquitas nostra<sup>3-z</sup> predicta nostra donacio<sup>aa</sup> et stabiliant ipsam ecclesiam Domini Salvatoris cum iure possessionis ipsius ad Dei servicio,<sup>ab</sup> prout melius possint. Et si nos prelibati donatores vel filii aut propinquitas nostra vel alicuius utriusque sexus omnino hanc /<sup>o</sup> donationem inquietare voluerit pro inrumpendum aut voluerimus, nil nobis vel illis prosit, set componat aut componamus ea donacio<sup>ac</sup> prelibata in quadruplum predictae Canonice<sup>ad</sup> vel Ecclesiam sepe dictam Domini Salvatoris cum sua melioracione.<sup>ae</sup> Et in antea hoc maneat firmum omne per evum.

/<sup>o</sup> Actum est hoc XIII kalendas iuli,<sup>af</sup> anno XXII regni regis Phylippi.<sup>ag</sup>

Sig+m Guilelmus Bernardi, sig+m Ermeniardis, nos qui hanc donacionem<sup>ah</sup> facimus pro amore Christi et remedium anime nostre. Et propter hoc ut, sicut supra insertum est, habeat ipsa Canonica<sup>ai</sup> quotquot ei concedimus<sup>d</sup> iure ipsius tenere, et Ecclesiam /<sup>o</sup> prelocutam Domini Salvatoris quotquot ei concedimus iure illius habere sine engan ad serviendum ei, firmamus firmarique testes rogamus.<sup>aj</sup>

Sig+m Seniofret Adroarii. Sig+m Udalgarrii Petro. Sig+m Alamagnus Honofredi. Sig+m Bernard Bernard. Sig+m Ermengod Arnall.<sup>ak</sup>

1. Només es llegeix a la còpia. 2. ciunt correcció supèrflua de facere destinada a substituir facere debent per faciunt. 3. A sota hi ha mea. 4. Sota la i hi ha una o.

LA. a. Ermengardis. b. canonice. c. est enim *interlineat*. d. cogentis. e. elegimus. f. canonice. g. donationis. h. canonicam. i. Arraone. j. qualicumque. k. canonici. l. parrochiam. m. canonice. n. prefatam. o. qualicumque. p. ratio. q. canonicorum. r. canonici. s. facere debent *substituit per faciunt*. t. *alaudibus vel municiones manca*. u. et *manca*. v. mitant. w. canonici. x. aliud. y. atenderint. z. mea. aa. donatio. ab. servitio. ac. donatio. ad. canonice. ae. melioratione. af. iulii. ag. Philippi. ah. donationem. ai. canonica. aj. rogamus testes a la còpia. ak. Arnal.

## 1406

1082 juny 25

*Guilabert Miró i la seva muller Ermessenda donen a Déu i la Canònica de la Santa Creu una terra erma anomenada Cap de Mirel, situada a Banyols.*

ACB, LA.IV, n. 29, f. 10b-c. Rúbrica: "Guilabertus Miro dedit Canonice alodem apud Cap de Mirello in Bann[aeolis]". *Inter columnas recto*: "n. 29" (Caresmar). *Exterior verso*: "Anno Domini 1083" (s. xvii). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 23 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 160, n. 1031.

*In Dei omnipotentis nomine. Ego Guirbertus Mironis atque eius coniux, nomine Ermesendis, donatores sumus Domino Deo et Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie sedis Barchinona. Per hanc scripturam nostre donationis istius donamus predictae Canonice peciam unam terre hereme integriter quem vocant Capitis de Mirel. Et est ipsa terra in Banneolis, prope terra Guilaberti Seniofredi predictae Canonice canonici. Advenit namque mihi prenominateo Girberto hec predicta terra per vocem parentum meorum, et mihi Hermessendi per decimum sive per ullasque (quoque)<sup>1</sup> voces. Terminatu autem predicta terra a parte orientis in terra Guandalgaldi Mironis, a meridiana vero in terra predicti Guilaberti et Compangni Helie, ab occiduo namque in terra Geriberti Muratelli, a circi intus in ipso predicto maiore sive densoque. Quantum predicti termini concludunt atque circuncingunt, ad integrum donamus Domino Deo et prefate Canonice propter remedium animarum mearum sive parentum nostrorum, cum ingressibus pariter et eius egressibus, taliter ordine et tenore: ut prescriptus Guilabertus iam dicte Canonice canonicus predictam terram habeat, teneat, exfructet et possideat omnibus diebus vite sue, et per unumquemque annum donet prefate Canonice libram unam cere, post obitum vero eius revertatur in ius et dominium prefate Canonice. Quam prefatam terram tradimus in dominium et potestatem iam dicte Canonice sive prescripti Guilaberti*



*ad suum illorum proprium, ut faciant exinde quod supra scriptum est absque ullius contrarietatis obstaculo. Si vero nos donatores aut utriusque sexus hec donationem hanc disrumpere voluerimus aut voluerint, nil pro\sit/, set coponamus aut componat iam dictam terram Domino Deo et predicte Canonice in duplum cum omni sua melioratione. Et postmodum hoc maneat perhenniter firmum.*

*Anno XXIII regni regis Philipi, VII kalendas iulii actum est hoc.*

*Geribert Miro, s+ Ermesendis, nos qui istam donationem facimus et firmamus et testes subscriptos firmare rogavimus.*

*S+num Bonefilii. S+ Bertrandi Gavaldi. S+ Ermegaudi Arnalli. S+Guilelmi Remundi. S+ Amati Bernardi. S+ Mironis Escluve. S+ Gaucefredi Rasendi sacer.*

*S+ Aialberti levite, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

*1. Ratllat.*

## 1407

1082 juliol 31

*Els canonges de la Santa Creu i de Santa Eulàlia i Ponç Ermemir, sagristà de la Seu, donen a Arnau Udalard i a Ermessenda, la seva dona, uns casals situats al territori de Barcelona, a la par-ròquia de Santa Maria de Badalona, a canvi del quart i del braçatge en les terres ja conreades, el quint i el braçatge en les aprisions i un cens d'un pernill i un parell de capons a pagar per la festa de Sant Andreu d'abril.*

*ACB, LA.II, n. 410, f. 139a-b. Rúbrica: "Canonica stabilivi A. Uzalardi domos, terras, vineas, in Bitulona". Interior recto: "n. 410" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1083" (s. XVIII). Caplletra "C" ornamentada: 3 línies.*

*Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 161, n. 1033.*

*Cuncta congregatio Sancte Crucis Sancteque Eulalie cum Poncio Ermemiri, eiusdem Sedis sacricustus, pariter in unum, tibi Arnallo Uzalardi et uxori tue Ermessindis femine donatores sumus. Manifestum est enim quia damus vobis et infantes vestros casales discondirectos ad edificandum atque faciendum domos et ibi habitandum, simul cum alodio qui incircuitu predictos casales sunt, et cum terris scilicet et vineis, cultis et incultis, ad predictos casales pertinentes. Quod abemus in territorio Barchinone, in parrochia Sancte Marie Bitulone. Advenit autem nostre Canonice predicta omnia, quam vobis damus, fidelium collatione sive largitione vel aliis*

quibuslibet modis. Predictum vero alodium, qui est in circuitu prefatos casales, damus vobis eo modo: ut bene laboretis eum, sicut mos est cultoribus, et donetis inde nobis per unumquemque annum fideliter ipsum quart et ipsum braciaticum; aliud vero alodium totum quod traxeritis de eremo, qui pertinet ad prescriptos casales, dabitur nobis per unumquemque annum fideliter ipsum chint et ipsum braciaticum; de illud vero quod plantavitis sive edificaveritis, dabitur nobis ipsum quart. Et per totum, quod superius est scriptum, damus vobis per manedia media modiata terre et media de vinea, ut bene laboretis sive plantetis atque edificetis omne nostrum alodium ad prefatos casales pertinentem. Prefata quarum omnia damus vobis integriter, cum suis affrontationibus et ingres-<sup>s</sup>ibus atque regressibus suis, in tali vero modo et convenientia: ut ibi ullum altum senioraticum nec proclamationem non faciatis, nisi nostrum aut successorum nostrorum; dabitur quoque vos et infantes vestros nobis sive successoribus nostris per unumquemque annum, ad festivitatem Sancti Andree aprili, unam bonam pernam de porc cum uno bono parilio de capons. Quisquis vero ex utraque parte causa, videlicet, donatorum quam acceptorum, hoc infringere vel disrumpere temptaverit aut si aliquis utriusque sexus homo facere voluerit, componat in vinculo altari libras III auri puri. Et postmodum hoc maneat semper firmum.

Quod est actum II kalendas augusti, anno XXIII regni Philippi regis.

Sig+num Geralli sacerdos. S+ Bernardi Dalmatii. S+n Arnallus Berengarii. S+ Guitardi presbiteri. S+ Mironis Donucii. S+ Ermengaudus Guitardi. S+ Poncii sacricustos. + Guilelmus levita. S+ Dalmacii clericus. S+ Petrus Girberti, subdiachoni.

S+ Poncii levite, qui hoc scripsit cum litteris supra positis in linea III et subscripsit die et anno sss quo supra.

## 1408

1082 agost 17

*Publicació sacramental del testament del difunt Dalmau Geribert, sacerdot, feta per Guislabert, levita, Gotmar Baró, Joan, batejat, Arnau, sotsdiaca, Guillem Arnau i Bernat, sotsdiaca, que juren sobre l'altar de Sant Joan de la Seu de la Santa Creu i Santa Eulàlia, situada dins els murs de la ciutat de Barcelona, haver estat testimonis del testament en el qual Dalmau Geribert nomenà*

*marmessors Esteve Adalbert, Guitard Boeci, Berenguer Domnuç, Ponç, sagristà, i Ramon Dalmau i repartí els seus béns immobles, situats en diversos indrets del Vallès i de Barcelona, entre la Canònica de la Seu i els seus nebots Ramon, Berenguer i Arbert.*

ACB, LA.III, n. 17, f. 9a-d. Rúbrica: "Testamentum Dalmatii Girberti presbiteri, qui dimissit Sedi totum suum alodium in Lacera et in Arbuties et I lampadam Sepulcro". Interior recto: "n. 17" (Caresmar). Exterior recto: "lampada I Sepulcri" (s. XIII). Inter columnas verso: "Anno Domini 1080" (s. XVIII). Interior verso: "1080" (s. XVIII). Caplletra "S" ornamentada: 5 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 153, n. 1017.

*Sub Trinitatis nomine sacro. Ego Guilaberti levite et Gundemarus Baroni et Iohannis baptizato et Arnallus subdiachoni et Guilielmus Arnalli et Bernardus subdiachoni iuramus pariter et testificamur per Deum, in substantia unum et in personis trinum, dehinc per altare Sancti Iohannis, quod cernitur esse constructum intra ecclesiam Sedis Sancte Crucis Sancteque Eulalie, cuius ecclesia sita est intra muros civitatis Barchinone, quod etiam altare has condiciones baiulando manibus nostris contingimus, quia nos vidimus oculis et auribus audivimus tunc temporis quando Dalmatius Geriberti sacerdoti iussit scribi et fieri suum testamentum, iacens in lectulo suo in egritudine, et iniunxit voluntatem suam manumissoribus suis, videlicet Stephanus Adalberti et Guitardus Boetii et Berengarius Donutii et Poncius sacricustos et Raimundus Dalmatii, et precepit nobis testificari hanc suam ultimam voluntatem, quam ordinavit nobis videntibus et audientibus.*

*Primum namque dimisit Domino Deo et Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie omnem suum alodium quod habebat in Lacera, eo videlicet modo et ordine: ut tenuisset et possedisset eum omnibus diebus vite sue Berengarius Bernardi, nepoti suo; et post obitum suum, revertisset delibere supra dicte Canonice. Et dimisit Arberto Berengarii, nepoti suo, ipsum suum alodium quod habebat in Palaciolo, subtus ecclesia Sancti Iuliani, simul cum ipso alodio de Raurel. Iterum dimisit Reimundo Donnucii et Berengario, fratri suo, omnem alium alodium quod habebat in Palaciolo, integriter cum ecclesie Sancte Marie, que intus erat, simul cum domos et mulino et regos et caput regos, et trileas et vineas et arboribus, et pratis et pascuis et ortis, et quicquid dici vel nominari potest, tali videlicet ratione: ut dedissent ad ipsam Canonicam omnem illorum alodium quod habebant in Arbuties et fecissent cartam solide <sup>h</sup> ac delibere. Et iterum dimisit supra dictis nepotibus suis Reimundo et Berengario ipsum alodium quod habebat in parrochia de*

Granoers, simul cum ipso de Valdariolf. Et dimisit ipsas suas vineas de Barchinona, quod emit de ipsos complantatores, ad Reimundo Dalmatii, eo modo: ut illuminasset de nocte unam lampadam omnibus diebus vite sue ad Sanctum Sepulcrum, qui erat iuxta ecclesiam Sancte Crucis; et post obitum suum, revertissent predicte vinee solide atque delibere ad ecclesiam Sancti Sepulcri, ut omni tempore ardeat oleum coram ipsius altare. Dimisit Berengario Bernardi, nepoti suo, suam pelliciam cum superpellitio meliore. Dimisit Poncius sacricustus ipsum suum superlectum meliorem simul cum cordues rubeo et colcedra una. Dimisit Berengario capudscole uncias III. Et dimisit Berengario supra dicto alias tres uncias propter pitafiam ad scribendum. Item dimisit Poncio Geriberti capa una optima de vermentesi. Et dimisit Guitardo Boetii vacca I optima cum suo vitulo, simul cum uno berregano albo et uno missal grosso. Item dimisit Sancte Marie de Palaciolo missale uno minore et unum officiarium simul cum responsorio et minario et antifonario et psalterio. Et dimisit Sancte Crucis Sancteque Eulalie suum prosarium et martirologium et quadragenarium. Item dimisit Iohannem suum baiulum sestarios III<sup>or</sup> ordei et cafitium unum vini et coto I, in quo ipse iacebat, et guadenga I. Et dimisit Arnallo Guilelmi sestarios II ordei cum sex de vino et coto uno cum plumatio I. Dimisit namque Berengario, nepoto suo, colcedra I, et superlecto uno de castanea, et cordues I, et linteo I, et feltro I cooperto, et guadenga I, et plumario uno optimo et alio parvulo. Et dimisit Petro Dalmatii, suo baptizato, sestarios II ordei et inter oves et capras VI. Ad hospitalem dimisit inter capras et oves VI, et duos drapos de lecto, et VIII scutellas, et canada I, et sestario I ordei. Et dimisit suo provendario sestario I ordei. Iterum dimisit Bernardo Isarni uncias II auri. Et dimisit Umberto episcopo cubo uno meliore, qui erat in Barchinona. Dimisit namque ad Sanctum Laurentium concha I cum urceo minore. Et dimisit presbiteris supra dicte ecclesie sestarios II ordei. Iterum dimisit ad matrem Petro Mironi uncia una. Et dimisit Petro Mironi et uxori eius uncias II. Et dimisit ad devotam Sancti Laurentii de Lacera uncia I. Et dimisit Guitardi sestario I ordei. Item dimisit Remundo Udalardi superpellitium unum et camisa I. Et dimisit Petro Arnalli superpellicium unum. Ad Arnallo Guielmi dimisit superpellitium I. Et dimisit tribus clericis, qui lavassent corpus suum, mancosos VIII. Ad presbiteros istius civitatis, qui vigilassent et custodissent corpus suum, dimisit ad unumquemque de illis duobus mancosos. Et dimisit ad Sancti Petri Puellarum cenobii uncias II. Et dimisit ad Sancti Pauli uncia I. Et dimisit supra

dicte Canonice suum porcum meliorem. Et dimisit Poncia femina uncias II. Item dimisit ad Guilia femine suas pelles. Dimisit namque Guilielmo Guacberti suo banibed cum (suo)<sup>1</sup> uno brisallo de bocheren. Item dimisit Ardentio alium brisallo de afustanii. Alium brisallo de lino dimisit Guilelmo Baroni. Dimisit namque Arberto Berengarii mortario I. Dimisit ad Canonica Sancte Crucis callaria I cum parcingles, et coclea I ferra, et patella I, et nebularios. Item dimisit Bernardo Audegarii sua pellicea rubea. Item dimisit Reimundo Arnalli suum asinum maiorem. Et dimisit Guilaberti Seniofredi vacca I. Dimisit namque Stephano Adalberti superlectum I. Item dimisit Reimundo Arnalli cubo I minore. Omne suum mobile, quod invenire potuissent, hoc est, de pane et vino et vaccas et oves et capras et porchos et cubos et tonnas et vascula, exceptus hoc quod supra scriptum est, iussit vendere et supra dictos mancosos dare et persolvere suos debitos et aliud dare pro sacrificiis. Postquam autem predictus testator supra scripta omnia ordinavit, dixit tantummodo verbis ut prefatus Raimundus Dalmatii tenuisset et habuisset baiuliam de prescripto Berengario Bernardi, et de omne alodio de Lacera quod ipse Dalmacius dimisit Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie et prelibato Berengario, sicut superius insertum est, cum cubos et tonnas et truias et gallinas, quas ibi habebat stabilitas predictus testator. Et hanc baiuliam tenuisset prescriptus Reimundus Dalmacii usque ad numerum decem annorum, et tribuisset ei indumentum et calciamentum, ita ut prescriptus Berengarius fuisset clericus Sancte Crucis Sancteque Eulalie. Hoc totum ita precepit predictus testator et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde decidit in infirmitate et obiit ex hoc seculo, in mense augusti, anno XXIII regni Philippi regis.

Quod est actum XVI kalendas septembris, anno XXIII regni prefati regis.

S+ Gunmar Baroni, s+ Bernardi subdiachoni, s+ Arnalli diachoni, nos sumus huius rei testes et iuratores.

S+ Stephanus levite, s+ Guitardi presbiteri, Reimundi levite sss, Reimundo Donnucii, nos sumus manumissores.

S+ Berengarii levite, qui et capudscole, s+ Guilaberti levite, s+ Guilelmi levite, nos qui presentes adfuimus.

S+ Reimundi levite, qui et iudicis.

S+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit cum literis supra positis ubi dicit "canonice" in linea XLIII, die et anno quo supra.

1. Expuntuat.

1082 agost 22

*Berenguer [Ramon II], comte de Barcelona, fa donació a favor de Déu i de l'hospital de la Canònica de Barcelona de quatre mujades de vinya al territori de Barcelona, al lloc anomenat Bederrida, de vuit mujades de terra situades en quatre llocs diferents, prop del Cogoll, i de dues petites peces de terra que hi ha al territori esmentat.*

ACB, perg. 3-3-10. Original. Pergamí, 295 × 424 mm. El document presenta un forat en la part superior esquerra. Al verso: "Carta de Ponto" (s. xi); "R. comitis de VIII<sup>o</sup> modiatas terre et III<sup>or</sup> vinee hospitale ecclesie Barchinone" (s. xiv); "Cartas de Ospitali sunt donaciones terrarum" (s. xv); "Regum Privilegio, Stancia III, X"; "Hospital"; "Philipi regis 23"; "23 Phelippi"; Dibuix d'un home amb una espasa a la mà muntat sobre un elefant (s. xvi); "Donacio feta per Berenguer compte de Barchinona al Hospital de la Canonge de Barchinona de unas peces de terra en lo territori de Barchinona" (s. xvii); "In stantia III, r<sup>o</sup> X" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada: 45 mm.

ACB, LA.I, n. 758, f. 284b-d. Rúbrica: "Berengarius Raimundi comes dedit ospitali III modiatas vinee in Bederida et VIII modiatas terre ad Cucullum". *Inter columnas recto*: "n. 758" (Caresmar). *Inter columnas verso*: "Anno Domini 1083" (s. xviii). Caplletra "I": 15 ratlles.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 153-154, n. 1018.

Ms. *Privilegiorum regum*, n. 10, f. 18b-19c.

*In nomine Domini. Ego Berengarius, barchinonensium gratia Dei comes et marchio, donator sum Domino Deo et hospitali barchinonensis Canonice. Ad noticiam deducere cupio plurimorum, tam presen-<sup>t</sup>ium quam futurorum, qualiter ob immensitatem flagiciorum meorum et remedium animarum parentum meorum dono Domino Deo et hospitali<sup>a</sup> prescripte<sup>l</sup> Canonice modiatas quatuor<sup>b</sup> vineę<sup>β</sup> simul et ipsam terram in qua ipsa vinea est fundata. Quas habeo in territorio barchinonensi, in loco qui vocatur Bederrida. Adveniunt autem mihi voce parentali vel aliis quibuslibet vocibus<sup>^</sup> sive modis. Terminantur autem ab ortu solis in vinea Bernardi Altemiri et Bernardi Mironis, a meridie in vineis prefate Canonice cenobiique<sup>2</sup> Sancti Petri, ab ocasu solis in vineis Sancti Mi-<sup>ca</sup>helis,<sup>c</sup> a septentrione in vineis Compagni Helię. Iterum<sup>d</sup> dono presscripto<sup>e</sup> hospitali modiatas VIII<sup>o</sup> terre, separatim in quatuor locis positas, prope<sup>3</sup> ipsum Cucullum. Quarum quinque terminan-<sup>t</sup>ur ab oriente in terra Durandi Blandrici, a meridie in ipso aqueductu, ab occiduo in terra Donnucii Mironis prescriptique Durandi, a circea<sup>4</sup> quoque parte in strata publica. Que vero modiate<sup>7</sup> in hoc eodem territorio terminantur ab oriente in terra prescripti cenobii Sancti Petri, a*

meridie in strata publica, ab occiduo in terra Stephani Adalberti, a circio<sup>5</sup> in ipso aqueductu. <sup>8</sup> Item in hoc eodem territorio dono prescripto hospitali peciolas duas terre. Que terminantur ab oriente et meridie et septentrione in terra Donnucif Mironis, ab occiduo in terra prescripti ceno-<sup>9</sup>nobii Sancti Petri. Universa hec, secundum quod a prenominitis terminis concluduntur, dono Domino Deo et hospitali prescripto atque de meo iure in Domini Dei et eiusdem hospitalis dominium trado, cum ingressibus pariter <sup>10</sup> et egressibus suis, ut faciant exinde helemosinarii prescripti hospitalis quod faciunt ex munificenciis sceteris hospitalis eiusdem, ad suum ipsius proprium, absque ullius contrarietatis obstaculo, quem-<sup>11</sup>admodum continetur scriptum in vite canonicorum libro. Si vero ego donator aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo donum hoc disrumpere sive rescindere aut in aliquo dimovere temptave-<sup>12</sup>ro<sup>8</sup> sive temptaverit, nil prosit, set componam sive componat Deo et hospitali prescripto cuncta superius comprehensa in triplum cum omni sua illorum melioracione.<sup>h</sup> Atque posmodum<sup>i</sup> hoc maneat <sup>13</sup>perhenniter firmum.

Quod factum est XI kalendas septembris, anno XX<sup>o</sup>III<sup>o</sup> regni Philipi regis.

\*+ Berengarius comes\*, qui hanc donacionem<sup>k</sup> fecit et firmavit <sup>14</sup>atque testibus subscriptis eam firmari rogavit.

<sup>15</sup>S+m Guilelm Guanalgod. S+m Pere Ermengod. S+m Guilelm Ramon de Cervaria. S+m Gaucefret Baston. <sup>16</sup>S+m Ramon Guiribert. \*S+ Bernardi Ollegarii\*.

<sup>17</sup>S+m Guilelmi subdiaconi,<sup>l</sup> qui anc<sup>m</sup> donacionem<sup>n</sup> feci die et anno quo supra.

1. Sota la r hi ha una l. 2. ii només es llegeix a la còpia. 3. pr només es llegeix a la còpia. 4. Sota la e hi ha una i. 5. Sota la r hi ha una o.

LA. a. ospitali. b. IIII. c. Michelis. d. item. e. prescripto. f. Donnucii. g. Sota la o es llegeix it. h. melioracione. i. postmodum. j. Philippi. k. donacionem. l. subdiaconi. m. hanc. n. donacionem.

## 1410

1082 setembre 24

*Testament d'Arnau Mir en el qual fa deixa de les seves possessions a la seva muller, als seus fills i al monestir de Sant Benet, on vol ser sebollit.*

ACB, 1-2-1493. Original. Pergamí, 227 × 336 mm. Aquest pergamí havia estat doblegat en plec que hi han deixat sécs i fins i tot l'han tallat. Al verso: "Mitja Escala, Armari 3, núm. 1493"; "Núm... 890" (s. XVII-XVIII). Caplletra "I" ornamentada: 37 mm.

*In nomine Dei eterni et salvatoris nostri miseratoris et pii. Ego Arnallus Mironi iaceo in egritudine et tim[e]o ut non superveniat mihi repentina casu mortis meę. <sup>º</sup> Et propter hoc facio istum meum testamentum in mea egritudine, ut, si mortem mihi advenerit in isto anno aut in alio, aut antequam alium testamentum faciam, licenciam <sup>º</sup> abeant apprehendere omne meum avere, mobile vel immobile, ut fiant manumissores mei, id sunt, Raimundus Chonam, et Bernardus Ebrino, et Petrus Bermundi. <sup>º</sup> Rogo ad amici mei ut de hoc abeo, (m)<sup>1</sup> si mortem mihi advenerit de ista egritudine, ut ita faciatis, quomodo ego vobis mando in ista scriptura, pro anima mea. In primis ad Sancti <sup>º</sup> Benedicti cenobii relinco ipso meo cavallo, cum meum corpus quod ibi ducant meis monasterio, et cum uno saraceno, et ipso cub meliore quam abeo in Gisalmonn, et ipsa mea <sup>º</sup> tertia parte de panne de vetere vel de novo, et de oves tam de porcis dimitto ad Sancti Benedicti cenobii, exceptus uncias II quod donent de vetere ad Bernardus Durann, pro sa-<sup>º</sup>crificium anime meę ipsa una uncia, et alia qui remanent donent ad novo primo veniente ad opera Sancte Columba. Et ipsa tertia parte, quod su[per]ius est scripta, de pane ad novo venien-<sup>º</sup>te, cum ipsa mea laboratione qui est in Gisalmon sive de Figerola vel de ipso castro de ipso Auztor, fiant data ad Sancti Benedicti cenobii, exceptus quod supra taxatum est. Et dimitto <sup>º</sup> ad muliere mea, nomine Adaleidi, ipso meo alaude qui est tres ipsa serra, qui est infra termine de Gisalmonn, que vocant Comba Fatuda, et medietate de ipsa planta quod ego fecit cum <sup>º</sup> illa ipsa medietate de ips<as> vineas, et mula I, et equa I, et uno saraceno, et cum uno asino, et ipsa tertia parte de ipsas oves, et cum ipsa alia tertia parte de ipsos porcis sive ipsa tertia <sup>º</sup> parte de panne, tam de (u)<sup>2</sup> vetere quam de novo veniente, vel cum ipsa tona de vi qui est in Apiera, et quatos, et<sup>3</sup> lencols II, et capzals II, et tapid I, et almocelia I, et cum ipso <sup>º</sup> vestimento de suum corpus qualiter abuit illa. Et dimitto ad Petroni Arnalli, filio meo, ipso meo alaudio que abeo infra termine de Gisalmonn sive in termine de Figerola, terras atque <sup>º</sup> vineas, casas, casalibus, ortis atque ortalibus, exceptus ipso aluade quod relinquit ad muliere mea, terras simul cum vineas, quo supra scriptum est. Et ad Pere Arnallus dimitto <sup>º</sup> tonas II qui sunt in Gisalmonn, et<sup>4</sup> cum ipso cubo novo, et barril I, et alio cub maiore, et folador I, et exades II, et cavagos II, et rellas II, et bovos III, et cum eques II, et cum <sup>º</sup> una spata. Et de ipsa mea medietate que ego abeo in castrum Auztor, dimitto ad Petrus Arnalli ipsa quarta parte, sive de ipsa turre quam de ipsa villa, sive de ipsas decimas vel de ipsos <sup>º</sup> alaude<sup>5</sup> vineas, sive cum*



*ipsa vexella qui est in ipso castrum, cum de hoc totum qui ad eius castrum pertinent, et cum ipsa vascula minore qui est in Gisalmonn. Et dimitto ad <sup>17</sup> Petrus Arnalli tona I de vi qui est in Gisalmonn. Et dimitto ad Berengarius Arnalli et ad Bernardus Arnalli et Arnallus Arnalli ipsas tres partes de ipso castrum de  $[\pm 3]$  <sup>18</sup>  $[\pm 4]$  de ipsa Turre quam de ipsa villa quam decimis, et cum (seneria)<sup>6</sup> mandamentum, et districtum, et de ipsas presentales sive de ipsos alaudes, et de vineas, [et de ip?]-<sup>19</sup>sa vexella qui est in ipsum kastrum ipsas tres partes, exceptus ipsa quarta parte de ipsum castrum quod dimitto ad Petrus Arnalli, quomodo supra scriptum est. <sup>20</sup> Et concedo ad Petrus Arnalli et ad Berengarius Arnalli et ad Bernardus Arnalli ipsam tercia parte de pane, tam de vetere quam de novo, et tercia parte de ipsas oves, et tercia <sup>21</sup> parte de ipsos porcis, et ipso vi de Gisalmonn et de Auztor, exceptus ipsa tona qui est in Gisalmonn, qui remanet ad Petrus Arnalli. Et ita insuper de ipsum alaude quod dubi-<sup>22</sup>tavit Arnallus ad muliere sua Adaleizi, quod superius est scriptum, ut teneat et possideat omnibus diebus vite sue, cum ipsa quarta parte de ipso Auztor qui remanet ad filium <sup>23</sup> suum de Adaleiz, qui<sup>7</sup> fuit creati de me in illa, teneat et possideat Adaleiz in diebus vite sue, et post obitum suum remaneat ad infante qui de me Arnalli fuit procreati in illa; <sup>24</sup> et si de Arnallus Arnalli mortem advenerit sine infante de legitimo coniugio, remaneat ad Petroni Arnalli predicti et fratres suos; et si ad Petrus Arnalli mortem advenerit <sup>25</sup> sine infante de legitimo coniugio, similiter remaneat ad Bernardus Arnalli; et si de Bernardus mortem advenerit sine infantem<sup>8</sup> de legitimo coniugio, similiter remaneat <sup>26</sup> ad Ber(e)ngarius, fratri suo; et si de Ber(nardu)engarius<sup>9</sup> minus evenerit sine infante ex legitimo coniugio, similiter remaneat ad Arnasllus Arnalli. Et filio meo Petrus Arnall re-<sup>27</sup>maneat cum sua hereditate, quomodo supra scriptum est, cum ipso mobile, in baglia de domnus Bernardus Ebrino, seniori meo, usque ad etatem venerit XIII<sup>im</sup> annos, <sup>28</sup>  $[\pm 2]$  ut bene eos nutriet. Et de ipsos esplets qui exeunt de ip/s/os alaudes terras atque vineas, sive de mobile, faciat ei renovo per unumquemque anno. Et dum veniat ad termine quatuor-<sup>29</sup>decim<sup>10</sup> annos, et reddat ei domnus Bernardus Ebrino ipso alaudio supra scripto cum ipso mobile et cum ipso renovo in potestate de filio meo Petrus Arnalli per fidem rectum si-<sup>30</sup>ne nullo engann. Et filio meo Berenger similiter remaneat in baglia de domnus Raimundi Chonam, et Bernardus Arnalli similiter in baglia de Petrus Bermundi, et Arnallus Arnalli, <sup>31</sup> filio meo, similiter remaneat in baglia de domnus Iozfredus Gilaberti. Et est maniphestum.*

*Actum est hoc VIII kalendas octobris, anno XXIII regnante rege Philipo.*

*Sig+num <sup>β2</sup> Arnallus, qui istum testamentum iussi scribere et firmavi et ad suos elemosinarios firmare rogavi.*

*Sig+num Raimundus Conan, sig+num Bernardus Ebrino, <sup>β3</sup> Sig+num Pere Bermon, nos qui sumus manusmissores.*

*Sig+num Guilelmus Bernardi, sig+num Remon Carbonel, sig+num Mironi Amalricus, nos qui sumus  $[\pm 5]/^{\beta 4}$  testes, iusores et auditores.*

*Et precor vobis nimis Raimundus Conan atque domnus Bernardus Ebrino, seniores meos, que de isto fevvo que ego tenam per vos ambos <sup>β5</sup> non minuetis neque tollatis ad filium meum Petrus Arnalli, et ad ipsa etate de quatuordecim<sup>11</sup> annis donetis<sup>12</sup> ad filio meo per fidem /rectam<sup>13</sup> sine engann\.*

*<sup>β6</sup> @Arnallus, qui hec scripsit@ et sub ssss die et anno quod supra.*

1. *Expuntuada.* 2. *Ratllat.* 3. *Sota la e hi ha una l.* 4. *Sota et hi ha una c.* 5. *Sota la segona a hi ha una u.* 6. *Expuntuada.* 7. *Sota la q hi ha una i.* 8. *Sota la f hi ha una t.* 9. *Ratllat.* 10. *Sota la m hi ha una a.* 11. *Sota la q hi ha una t.* 12. *Abreviatura supèrflua; i sota la t hi ha una s.* 13. *Sota la a hi ha una e.*

## 1411

1082 octubre 20

*Duran Baldric fa donació a favor de l'hospital de la Canònica de Barcelona de tres mujades de terra situades al territori de Barcelona, prop del Cogoll Antic.*

ACB, LA.I, n. 761, f. 285a-b. Rúbrica: "Durandus Baldric dedit ospitali III modiatas terre apud Cucullum". Interior recto: "n. 761" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1083" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus B; 10 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 154, n. 1019.

*In Dei nomine. Ego Durandus Blandrici donator sum Domino Deo et ospitali barchinonensis Canonice. Notum sit cunctis, tam presentibus quam futuris, <sup>β</sup> qualiter ob immensitatem flagitiorum meorum et remedium animarum parentum meorum dono Domino Deo et ospitali prescripte Canonice modiatas tres terre, quas habeo in territorio barchinonensi, prope ipso Cucullo Antiquo. Adveniunt autem mihi per comparatione vel aliis quibuslibet vocibus sive modis. Terminantur autem ab ortu solis in ipso aragallo sive in terra Bernardo Guilelmi, a meridie in ipso regario sive in ipso pont, ab occiduo in terra de predicto ospitali (prescripto atque de meo iure)<sup>1</sup>*

*quam comes Berengarius dedit ei, a septentrione in strata publica. Universa hec, secundum quod a prenominitis terminis concluduntur, dono Domino Deo et hospitali prescripto atque de meo iure in Domini Dei et eiusdem hospitalis dominium trado, cum ingressibus pariter et egressibus suis, ut faciant exinde elemosinarii(s)<sup>2</sup> prescripti ospitalis quod faciunt ex munificenciis ceteris ospitalis eiusdem, ad suum ipsius proprium, absque ullius contrarietatis obstaculo, quemadmodum continetur scriptum in vite canonicorum libro. Si vero ego donator aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo donum hoc disrumpere sive rescindere aut in aliquo dimovere temptavero sive temptaverit, nil prosit, sed componam sive componat Deo et hospitali prescripto cuncta superius comprehensa in triplum cum omni sua illorum melioratione. Atque postmodum hoc maneat perhenniter firmum.*

*Quod factum est XIII kalendas novembris, anno XXIII regni regis Philippi.*

*S+m Durandus Blandrici, qui hanc donationem fecit, firmavit et testibus subscriptis eam firmari rogavit.*

*S+m Bonefilii Blandrici. S+m Iohannes Durandi. S+m Guilelmus Bernardi. Sss Seniofredus presbiter.*

*S+ Ardenchus levite, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

1. *Escrit per equivocació del copista.*
2. *Expuntuada.*

## 1412

1082 octubre 21

*Garsenda, muller del difunt Pere Geribert, fa donació al seu cunyat Ponç Geribert, ja que no va tenir cap fill legítim de Pere, del dot i el dret en els béns del seu marit, a canvi d'un sester d'ordi de 24 sous de preu, mitja quartera de pèsols, dos cafissos de vi bo de 96 sous, cinc ovelles, una cabra, un porc, un porcell, una gallina, una tona, un filat de lli, una pell de gat, una tela de barragà vermella, un escriny i una bona guadenga.*

ACB, perg. 1-4-283. Original. Pergamí, 176 × 219 mm. Restaurat. Té a la part superior dreta una mutilació que afecta la lectura de les dues primeres ratlles. Al verso: "Vendicio Garsendi de sua dote ad Poncium"; "LXXXVII" (s. XIII-XIV); "1082"; "Diversorum C (b) 283 / Capsa 3 (Mas). Caplletra "S": 16 mm.

ACB, LA.II, n. 274, f. 91b-c. Còpia de mitjan segle XIII. Encapçalament de foli: "Villa Piscina". Rúbrica: "Garssendis diffinium cogna-/to suo Poncio Geriberto totum sponsalitiu suum". *Inter columnas recto*: "n. 274" (Caresmar). *Exterior verso*: "Anno Domini / 1083" (s. XVIII). Caplletra "S" ornamentada, tipus G: 4 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 154-155, n. 1020.

*Scriptum quoque reperitur in Libro Censorum IIII, titulo V,<sup>1</sup> capitulo II, "ut mulier tunc ple[nam potest]atem <sup>β</sup> habebit faciendi de tota interim sua dote, quando nullum legitimum filium filiamve<sup>2</sup> sive<sup>3</sup> nepo[tem su]perstitem <sup>β</sup> reliquerit". Propterea ego Garsendis femina, coniux que fui Petri Guiriberti, qui iam di[s]cessit ab hoc seculo, fratris <sup>α</sup> tui, donatrix sive evacuatrix atque pacificatrix, in Dei nomine, sum tibi Poncio Geriberti. Sit etiam manifestum <sup>β</sup> per hanc scripturam quia, sicut superius premissum est, ego Garsendis prefata non promerui habere ullum legitimum infantem <sup>β</sup> ex meo marito, superius prenominato, et propterea dono tibi predicto Poncio omne meum directum sive omnes meas voces, quas <sup>γ</sup> ego habebam<sup>a</sup> in omni avere fratris tui, tam mobili quam immobili, sive per scripturam ipsius mei dotis, quam per qualemcumque <sup>β</sup> ullam aliam vocem. Hoc vero totum, sicut superius insertum est, sic dono tibi prefato Poncio: integriter et de libere et solide sic <sup>β</sup> difinio<sup>b</sup> tibi atque evacuatio sive pacifico omnibus modis, propter hoc quod tu dedisti mihi libenti animo omnem meam aliam laxa-<sup>10</sup>tionem de ipso mobili avere, quam frater tuus predictus dimisit mihi, sue coniugi, et insuper addidisti mihi de ipso tuo avere <sup>α1</sup> et evacuasti sive pacificasti atque difinisti<sup>c</sup> sive dedisti \mih/ totum tuum directum, quam habebas<sup>d</sup> in ipsa mea prefata laxa-<sup>12</sup>cione<sup>e</sup> atque acclamabas. Et hoc vero quod tu addidisti mihi, predicte Garsendi, sive difinisti atque evacuasti in pretio<sup>f</sup> <sup>α3</sup> et per pretium,<sup>g</sup> recepi et recollegi, sicut superius premissum est. Totum integriter sic dono tibi prefato Poncio et definio sive <sup>α4</sup> pacifico atque evacuatio omne meum prenominatum directum de ipsa mea prenominata dote pariter cum cunctis aliis meis vocibus, et de <sup>α5</sup> meo iure in tuum trado dominium et potestatem, ad faciendum omnem tuam voluntatem. Hanc vero scripturam istius mee donationis <sup>α6</sup> sive pacificationis atque evacuationis si ego donatrix atque difinitrix<sup>h</sup> temptavero disrumpere sive \in/ quocumque divel-<sup>17</sup>lere aut ullus utriusque sexus homo facere voluerit, componam tibi prefato Poncio sive componat predicta omnia in triplum. <sup>α8</sup> Et postmodum omni tempore sic maneat hoc firmum.*

*Actum est hoc XII kalendas novembris, anno XXIII regni Phylippi<sup>i</sup> <sup>α9</sup> regis.*

*S+num Garsendis femine, que<sup>j</sup> hanc donacionem<sup>k</sup> sive difinitionem<sup>l</sup> atque venditionem feci et firmavi et tes-<sup>20</sup>tibus subscriptis<sup>4</sup> eam firmari rogavi.*

*S+num<sup>m</sup> Iohannes Durandi. S+num Arnalli nuper babtizato<sup>n</sup> <sup>α1</sup> qui fuit Bonifilius Petri. S+num Remundi Sendredi. S+num*

Guadalli filius Remundi Guilelmi <sup>122</sup> de Orta. <sup>123</sup> \*S+ Dalmacii clericus\*.

<sup>124</sup> S+ Poncii levite, qui hoc scripsit cum literis<sup>o</sup> rasis et emendatis et super positis, et ss subscripsit die et anno quo supra.

<sup>125</sup> Hoc totum dedi cognata mea primum sestarium I ordeí, qui valebat XXIIII sol<ido>s, et media quartera de pesos et kaficios II <sup>126</sup> de optimo vino, qui valebant<sup>p</sup> sol<ido>s LXXXXVI, et oves V, et capra I, et porc I, et porcello I, et gallina I, <sup>127</sup> et tonna I, et flad I de lino, et pelles I de gats, et mantel I de berraca<sup>q</sup> rubro, et alias causas, et scri-<sup>128</sup>nio I, et guadenga<sup>r</sup> I bona et.<sup>5</sup>

1. Sota el V hi ha un II. 2. Sota la v hi ha una c. 3. Sota la s hi ha una t. 4. Sota la t hi ha una s. 5. El document acaba així.

LA. a. abebam. b. diffinio. c. diffinisti. d. abebas. e. laxatione. f. precio. g. precium. h. diffinitrix. i. Philippi. j. quem. k. donationem. l. diffinicionem. m. S+. n. baptizato. o. litteris. p. valebat. q. berracha. r. guadengua.

## 1413

1082 novembre 7

*Bonavida i la seva muller Belor, hebreus, venen a Bernat Ermengol, clergue, un pam i mig peu de terra situat al carrer que va a Santa Maria del Mar, pel preu de 5 sous de bona plata.*

ACB, perg. 1-4-284. Original. Pergamí, 176 × 210 mm. Al verso: "Bernardi Ermenguardi levita (?) nova" (s. XII); "Siglo XI" (s. XIX). Caplletra "T" de quatre línies.

ACB, LA.I, n. 84, f. 41b-c. Rúbrica: "Empcio de uno palmo et medio in amplitudine in carrerio de Mari". *Inter columnas recto*: "n. 84" (Caresmar). *Exterior verso*: "Anno Domini 1083" (s. XVIII). Caplletra "T" ornamentada: 6 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 155, n. 1021.

Ed.: MIRET-SHWAB, Documents, p. 21; SHWAB-MIRET, Documents, p. 17-18; també a *Boletín de la Real Academia de la Historia*, 69 (1916), p. 581-583, publicat tant el text llatí com l'addició hebrea (aquesta editada en facsimil i acompanyada d'una traducció francesa).

*In nomine Domini. Bonavita ebreo<sup>a</sup> et uxori mea Belauro<sup>b</sup> femina ebrea venditores summus tibi Bernardo <sup>12</sup> Ermengaudi clerici. Manifestum est enim quia vendimus tibi, iusta tua pariete de tua domo, palmo I et <sup>13</sup> medio pede de terra legitime. Et habet in amplitudine predicta terra palmo I et medio legitime. <sup>14</sup> Et in longitudine predicta terra, de ipso solarío Mironis Guilelmi, \de ipsa cantera/, habet usque in ipso calle qui<sup>c</sup> vadit ad Sancta <sup>15</sup> Maria de Mare. Et afrontat<sup>d</sup> prefata terra de parte aquilonis et de circi in*

orto de nos venditores, <sup>/6</sup> de meridie in calle publico, de occiduo in pariete de te emptore. Quantum istas afrontaciones in-<sup>/7</sup>cludunt, sic vendimus tibi: in predicta terra palmo I legitime et medio pede hab<sup>e</sup> integre, simul cum in-<sup>/8</sup>gressibus et exitibus earum, propter pretium<sup>f</sup> solidos V de bona plata legitime pensata. Quos tu emptor <sup>/9</sup> pretium<sup>g</sup> mihi<sup>h</sup> dedistis et nos venditores manibus nostris recepimus. Nihilque ex predicto pretio<sup>i</sup> apud te emp-<sup>/10</sup>tore non remansit. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia, que nos tibi vendimus, de nostrum iure <sup>/11</sup> in tuum tradimus dominium et potestatem, ut facias exinde quodcumque velis facere, ad tuum plenissimum pro-<sup>/12</sup>prium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra ista charta venditione <sup>/13</sup> venerimus aut venerit pro inrum- pendum sive infringendum, nil valeat, set componat aut nos compo-<sup>/14</sup>namus tibi prelocuta omnia in duplum cum sua melioratione. Et in antea ista charta<sup>j</sup> venditio firma <sup>/15</sup> permaneat omnique tempore.

Actum est hoc VII idus november anno, XXIII regni Philippi <sup>/16</sup> regis.

אנכי בלאור ואני מנחם בעלה עשינו מכירה זו לדון ברטרד ארמנגוד שמכרנו לו זרת וחצי רגל מן הגן שלי שהוא סמוך לכותל שלו ברוחב ויש באורך מן הכותל /של העליונה למור גלילם /מן הקטתיה שלו עד רשות הרבים עשינו לו מכירה זו בחמשה דינרין של כסף כמו שכתוב למעלה בכתב גוים ומצרי מכירה זו משני צדדים הגן של [...] מרום זה הנזכר ומצד שלישי כותל של ברטרד ארמנגוד הנזכר ומצד רביעי דרך רשות הרבים מה שהיה בפנינו כתבנו וחתמנו בחדש כסליו שנת ארבעת אלפים ושמונה מאות ושלושה וארבעים לבריאת עולם למניא שאנו מוניהם כפינו בברצלונה מתא. של העליונה שלו ביני חטי והכל שריד וקיים. שלמה בר נתנאל מאיר בר שלמה

<sup>/23</sup> S+ Mironis presbiteri, qui hec scripsit die et anno quod supra cum litteras supra positas in linea <sup>/24</sup> IIII ubi dicit "de ipsa chantera", in iam dicto die et anno quod supra.

a. hebreo. b. Belaura. c. et. d. affrontat. e. ab. f. precium. g. precium. h. michi. i. precio. j. carta.

Traducció del text en hebreu: Jo, Belaur, i jo Menahem, el seu marit, hem fet aquesta venda a Bernat Ermengol, per la qual li hem venut un pam i mig peu del meu hort, que és contigu a la seva paret, en amplària, i en llargària des de la paret de l'habitació elevada de Mir Guillem, de la seva pedrera, fins a la via pública. Li hem fet aquesta venda per cinc sous d'argent, com està escrit més amunt en l'escriptura dels cristians. Els límits d'aquesta venda són: per dos costats, l'hort de la dita habitació elevada; pel tercer costat, la paret del dit Bernat Ermengol; i pel quart costat, la via pública. Hem escrit i signat el que ha estat realitzat davant nostre en la neomènia del mes de quisleu de l'any quatre mil vuit-cents quaranta-tres de la Creació del món segons el còmput amb què comptem aquí a la ciutat de Barcelona [= 26 d'octubre de 1082]. [Els mots] "de l'habitació elevada" i "de la seva pedrera" són escrits entre línies. Tot és ferm i valedor. Salomé, fill de rabí Natanael; Meir, fill de rabí Salomé.

## 1414

1082 novembre 19

*Umbert, bisbe de Barcelona, i els canonges d'aquesta Seu fan un establiment a precari per 7 anys a Guifré Ermemir i la seva muller El-liarda de 3 mujades de terra situada al Penedès, al lloc anomenat Sant Cugat Sesgarrigues.*

ACB, perg. 1-1-2355. Original. Pergamí, 205 × 391 mm. Al verso: "Carta Canonice apud Sanctum Cucufatem / de Garricis"; "[D ?]XVII" (s. XIII-XIV); "Num... 2355." (s. XVIII); "Liber I Antiquitatum n. 557 / Diversorum A 2355" (Mas). Caplletra "I" ornamentada: 25 mm.

ACB, LA.I, n. 557, f. 206a-b. Còpia de mitjan segle XIII. Encapçalament de foli: "Sacristie". Rúbrica: "Carta de Penedes apud Sanctum Cucuphatem de Gar-/ricis". Interior recto: "DXVII" (s. XIII-XIV); "n. 557" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini / 1083" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus C: 13 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 155, n. 1022.

*In Christi nomine. Ego Umbertus, dante Deo sanctę Sedis Barchinone pontifex, omnisque grex canonicorum<sup>a</sup> predictę Sedis donatores sumus tibi Guifredo Ermemiro et coniugi tue, nomine <sup>β</sup> Elliardis, femine. Damus quoque vobis<sup>b</sup> per hanc cartam precariam modiatas III terre ereme et inculte. Predicta vero terra est in Penitense, in loco vocitato<sup>c</sup> Sancti Cucufati<sup>d</sup> Garricis. <sup>β</sup> Advenit nobis donatoribus per vocem nostre matris ecclesię et Canonice vel qualicumque alio modo. Terminatur autem ab oriente in terra de Guanelgaudus Mironi, de meridie in <sup>α</sup> vineas de iam dicto<sup>e</sup> Umberto episcopo, et de occiduo in ipso rego qui discurrit per tempus pluviarum et in alodio de comite, et circio in istrada publica. Quantum predicti isti <sup>β</sup> termini ambiunt atque circumeunt, sic damus vobis: nostram predictam terram ad plantandum, in tali quoque modo: ut eam bene plantetis et circumvalletis et advineętis, et omnes eius <sup>β</sup> laboraciones<sup>f</sup> ei annuatim detis, per hos septem<sup>g</sup> annos qui sunt venturi. De omnibus vero fructibus, quos Deus ibi dederit, per unumquemquem annum, dabitis nobis fideliter ipsum quartum <sup>γ</sup> semper aut successoribus nostris, exceptus una advineatio, qualecumque volueritis accipere, inter predictum terminum. Si vero vobis<sup>b</sup> necessitas<sup>i</sup> vendendi evenerit hoc, si redime-<sup>β</sup>re nos voluerimus aut succesores<sup>j</sup> nostri voluerint, licitum abeamus. Et si noluerimus aut noluerint, licentiam<sup>k</sup> abeat<sup>i</sup>s vindere aut vestri consimiles, qui donent similiter <sup>β</sup> nobis fideliter ipsum quartum per unumquemquem annum, semper. In hoc vero quod supra insertum est, non facietis ullum alium senioraticum nisi nostrum aut succesorum<sup>l</sup> nostrorum. Vos vero si <sup>α</sup> hoc non adpleveritis ad predictum terminum, dabit<sup>i</sup>s nobis aut succe\ssoribus nostris uncias IIII auri Barchinone.*

*Et postea sit factum. Si vero nos donatores aut aliquis <sup>/1</sup> utriusque sexus homo voluerimus di's/rumpere hoc adfringere, nil nobis valeat nec illi, set componamus aut componant nobis<sup>m</sup> predicta omnia in duplo cum omni sua me-<sup>/2</sup>lioratione (in duplo)<sup>1</sup> et sit semper firmum.*

*Actum est hoc XIII kalendas december,<sup>n</sup> anno XXIII regnante Philipo<sup>o</sup> rege.*

*\*Umbertus episcopus +\*. <sup>/3</sup> \*S+ Oliva capitiscole\*. \*+ Bernardus archidiaconus\*. <sup>/4</sup> \*S+ Mironis Donucii\*. \*S+ Guilaberti levite\*. \*S+ Arnallus clerici\*. \*S+ Petrus subdiachoni\*. <sup>p</sup> <sup>/5</sup> \*S+m Miro levita\*. \*S+ Berengarii levite, qui et caputscole\*. \*S+ Guillemon<sup>q</sup> levite\*. \*S+ Remundi levite, qui et iudicis\*. <sup>/6</sup> \*S+ Stephanus levite\*. <sup>r</sup> \*S+ Remundi levite\*. <sup>/7</sup> \*S+ Poncii sacricustos\*.*

*<sup>/8</sup> Guilielmus clerici, qui ista paginola scripsit cum litteras raras et super positas die et anno ssss quo supra.*

1. *Raspat.*

LA. a. canonicorum. b. *Asota hi ha tibi.* c. *Sota la a hi ha una e.* d. *Cucuphati.* e. *Sota la o hi ha una a.* f. *laborationes.* g. VII. h. *A sota hi ha tibi.* i. *necessitas.* j. *successores.* k. *licenciam.* l. *successorum.* m. *vobis.* n. *decembris.* o. *Philipo.* p. *Al davant de la de Mironis Donucii.* q. *Guilelmi.* r. *Al darrere de la signatura següent.*

## 1415

1082 novembre 26

*El bisbe Umbert de Barcelona i els canonges de la Seu donen al levita Ponç Geribert, també canonge, i a la seva mare Raquel una peça de terra situada al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu de Palomar, al costat de Vilapicina, sobre la Ventosa, per tal que hi plantin vinya durant els primers set anys i en prestin el quart i el delme anuals.*

ACB, perg. 1-2-737. Original. Pergamí, 133 × 386 mm. Al verso: "Pecia (?) quam Poncius accepit ab Umberto episcopo" (s. xi); "XLVI" (s. xiii); "n° 216"; "Stabliment fet per lo Bisbe y Capitol de la Seu de Barchinona a Pons Giribert, levite, canonge de dita Seu, de terra à St. Andreu de Palomar, prop Vilapissina, a prestacio de la quarta part dels fruyts y delme" (s. xvii); "Mitja Escala, Armari 2, n. 737" (Caresmar); "Antiquit. II 167" (Mas); "1082" (F-B). Caplletra "I" que ocupa unes cinc ratlles.

ACB, LA.II, n. 167, f. 60d-61b. Rúbrica: "Carta de Ventosa et Villa Piscina in parrochia de Palomar". *Inter columnas verso*: "n. 167" (Caresmar). *Exterior recto*: "Anno Domini 1083" (s. xviii). Caplletra "I" que ocupa unes quinze ratlles.

Regest: Mas, *Notes*, vol. X, p. 156, n. 1023.

*In nomine Domini. Ego Umbertus, gratia Dei barchinonensis Sedis episcopus, et omnes clericorum cetus prenominate sedis, bono*



*animo promtaque<sup>a</sup> voluntate, donatores sumus pariter tibi Poncio Giriberti, levite, nostre Sedis canonico,<sup>1-b</sup> et Richeldi, matris<sup>2</sup> /<sup>e</sup> tue, vestreque progenie<sup>c</sup> atque posteritati. Sit etiam manifestum quia per hanc scripturam istius nostre donacionis<sup>d</sup> damus vobis prenomminatis Poncio Giriberti et Richeldi, matris<sup>3</sup> \tue/, peciam<sup>e</sup> I terre ad complantandum vineam per precariam, nostram propriam. Quam /<sup>e</sup> habemus in territorio barchinonensi, in parrochia Sancti Andreę apostoli de Palumbario, iuxta Villam Piscinam, super ipsam Ventosam. Advenit autem nostre canonice hec pecia<sup>f</sup> terre, quam vobis damus ad complantandum vineam, per vocem Sancti Michaelis<sup>g</sup> atque fidelium col-<sup>h</sup>/lacione<sup>b</sup> sive largicione<sup>i</sup> vel aliis quibuslibet modis. Habet autem terminum hec pecia<sup>f</sup> terre ab oriente in terra tua sive in via qui pergit Barc<sup>h</sup>/inona, a meridie in predicta via sive in vinea Guilelmus Geriberti, ab occiduo in vinea predicti Guilelmi sive Bernar<sup>l</sup>/di Suniarii,<sup>4</sup> /<sup>e</sup> a c<sup>v</sup>/rcio in terra tua [espa<sup>i</sup> en blanc: ±23]. Quantum prenomminati termini terminant atque concludunt, sic damus tibi Poncio Giriberti et Richeldi, matris tue.<sup>5</sup> predictam peciam<sup>k</sup> terre ad integrum, simul cum ingressibus et egressibus eius, ut ibi /<sup>e</sup> vineam edificetis atque plantetis et ad culturam optimam<sup>l</sup> perducatis, sicut mos est cultoribus huius terre, intra hos VII primos annos venturos, ut dicant veri et boni cultores quod eadem vinea bene plantata est et advineata atque /<sup>e</sup> ad culturam optimam<sup>m</sup> perducta; atque donetis vos, quamdiu vixeritis et progenies<sup>n</sup> atque posteritas vestra post vos, nostre canonice et nobis sive successoribus nostris quartam fideliter partem ex eadem vinea simul et decimum ad integrum, /<sup>e</sup> absque ullius contrarietatis obstaculo. Neque habeatis licentiam<sup>o</sup> propter predictam vineam alium senio<sup>r</sup>em sive senioraticum facere aut proclamare nisi nos aut successores nostros. Et si vobis necessitas evenerit vendendi vel inalienandi, /<sup>e</sup> hoc facietis ad homines vestri consimiles, qui reddant nobis sive successoribus nostris, per unumquemque annum, superius comprehensum censum. Quisquis vero ex utraque parte, tam videlicet donatorum quam acceptorum, donacionem hanc sive scripturam /<sup>o</sup> in aliquo sollicitare ausus fuerit sive rescindere aut in aliquo dimovere, componat illi parti, cui fuerit ausus iniuriam inferre, uncias III auri puri. Atque postmodum, impletis universis que ad vineam pertinent, /<sup>o</sup> scriptura hec robor obtineat perhenniter valiturum.*

*Que facta est VI kalendas decembris, anno XXIII regni Philippi regis.*

*\*Umbertus episcopus +\*, /<sup>2</sup> s+ Ardenchus levite, /<sup>3</sup> s+ Mironis Donucii, s+ Guilaberti levite, s+ Guilelmi levite, /<sup>4</sup> \*s+ Mironis pres-*

*biteri\**, \*+ Bernardus archidiaconus\*, \*s+ Remundi Dalmacii\*,<sup>p</sup> \*s+ Bernardus clerici\*, /<sup>5</sup> s+ Arnallus clerici, s+ Berengarii levite qui et caputscole, \*s+ Oliva caputscole\*, /<sup>6</sup> s+ Petri subdiaconi,<sup>q</sup> \*+ Dalmacii clerici\*,<sup>s</sup> \*s+ Stephanus levite\*, /<sup>7</sup> qui hanc donacionem fecimus et firmavimus et testes firmare rogavimus>.

/<sup>8</sup> \*S+ Mironis sacerdotis\*. \*S+ Poncii sacricustos\*.

/<sup>9</sup> S+m Arnaldus presbiter, qui hec scripsit cum literis rasis et emendatis in linea I et supra positis in linea II et rasis<sup>u</sup> et emendatis in linea V, et scripsit die et anno quo supra.

1. Sota la o hi ha una e. 2. Sota Richeldi matris hi ha un text raspat. 3. Sota Richeldi matris hi ha un text raspat. 4. Interlineat de forma vertical. 5. Richeldi matris tue raspat.

LA. a. prompta. b. canonice. c. proieniei. d. donationis. e. petiam. f. petia. g. Michelis. h. collatione. i. largitione. j. petia. k. petiam. l. petiam. m. Segueix perducatis sicut mos est cultoribus huius terre. n. proienes. o. licenciam. p. Dalmatii. q. subdiaconi. r. Dalmatii. s. levite. t. litteris. u. Segueix et rasis repetit.

## 1416

1082 novembre 30

*El vescomte Udalard [II de Barcelona] i la seva muller Guisla donen a Andreu Gelabert, sabater, i a la seva descendència unes cases amb cortal, hort i arbres de diverses classes, situades dins les muralles de Barcelona, al costat del Miracle, a canvi de 14 mancusos d'or de València i d'un cens anual de 4 mancusos d'or d'octava, en moneda de Barcelona, per la festa de Pentecosta.*

ACB, perg. 3-38-8 (d). Còpia, 12 gener 1154. Pergamí, 175 × 238 mm. El document presenta dos petits forat en la part central superior. Al verso: "XXVIII" (s. XVI); "Prapositura novembris, St. 38, n' 8 (d)" (1936-1939); "Senyal vert, 8 (d)" (F-B). Caplletra "H": 10 mm.

*Hoc est translatum scripturę donationis, quam fe[cit] Udalardus vicecomes et uxor sua Guilia comitissa ad Andream Guilbertum sutorem /<sup>2</sup> de domibus suis, cuius series sic se habetur.*

*In nomine Domini. Ego Udalardus vicecomite et uxori mea Guilie vicecomitissa donato-<sup>3</sup>res sumus tibi Andreas Guilberti sutori et progeniei atque posteritati tue. Manifestum<sup>1</sup> etiam quia per hanc scripturam istius nostre donationis donamus /<sup>4</sup> tibi et predictis personis domos nostras cum solis et suprapositis, cum hostiis et ianuis, cum curtello et orto, cum arboribus diversi generis, simul cum parietibus /<sup>5</sup> sive petris magnis et minimis. Est autem prefata*

omnia intra menia urbis Barchinone, iuxta ipsum Miraculo. Et donamus illud tibi iam dictis <sup>16</sup> personis in tali modo: ut condirigas illud et construas. Advenit autem mihi, ad me Udaldus, per genitorum meorum, uxori autem mee prenominate ad-<sup>17</sup>venit per suum decimum et per comparisonem sive per aliis quibuslibet vocibus sive modis. Terminantur autem predicta domus cum curtello et orto a par-<sup>18</sup>te orientis in carrera, a meridie in domibus que tenet \Petrus/ Guilielmus baptidato per nos et in parietibus domorum Guilelmi Radulfi, ab occiduo in ipso Miraculo <sup>19</sup> et in domibus nostris, a circii in domibus Sancti Petri cenobii de Clunieg. Hoc vero totum, sicut predicti termini concludunt et prefati termini terminant, sic don\a/<sup>20</sup>mus tibi predicto Andrea et iam dictis personis: prefata omnia, sicut supra insertum est, pariterque cum omnibus eius ingressibus et egressibus. Et de nostro iure in tuum tra-<sup>21</sup>dimus dominium et potestatem, tali quoque modo et ordine: vero tibi nec illis personis non sit licitum alium senioresem sive senioraticum facere vel proclamare <sup>22</sup> in iam dicta omnia nisi nos aut illos qui hec habuerint per nos. Accepimus quoque a te Andreas propter hanc donationem mancosos XIII auri de <sup>23</sup> Valencia in precio. Nos quoque donatoribus sive nostris successoribus dabis tu et predictae persone per unumquemque annum, ad festum Pentecosten, <sup>24</sup> mancosos IIII auri de octava monete curribile Barchinone, unusquisque de predictis mancosis ad pensum unius argencii, per censum predicta omnia. <sup>25</sup> Si vero tibi predicto Andrea et iam dictis personis fuerit necesse hoc vendere vel inalienare, non vendideris nec vendiderint nisi nobis aut nostris <sup>26</sup> successoribus, sicut a bonis hominibus iuste et legitime fuerit appreciatum. Nos vero donatores sive nostris successores, si inter XXX dies quibus <sup>27</sup> commoniti fuerimus sive fuerint, noluerimus sive noluerint emere iam dicta omnia cum omni hoc quod ibi habueris constructum sive fac-<sup>28</sup>tum, habeas sive habeant potestatem vendendi et inalienandi predicta omnia hominibus tuis similibus, et non ulli militi sive principi, qui <sup>29</sup> nobis vel nostris successoribus tribuant predictum censum in prelocuto termino. Hanc vero scripturam istius donationis quisquis vero, tam videlicet donatorum <sup>30</sup> quam acceptorum, si voluerit disrumpere vel infringere, componat alteri parti cui hoc fecerit in duplum. Et postea sic maneat fir-<sup>31</sup>ma omni tempore.

Actum est hoc (I)<sup>2</sup> II kalendas decembris, anno XXIII regni philippi.

Udaldus vicecomes, s+ Guilie vice-<sup>32</sup>comitisse, nos qui hanc donationem fecimus et firmamus et testibus eam firmari rogamus.

<sup>123</sup> S+ Petronis Guilelmi. S+ Remon Seniofredus. S+ Poncius Gerrallo.

<sup>124</sup> S+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit cum litteris rasis et emendatis in linea I<sup>a</sup> et II et XI, die et anno quo supra.

<sup>125</sup> S+ Burrulli Torro, s+ Durisacci Pellicerii, s+m Petri presbiteri, nos qui huic translatio-<sup>126</sup>ni presentes adfuimus.

<sup>127</sup> S+m Petri de Corron, scriptoris, qui hunc translatum rogitus scripsit II idus ianuarii, anno <sup>128</sup> XVII regni Lodoyci iunioris.

1. Sota la M hi ha una A.
2. Raspat.

## 1417

1083 gener 28

*Donació de la desena part de tots els béns mobles i immobles de Pere Geribert a favor de la seva muller Garsenda, en concepte de dot.*

ACB, LA.II, n. 303, f. 99c-d. Rúbrica: "Hoc est dos quam Petrus Girbertus facit Garsendi uxori sue". Exterior verso: "n. 303" (Caresmar). Inter columnas verso: "Anno domini 1083" (s. xviii). Caplletra "T" ornamentada, tipus F: 9 línies.

Regest: Mas, Notes, vol. X, p. 157, n. 1025.

*In nomine Domini. Hec est scriptio dotis quam fecit vir idoneus, cui nomine est Petrus Geriberti, animide sponse sue Garsendi femine. Divini enim operis non ignarus, supra nominatus vir strenuus, qualiter ab initio creationis humane noluit hominem solum vivere Deus, constituens ex latere protopatris uxorem illi, et qualiter a Domino per presenciam humanitatis assumpte et divinitatis unite sanctificate sunt nupcie necnon et ab apostolis eius ordinate, maluit coniugali conubio operam dare quam uri. Unde assumens prefatam puellam, nobili satis prosapia ortam, in coniugio sibi retentandam, fecit illi de omnibus rebus suis, tam mobilibus quam immobilibus, quas odie abet aut abincebs adquisiturus est, decimi donationem, ut, sicut lex Gotorum continet, per huius donationis titulum hec eadem puella in coniugium assumpta rite possit hec omnia defendere et legaliter obtinere. Quicumque enim hoc disrumpere voluerit, componat in triplum que malo ordine disrumpere presumpserit. Et insuper hoc maneat firmum omne per evum.*

*Que facta est V kalendas februarii, <sup>121</sup> anno XXIII regni Philippi regis.*

*S+m Petrus Geriberti, qui hanc dotem sive donacionem libenter facit et sponte firmat atque testibus eam suppliciter firmari rogat.*

*S+m Raimundus Guilelmi. S+m Guilelmi Bonifilii. S+m Mironi Iotoni.*

*S+ Poncii levite, qui hoc scripsit et sub sss subscripsit die et anno quo supra.*

## 1418

1083 març 21

*Guisla, muller del difunt Bernat Guillem de la Roca, i el seu fill Ponç Bernat fan donació a favor de la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia de la Seu de Barcelona d'uns alous situats al comtat de Barcelona, al territori del Vallès, al costat del lloc que anomenen Lloberes.*

ACB, LA.III, n. 74, f. 26b-c. Rúbrica: "Guilia de Antigua et sui dederunt Canonice alodia prope Luberes, in Villanova". *Inter columnas recto: "n. 74" (Caresmar). Caplletra "R": 3 línies.*

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 157, n. 1026.

*Res donate, si in presenti tradite sunt, nullo modo postmodum repetantur a donatore. Propterea ego Guilia femina, coniunx que fuit Bernardi Guielmi de ipsa Rocha, et filius meus, Poncius Bernardi, ob amore Dei et animarum nostrarum sive parentum nostrorum remedium, in sempiterni regis nomine, donatores sumus Domino Deo et Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie. Sit etiam manifestum quia per hanc scripturam istius nostre delibere donationis damus Domino Deo et prelocute Canonice alodia nostra, culta sive inculta, cum universis rebus que infra iam dicta alodia que quocumque modo nominari possunt ab humano ore vel comprehendendi. Sunt autem iam dicta alodia in comitatu barchinonensi, in territorio vallensi, iuxta ipsum locum qui nuncupatur Luparias. Advennerunt autem michi prefate Guilie per vocem mei viri iam dicti et mihi vero Poncio, eius filio, per laxationem sive donationem Bernardi Guielmi, predicti mei ienitoris. Habent autem terminos sive affrontationes a parte orientali, de<sup>l</sup> meridie in alodio iam dicte Canonice, ab occiduo similiter in alodio prelocute Canonice et in riera, de circio in alodio eodem modo de predicta Canonica. Quantum autem iam dicti termini concludunt atque terminant, totum ad integrum, sic damus Domino Deo et iam dicte Canonice atque cum universis illorum ingressibus sive regressibus. Per hanc scripturam istius nostre donationis (si nos donatores)<sup>2</sup> solide et delibere sic tradimus in potestatem et dominium predictae Canonice, ad faciendum*

*inde quicquid placuerit clericis iam dicte Canonice. Hanc quoque scripturam istius nostre donationis si nos donatores aut aliquis utriusque sexus vel hordinis homo dirumpere sive <sup>f</sup> infringere voluerimus sive voluerit, componamus sive componat clericis prescripte Canonice predicta omnia in duplum. Et postmodum hoc maneat semper firmum.*

*Actum fuit hoc XII kalendas aprilis, anno XXIII regni regis Philippi.*

*S+m Guilie femine, s+ Poncii Bernardi, nos qui hanc scripturam istius nostre donationis firmavimus et testibus eam firmari rogavimus.*

*S+m Petri Bertrandi. S+m Guilelmi Bernardi. S+m Guilelmi Mironis. S+m Petri Guitardi.*

*S+m Mironis Donutii, qui hoc scripsit et subscripsit die et anno quo supra.*

1. *Sota la d hi ha una i.*
2. *Expuntuat.*

## 1419

1083 març 23

*El bisbe Umbert i els canonges de la Santa Creu de la Seu de Barcelona donen a Guisla, muller del difunt Bernat Guillem de la Roca, i al seu fill Ponç Bernat uns alous situats al comtat de Barcelona, al terme del Vallès, al costat del lloc que anomenen Lloberes, que tindran mentre visquin a canvi de la tasca anual de tots els fruits.*

ACB, LA.III, n. 43, f. 19b-c. Rúbrica: "Canonica dedit Guilie de Rocha tantum in vita sua alodium prope Luparias". *Inter columnas recto*: "n. 43" (Caresmar); "Anno Domini 1083" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 16 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 157-158, n. 1027.

ACB, LA.III, n. 75, f. 26c-d. Rúbrica: "Canonica concessit domine Guilie tenere supra dicta alodia tantum in vita sua". *Exterior verso*: "n. 75" (Caresmar); "Anno Domini 1080" (s. XVIII). Caplletra "H" ornamentada, tipus A: 5 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 158, n. 1028.

*Ir<sup>a</sup> Dei sempiterni regis nomine. Ego Umbertus, annuente divina gratia, sancte Sedis barchinonensis pontifex, pariter cum cuncta clericorum congregatione michi<sup>h</sup> subdita, donator sum tibi Guilie femine, coniugi que fuisti Bernardi Guilelmi de ipsa Rocha, et filio tuo Poncio<sup>r</sup> Bernardi. Sit etiam manifestum quia per hanc scripturam istius nostre donationis damus alodia nostra, culta sive*

*inulta, cum universis rebus que sunt infra predicta<sup>d</sup> alodia, que quocumque <sup>h</sup> modo nominari possunt ab humano hore vel comprehendi. Sunt autem iam dicta alodia in comitatu barchinonensi, in territorio Vallensi, iuxta ipsum locum qui nominatur Luparias. Advenerunt autem nobis prefata alodia per deliberam donationem quam vos nostre Canonice fecistis. Habent autem terminos sive affrontationes a parte orientali(s)<sup>i</sup> in alodio prelocute Canonice, de meridie in alodio iam dicte Canonice, de meridie in alodio iam dicte Canonice, ab occiduo similiter in alodio predictae Canonice et in riera de Mugente,<sup>e</sup> de circio eodem modo in alodio nostre prescripte Canonice. Quantum autem iam dicti termini concludunt atque terminant, totum ad integrum, sic damus vobis ambobus prenominatis cum eadem decima de fructibus prelocuti alodii, in tali videlicet modo et ordine: ut habeatis hoc totum et possideatis, dum in hac seculari vita vixeritis, exceptus ipsam tascham quam ad opus nostre prelocute Canonice reservamus; et post nostrum discessum ab hoc seculo, ut solide et delibere, sine ullius rei impedimento, revertatur ad prenominatam Canonicam. Hoc vero totum, sicut superius prelocutum est, de iure<sup>f</sup> nostre Canonice sic tradimus in vestrum dominium et potestatem. Hanc ergo scripturam istius nostre donationis quisquis homo cuiuscumque ordinis disrumperet<sup>g</sup> sive infringere voluerit, componamus sive componat vobis predicta omnia in triplum. Et postmodum hoc maneat semper firmum.*

*Factum fuit hoc X kalendas aprilis, anno XXIII<sup>h</sup> regni regis Philippi.*

*Umbertus<sup>i</sup> episcopus +. S+<sup>j</sup> Raimundus levite, qui et iudicis. S+<sup>k</sup> Petri Girberti subdiachoni. S+<sup>l</sup> Berengarii levite, qui et caputscole. S+<sup>m</sup> Petri presbiteri. S+<sup>n</sup> Guadallus presbiteri. S+<sup>o</sup> Raimundi levite. S+<sup>p</sup> Guitardi presbiteri. S+<sup>q</sup> Poncii sacricustos. S+<sup>r</sup> Mironis sacerdotis. S+m<sup>s</sup> Guilelmi levite.*

*S+<sup>t</sup> Mironis Donutii, qui hoc scripsit et subscripsit die et anno quo supra.<sup>u</sup>*

1. *Expuntuat.*

LA.III, n. 75, f. 26c-d. a. *Precedeix:* Hec est scriptura donationis domni Umberti episcopi atque canonicorum Sancte Crucis cuiusdam femine facta filioque suo Poncio Bernardi de ipsa Rocha fideliter translata et probata, presentibus subterius annotatis testibus. b. mihi. c. Pontio. d. iam dicta. e. Mugent. f. nostre iure. g. disrumperit. h. XX<sup>o</sup>III<sup>o</sup>. i. *Afegeix* Sig+num. j. Sig+num. k. Sig+num. l. Sig+ num. m. Sig+num. n. Sig+num. o. Sig+num. p. Sig+num. q. Sig+num. r. Sig+num. s. Sig+num. t. Sig+num. u. *Afegeix:* Factum fuit hoc XII kalendas marcii, anno XLVII regni regis Philippi. Sig+m Dalmatius Richerii. Sig+m Reimundi Giriberti. Mironis sacer, prolis Sendredi. Sig+m Querus sacer, qui hoc scripsit in sub die et anno quo supra in VIII<sup>o</sup> linea literas dampnatas.

1083 abril 10

*Umbert, bisbe de Barcelona, amb els seus canonges, i el comte Ramon Berenguer fan donació a Déu i a l'hospital de pobres de la Seu, per la salvació de les seves ànimes, de diverses peces de terra en llocs diferents dels voltants de Barcelona.*

ACB, LA.I, n. 756, f. 283a-d. Rúbrica: "Carta quod Umbertus episcopus et Berengarius Raimundi comes heredaverunt hospitem sicut in hac carta et aliis continetur". Interior recto: "n. 756" (Caresmar). Inter columnas verso: "Anno Domini 1083" (s. XVIII). Caplletra "Q" ornamentada, tipus G: 5 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 158-159, n. 1029.

*Quoniam de nostris facultatibus vel maximis rebus aut etiam dignis multimode auxilium nostre misericordie atque pietatis misericorditer debet occurrere pauperum Christi necessitatibus sive penuriis, ab omnipotenti Deo sancctum evidentissime reperitur, sicut a nostris reverentissimis patribus traditur et in divinis legibus continetur. Ipse etiam Salvator noster, providens comoda humane salutis, generaliter in suo sacro Evangelio dicit omnibus hominibus: "Si vis perfectus esse, vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni sequere me." Alio in loco ipse etiam ait: "Misericordiam volo magis quam sacrificium." Ergo qui averterit aurem suam a clamore pauperibus, clamabit<sup>1</sup> et a Domino non exaudietur, cum necesse ei fuerit. Fideles namque, fidei ardore et amore Christi succensi, eorum mundanas possessiones sanctis Dei habitaculis sive peregrinorum hospiciis libenter tribuerunt, ut his et milites Christi alerentur et pauperes sive peregrini recrearentur et captivi redimerentur. Quapropter ego Umbertus, annuente divina gratia, sancte sedis barchinonensis pontifex, cum omni meorum clericorum collegio, pariterque domnus noster Berengarius Raimundi, divino munere barchinonensis urbis comes et marchio, cunctisque utriusque ordinis homines qui de eorum terrenis facultatibus in hac nostra fraterna donatione quaecumque partem comiserint vel etiam in quocumque tempore nostri participes esse voluerint, ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, iam dudum humatorum, misericorditer oculos nostri cordis respicimus ad opera Dei et nolumus aures nostras a clamore pauperis avertere, ut, nobis clamantibus, in extrema iudicii die a Domino mereamur audire: "Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum ab origine mundi." Idcirco in Dei eterni regis nomine, qui iusticiam diligit sine tempore, donatores sumus Domino Deo et omnium<sup>2</sup> pauperum atque peregrino-*



rum hospitali habitaculo, <sup>h</sup> quod videtur esse situm intra menia prefate urbis, iusta introitum prelocute sancte sedis, subtus nostro<sup>3</sup> eodem dormitorio, quod est ad plagam septemtrionalem et detinet se cum ipso prelocute civitatis muro. Sit etiam universitati hominum, tam presencium quam futurorum, plenius patefactum quia donat prefatus pontifex, nomine Umbertus, iam dicto pauperum habitaculo atque ospitio petiam unam terre, que est in suburbio barchinonensi, iuxta littore maris, subtus ecclesia Sancte Eulalie foras urbis Barchinone muros posita, sicut terminatur ab ipsis duobus itineribus predicta pecia<sup>4</sup> terre. Item donat prefatus pontifex predicto fratrum ospitio duas modiatas terre atque vinee iusxta locum qui ab antiquis nominatur Sanctis, latus ipsas vineas Ermengaudi Bernardi clerici, et alias duas modiatas terre atque vinee que sunt prope mansionem, que fuit Raimundi Raimundi, quam condirexit in ipsis Vinealibus. Donat ergo iam dictus Berengarius, gratia Dei comes, prelocuto hospitali habitaculo VIII<sup>p</sup> modiatas terre et IIII<sup>or</sup> modiatas vinearum, cum eadem terra in qua sunt fundate et amplius, que videntur esse in territorio barchinonensi, in separatis locis posite, sicut in ipsius (s)<sup>5</sup> donationis scriptura continetur, a parte quam ipse manu propria corroboravit sive tradidit.

Quidam istius urbis incola, nomine Durandus Blandrici, tribuit prefato ospitio petiam unam terre, que se detinet cum prefato comitali alodio. Raimundus vero Cherucii, clericus, nostre Canonice canonicus, cui a Domino sit data sempiterna requies, dimisit ibi quatuor modiatas inter terras et vineas in suo testamento. Item ergo Guitardus Boecii, clericus, confert ibi modiatam unam terre atque vinee, que est prope de ipso loco, nominato Perilione Miro Guilelmi, eodem modo clericus, deliberat ibi ipsas vineas, scilicet duas modiatas que sunt in Serriano, quas ei dimisit Udalricus sacer, quas tenuisset in sua vita et postmodum fuissent de predicto ospitali. Raimundus vero Donucii et Berengarius, frater eius, tribuunt ibi modiatam unam terre atque vinee, que est in parrochia Sancti Andree <sup>h</sup> de Palumbario. Item ergo Raimundus Mironis, filius Mironis Sendredi, donat ibi mediam modiatam terre atque vinee ad Inforcatos. Prenominatus quidem pontifex Umbertus, cum omni suorum/ clericorum grege, donat etiam insuper predicto pauperum habitaculo tres modiatas vinearum in Monte Iudaico, et alias tres modiatas vinearum in territorio nuncupato Rixacho, cum ipsa eadem terra in qua sunt fundate, que sunt cum ipso predicti ospitalis avere edificate.

Cuncta vero que superius comprehensa<sup>6</sup> sunt, nominatim que nos prenominati donatores delibere et solide per hanc istius nostre

*donationis scriptura damus Domino Deo atque prelocuto pauperum ospitio, obinde facimus ut nobis sive illis aliis hominibus qui ab hodierna tempore in antea nobiscum quaecumque partem de eorum rebus in hac donatione commissuri sunt, omnipotens Dominus, qui est pius et propicius, tranquille ac quiete dignetur omnia nostra delicta nobis sive illis indulgere sive omnibus parentum nostrorum condam ab hac luce desinencium animabus, et inter etheras sedes cum suis angelicis civibus faciat nos in perpetuum fruire bonis celestibus. Et quod predictum habitaculum quod videtur esse peregrinorum sive pauperum Christi refrigerii portus atque requies secure atque quiete possideat atque detineat integritate predicta omnia omni in tempore sine nullius rei diminutione. Quicumque vero utriusque ordinis homo fuerit, qui presumptivo modo tam nefaria ausus tangere temptaverit, ut hanc nostram predictam pauperum donationem sive divinam oblationem velit disrumpere aut diminuere aut in aliquid aliud mutare sive evertere, sine ullius temporis intermissione ex parte Dei omnipotentis et apostolica auctoritate beati Petri, apostolice sedis principis, sive a prefate Canonice nostre clericis atque pontificibus inrecuperabiliter sit anathematizatus et ille, similis Iuda proditoris Domini factus, in voragine Inferni dimersus, a tocius sancte Dei ecclesie liminibus sequestratus sive ab omni christiane religionis consorcio separatus, tamdiu maneat maledictus atque damnatus et a sacro corporis Christi comunione alienatus, usquequo recte et digne satisfaciat quodcumque male egerit predicto ospitio libens aut invitus, et sit ab omni anathematis vinculo solutus.*

*Facta istius nostre donationis scriptura IIII idus aprilis, anno XXIII regni regis Philippi.*<sup>7</sup>

1. Sota la b hi ha una t. 2. Hi ha un senyal que indica on s'ha d'inserir al text. 3. Hi ha un senyal que indica on s'ha d'inserir al text. 4. Hi ha un senyal que indica on s'ha d'inserir al text. 5. Expuntuada. 6. Hi ha un senyal que indica on s'ha d'inserir al text. 7. El document acaba d'aquesta manera. Hi manquen les signatures i la subscripció de l'escrivent.

1421

1083 abril 26

*Cixela fa donació a Sant Fruitós de Castellterçol d'un alou amb casals, d'altres alous i arbres situats al comtat de Manresa, a la mateixa parròquia de Sant Fruitós, al Solà.*

ACB, perg. 1-4-285. Original. Pergamí, 80 × 423 mm. Restaurat. Al verso: "Saeculi XI" (s. XVIII); "1083"; "Diversorum C (b) 285 / Carpeta 1" (Mas). Caplletra "I" ornamentada: ±40 mm.

*In nomine Domini. Ego Cixela donator sum a Domino Deo et Sancti Fructuosi de Chastrum Terccol de ipsum meum alaudium, id sunt, chasals cum ipsos aludios qui ibidem sunt et cum arbores de diversis / i[e]neribus. Per hanc scriptura donaci<o>nis mea dono ipsum alaudem, propter Domini<sup>1</sup> et remedium anime<sup>2</sup> meę, ad proprium, cum ingresis et exitibus earum, qui mihi<sup>3</sup> advenit per com-<sup>ß</sup>paracione aud per qualicumque voces. Et est hec omnia in cho- mitatu Minorisa, in parrochia Sancti Fructuosi supra scripto, ad ipso Sola. Et afrontat ipso aludio supra scrip-<sup>4</sup>to a parte orientis ad ipso rio Chardones vel in ipso molino que vochant Cuca, et de meridie in ipso rio iam dicto Chardones, et de occiduo<sup>4</sup> in aludio de me / donatore, a parte vero circii in ipsa strada. Quantum iste quatuor affrontaciones includunt, sic dona ipso aludio supra<sup>5</sup> scripto, sicut superius resonad, / \in sacrificiis/. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia de meo iuro in tuo tradimus Domino Deo et suis sanctis ad proprium. Quod si ego donator aud ullusque omo au quis contra hanc / [i]sta charta donacione inquietare voluerit, non hoc valeat vindichare, set componat in duplo cum suam immelioracione. Et in antea ista carta dona-<sup>6</sup>cio firma permaneat modo et omnique tempora.*

*Hactum est hoc VI kalendas mai, anno XXIII regni Ppilipii<sup>6</sup> regis.*

*Sig+num Cixela, qui ista donacione / fecit scribere et firmavid et firmare rogavi.*

*Sig+num Ioccfre. Sig+num Udalard. Sig+num Iovan. Sig+num Gerall sub clerico Mo-<sup>10</sup>monio.*

*Reimundus sacerdos, qui ista donacione scripsit in prefato die ss vel anno, in VI linea supra scr-<sup>11</sup>iptas literas.*

1. Sota la d hi ha una e. 2. Abreviatura superflua. 3. Entre la h i la i hi ha una taca de tinta. 4. Entre la o i la c hi ha una h plena de tinta que sembla anul-lada. 5. Sobre la p hi ha un altre signe d'abreviatura. 6. Per Philipii.

## 1422

1083 abril 27

*Alamany, fill d'El-liarda, torna a la Canònica de Santa Creu un alou situat al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu, que la seva mare havia deixat a Déu i que ell havia pres injustament.*

ACB, LA.II, n. 142, f. 53c-d. Rúbrica: "Carta quod Icardis de Gelida reddidit Canonice alodium quod iur suus abstulerat in parrochia Palomar". Exterior verso:

"n. 142" (Caresmar). *Inter columnas verso*: "anno Domini 1087" (s. xviii). Capletra "N" ornamentada, tipus B: 18 línies.

Regest: MAS, *Notes*, vol. X, p. 159-160, n. 1030.

*Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam et futuris, qualiter Elliardis femina, filia condam Bonifilii de Gelida, dimisit in suo testamento alodium suum proprium, quod habebat in territorio barchinonensi, in parrochia Sancti Andree, Domino Deo et Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie et Sancte Cucuphatis cenobio. Postea vero filius eius Alamannus abstulit supra dictum alodium iniuste, et retinuit eum quamdiu iuxit, et dimisit eum sue uxori Sicardi similiter iniuste. Idcirco ego iam dicta Sicardis, recognoscens hanc iniusticiam, bono animo promptate voluntate, dono et dimitto atque evacuo omne supra dictum alodium Domino Deo et predicte Canonice Sancte Crucis et iam dicto cenobio Sanctis Cucuphatis omnes meas voces, quas usque nunc iniuste retinui, propter Deum et remedium anime condam femine, prenominate Elliardis, et Alamanni, viri mei iam dicti, qui hoc iniuste abstulit, ut omnipotens Deus dimittat illis peccatum suum et mihi donet indulgentiam et remissionem peccatorum meorum. Habet namque predictum alodium affrontationes de parte orientis in flumine Bisocii et in colle Fenestreles, de meridie in littore maris, de occiduo in Colle vocitato Inforcads, de circio in iugis moncium. Quantum isti termini ambiunt, sic dono, dimitto atque evacuo, sicut superius insertum est, Domino Deo et Cannonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie et Sancte Cucuphatis cenobio, ut deinceps nec ego neque aliquis homo utriusque generis hanc donationem vel evacuationem requirere audeat, sed semper <sup>ad</sup> inconvulsa et stabilis permaneat modo et omni tempore. Si quis autem, quod absit, hoc disrumpere temptaverit, iram Dei omnipotentis incurrat et excommunicatus im perpetuum maneat et postmodum supra dicta omnia in duplo componat.*

*Facta carta donationis vel evacuationis V kalendas mai, anno XXIII regni Philippi regis.*

*Sig+num Sicardis, qui hanc donationem scribere feci, firmavi et testibus firmare rogavi.*

*Sig+num Petri Amelii. Sig+num Gerberti Bonucii. Sig+num Bernardi Raimundi. Sig+num Umberto. S+ Mironis sacerdotis. S+ Miro presbiter. Bernadus sacer sss. Umbertus episcopus, +.*

*Remundus, levita vel monachus, qui cartam donationis vel evacuationis scripsit sub die et notato tempore.*

*Ssss Acelatus sacer.*

## 1423

1083 juny 9

*Convinença entre els germans Pere Arnau i Ponç Arnau sobre un alou que llur pare havia donat a Pere, per la qual Ponç el defineix a favor del seu germà, a canvi de la meitat d'una peça de terra situada al Montedel.*

ACB, LA.II, n. 208, f. 73b. Rúbrica: "Compositio inter Petrus Arnalli et Poncius Arnalli, fratres, super hereditates eorum". *Inter columnas recto*: "n. 208" (Caresmar). *Exterior recto*: "Anno Domini 1083" (s. xviii). Caplletra "S" ornamentada: 3 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 160, n. 1032.

*Satis est manifestum qualiter contentio fuit inter Petrus Arnalli et Poncius Arnalli, utriusque fratres, de ipso alodio quod pater illorum dedit sive concessit ad prenominatum Petrum, et ut ipse Poncius definivit sive evacuavit et fratribus sive sororibus suis ad iam dictum Petrum. Contra eorum contenciones venit Gerbertus Ysarni et Gerbertus Primi et Guilelmus Gitardi et Petrus Gueriberti et Remundus Guilelmi et Berengarii Reimundi Betulone, et alii onesti viri qui ibi adfuerunt, et dederunt consilium et rogaverunt iam dictum Petrum ut dedisset ad Poncium, fratrem suum, medietatem unam petiam terre, qui est ad ipsum Montedel, ita ut tenuisset omnibus diebus vite sue, et diffinisset sive evacuasset prenominatum Poncium ad iam dictum Petrum aliam vicem omnem alodium qui fuit patri et matri sue, sicut resonat in ipsa scriptura diffinicionis sive evacuationis quam ipse Poncius fecit et firmavit ad iam dictum Petrum. Quod ipse Petrus adquisivit consilium eorum et fecit sicut illi rogaverunt. Et iam dictus Poncius, videntibus et audientibus prenominatis omnibus, definivit sive evacuavit ad iam dictum Petrum aliam vicem omnem alodium qui fuit patri et matri sue, sicut resonat in ipsa scriptura difinitionis sive evacuationis, quam iam dictus Poncius fecit et firmavit ad prenominatum Petrum.*

*Quod factum est V idus iunii, in anno XXIII regni Philippi regis.*

## 1424

1083 juliol 23

*El-liarda, abadessa de Sant Pere de les Puelles, Isarn, clergue d'aquest cenobi i capellà, Guitard Boeci, Esteve Adalbert i Olibà Ramon, cabiscol, clergues de la Seu de Barcelona i marmessors del testament del difunt Guillem Sendred, clergue, venen a Ramon*

*Dalmau, clergue i degà de la Seu de Barcelona, un hort situat al suburbi de la ciutat de Barcelona, al cantó austral, vora el mar, pel preu de 200 sous en diners que valen 60 sous d'argent pur al pes.*

ACB, perg. 1-1-1435. Original. Pergamí, 299 × 346 mm. Al verso: "Carta Raimundi Dalmacii iuxta mare" (s. xi); "Num... 1435" (s. xvii); "Lib. I Antiquit. N.205"; "Diversorum A. 1435" (Mas); "1084" (F-B). Caplletra "C": 5 línies.

ACB, LA.I, n. 205, f. 87c-88a. Rúbrica: "Carta de orto et dominibus et puteo qui est iuxta mare quem R. Dalmacius decanus emit". Exterior verso: "n. 205" (Caresmar). Interior recto: "Anno Domini 1084" (s. xviii).

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 165, n. 1040.

*Cunctis vero utriusque ordinis hominibus plenius fiat cognitum atque omni in tempore manifestum qualiter quidam clericus, nomine Guilelmus Sendredi, dudum defunctus, iniunxit nobis, suis manumissoribus atque <sup>f</sup> helemosinariis, scilicet, Elliardi, gratia Dei anuente, cenobii Sancti Petri Puellarum abbatisse, et Isarno, iam dicti cenobii clerico atque capellano, et Guitardo Boecii et Stefano Adalberti sive Olibano Raimundi, capiti-<sup>g</sup>scole, clericis sancte Sedis barchinonensis,<sup>a</sup> ut de omni suo avere, tam mobili quam immobili, quod ipse in ultima voluntate sua per testamentum edita non ordinavit atque non manumisit, ut nos, sui predicti manumissores, <sup>f</sup> habuissemus plenam potestatem vendendi atque solvendi sua debita et de hoc quod inde remansisset atque superesset ut pro eius anima datum fuisset. Et nos quoque, iam dicti manumissores, hoc requirentes, invenimus ipsam <sup>f</sup> medietatem ipsius orti de ipso mare, qui fuit de Sendredo Luioli, prefati defuncti genitore [espai raspat i ratllat: ±8], scilicet, illas duas partes quas prelocutus Guilelmus emit de duobus fratribus suis, nominatis Peregrino Sendredi atque Bernardo Sendredi, <sup>f</sup> et per alias duas partes prescripti orti, unam vero quam iam dictus Guilelmus concessit atque dimisit cenobio Sancti Cucufatis,<sup>b</sup> aliam quoque partem quam Miro Guifardi habebat ibi, quam emerat de Berengario Sendredi, dedimus atque commutamus <sup>f</sup> eorum precibus rogati iam dicti cenobii cenobitarum sive Mironis Guifardi ipsam quartam partem ipsius orti de ipso Cucu\lo, ante mansiones que fuerunt Boniparis Stefani<sup>c</sup> posito atque sito latus<sup>d</sup> ecclesiam Sancti Cucufatis<sup>d</sup> martiris de <sup>f</sup> ipso Camino, quam eodem modo repperimus intestatam, per iam dictas duas illorum partes de iam dictis cenobitis sive p<re>scripto Mirone in commutatione<sup>e</sup> illorum meliorationis atque amplificationis, quam illi quoque gaudenti <sup>f</sup> animo recollegerunt atque commutaverunt per hoc quod prefatus ortus de iam dicto Cucullo, qui est de meliori*

valore atque pretio<sup>f</sup> et videtur esse clauso de ipsius urbis Barchinone suburbio, habuissent ad integrum delibere et solide <sup>10</sup> in omni tempore. Quapropter nos manumissores prenominati, adimplentes atque agentes hoc quod nobis fuit iniunctum a prefato Guilelmo testatore de suo intestato avere, mobili sive immobili, in Dei sempiterni regis nomine, <sup>11</sup> venditores sumus tibi Raimundo Dalmacii,<sup>g</sup> sancte Sedis barchinonensis clerico atque dechano,<sup>h</sup> emptori. Manifestum sit etiam quia per hanc scripturam istius nostre venditionis vendimus tibi predicto Raimundo totum ipsum prelocutum <sup>12</sup> ortum de ipso mare cum eius parietibus sive domibus atque casalibus sive puteo atque arboribus, ad integrum, sicuti fuit de predicti defuncti Guilelmi genitore, superius nominato. Est autem predictus ortus in suburbio urbis <sup>13</sup> Barchinone, ad plagam australem, iuxta ipsius maris<sup>2</sup> littora. Habet quidem terminos a parte orientali in ortis sive domibus que sunt Bernardi Gerovardi et eius coniugis quas Dominicus, cognomento Chodancho, habet <sup>14</sup> per eorum scripturam donationis, de meridie sive occiduo in ferregenali de Arberto Bernardi, de parte septentrionali in parietibus sive ortis iam dicti Arberti Bernardi. Quantum autem iam dicti termini conclu-<sup>15</sup>dunt atque terminant, totum ad integrum, cum suis ingressibus sive regressibus, et nominatim ipsa via prescripte mansionis et iam dicti orti, sicuti modo videtur habere atque detinere ab abitatoribus inibi habitantibus sive dominis, <sup>16</sup> sic vendimus tibi predicto Raimundo. Et de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ad faciendum exinde totam tuam deliberam<sup>i</sup> voluntatem. Dedisti nobis in pretio<sup>j</sup> per hoc ducentos solidos denariorum, ad numerum qui <sup>17</sup> bene convalent sexsaginta solidos de pura plata ad pensum. Hanc quoque scripturam istius nostre venditionis si nos venditores aut ullus utriusque ordinis homines voluerimus eam disrumpere sive infringere aut vo-<sup>18</sup>luerint, componamus sive componant tibi prescripto Raimundo iam dicta omnia in triplum. Et postmodum hec nostra venditio maneat firma in perpetuum.

Facta istius nostre venditionis scriptura X<sup>o</sup> kalendas <sup>19</sup> augusti, anno XX<sup>o</sup> III<sup>o</sup> regnante rege Philippo.

<sup>20</sup> \*Elliardis, gratia Dei abbatissa\*. <sup>21</sup> \*+ Isarnus, indignus sacerdos\*. <sup>22</sup> \*S+ Oliva capitiscole\*. S+ Berengarii levite, qui et caputsole. <sup>23</sup> \*+ Bernardus archidiaconus\*. <sup>k</sup> \*S+ Stephanus levite\*. \*S+ Petri Bernardi clerici\*. <sup>24</sup> \*S+ Guitardi presbiteri\*. \*S+ Ermengaudi Guitardi\*.

<sup>25</sup> S+ Mironis Donucii, qui hoc scripsit cum litteris rasis et emendatis in linea III<sup>a</sup> et V<sup>a</sup>, die et anno quo supra.<sup>3</sup> <sup>26</sup>

1. *Sota la l hi ha una c.* 2. *Sota la r hi ha una p.* 3. *Repetit.*

LA. a. *sedis barchinonensis, escrit barchinonensis sedis.* b. *Cucuphatis.*  
 c. *Stephani.* d. *Cucuphatis.* e. *commutatione.* f. *precio.* g. *Dalmatii.*  
 h. *decano.* i. *liberam.* j. *precio.* k. *archidiaconus.*

## 1425

1083 juliol 23

*Els germans Ponç Duran, Guitard Duran, Bellíssima i Guisla donen als canonges de la Seu de Barcelona, per la salvació de l'ànima del seu pare i la dels parents més propers, una mujada de terra i vinya situada al territori de Barcelona, al lloc anomenat Torterola.*

ACB, perg. 1-1-779. Original. Pergamí, 137 × 395 mm. Al verso: "Carta Poncii Durandi"; "CCCXXII" (s. XIII-XIV); "Num.. 779" (s. XVIII); "Lib. I. Antiquit. 361"; "Diversorum A. 779" (Mas); "1084" (F-B). Caplletra "T": 7 línies.

ACB, LA.I, n. 361, f. 140b-c. Rúbrica: "Carta que Poncius Durandi et frater eius Guitardus dederunt Canonice modiatam unam terre et vinee apud Tortorolam in territorio Barchinone". *Inter columnas recto: dibuix d'una au (s. XIII); "n. 361" (Caresmar). Exterior recto: "CXL" (s. XIII); "Anno Domini 1084" (s. XVIII). Caplletra "T" en forma d'ocell: 19 línies.*

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 164-165, n. 1039.

*In Dei sempiterni regis nomine. Ego quoque Poncius Durandi et frater meus Guitardus Durandi et Belissima<sup>a</sup> sive Guilia, sorores nostras, pariter, de bono animo promptaque voluntate, donatores sumus Domino Deo et kanonicis<sup>b</sup> Sancte Crucis Sancteque Eulalie sedis barchinonensis, ob remedium nostri <sup>β</sup> genitoris, nomine Durandi Blandrici, aliorumque propinquorum nostrorum iam dudum ab hac luce desinentium.<sup>c</sup> Sit etiam manifestum quia per hanc scripturam istius nostre donationis damus Domino Deo et prescripte Kanonice<sup>d</sup> clericis modiatam unam terre et vinee sive amplius, quam habemus in territorio bar-<sup>β</sup>chinonensi, in loco nominato ipsa Torterola. Advenit autem nobis donatoribus per vocem nostri predicti genitoris vel quolibet alio modo aut ordine. Habet autem terminos a parte orientali sive meridiana in vineis cuiusdam hebrei nomine Benedisti Beisz, ab occidua <sup>Λ</sup> in ipso<sup>e</sup> itinere, de septentrione in vineis Mironis Fogeti. Quantum autem iam dicti termini concludunt atque terminant, totum ad<sup>f</sup> integrum, sic damus Domino Deo et prelocute Kanonice<sup>g</sup> clericis iam dictam vineam, simul cum eadem terra in qua est <sup>β</sup> plantata, cum universis eius ingressibus sive regressibus. Et de nostro iure in eorum tradimus dominium et potes-*



tatem, ad faciendum exinde illorum deliberam voluntatem omni in tempore. Hanc quoque scripturam istius nostre donationis si nos donatores aut aliquis utriusque sexus vel ordinis <sup>β</sup> homo disrumpere vel infringere temptaverimus sive temptaverit, componamus sive componat prescripte Kanonice clericis iam dicta omnia in triplum. Et postmodum hec nostra donatio maneat per omne seculum.

Que fuit facta X<sup>o</sup> kalendas augusti, /<sup>o</sup> anno XX<sup>o</sup>III<sup>o</sup> h<sup>o</sup> regni regis Philippy.<sup>i</sup>

S+num Poncii Durandi, \*s+ Guitardus levita\*<sup>j</sup> s+num Belissime femine, s+num Guilie femine, nos qui hanc donationem fecimus et firmavimus et testibus eam subscriptis firmari<sup>k</sup> rogavimus.

<sup>β</sup> S+ Raimundi Bonifilii. S+num Christovali. S+num Mironis Guondemari. S+num Iohannis Durandi. S+num Poncii Arnalli.

<sup>β</sup> S+ Miro Donucii, qui hoc scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

LA. a. Bellissima. b. canonicis. c. desinencium. d. Canonice. e. ipsa f. ab. g. canonic. h. XXIII<sup>o</sup>. i. Philippi. j. s+num Belissime ... rogavimus abans de S+num Poncii Durandi. k. Sota la i hi ha una e seguida de subscriptis.

## 1426

1083 juliol 29

*Udalard, vescomte de Barcelona, i la seva muller Guisla donen a Andreu Guislabert un terreny, situat dins les muralles de Barcelona, a Miracle, a condició que no tingui cap altre senyor que Udalard o els seus, pel preu de 14 mancusos d'or i un cens anual de 2 mancusos.*

ACB, perg. 1-1-1406. Original. Pergamí, 193 × 322 mm. Al verso: "Udalardi vicecomitis de domibus iuxta Miraculum" (s. XIII-XIV); "1039+24=1083" (s. XVI-XVII); "Num... 1406" (s. XVIII); "Diversorum A 1406" (Mas); "1084" (F-B). Vegeu doc. núm. 1710, de 9 d'agost de 1083. Caplletra "I": 6 línies.

*In Dei sempiterni regis nomine. Ego Udalardus, barchinonensis vicecomes, et coniux mea nomine Guilia, donatores sumus tibi Andree Guilaberti et posteritati tue atque proieniei. Sit etiam manifestum quia per hanc scripturam istius nostre donationis <sup>β</sup> damus tibi Andree et prescriptis personis solarium nostrum cum subtalo, solis et suprapositis, parietibus sive guttis atque stillicidiis, curte et quoquina, cum cunctis illorum pertinentiis atque adiacentiis. Sunt quippe iam dicta omnia intra menia <sup>β</sup> urbis Barchinone, ad Mira-*

culum predicte urbis. Et advenerunt mihi predicto vicecomiti per vocem parentum meorum sive per compartionem, et mee iam dicte coniugi per suum decimum sive quocumque alio modo aut voce. Terminantur <sup>/<sup>a</sup></sup> a parte orie<n>tali in ipso itinere, de meridie in domibus quas habet Raimundus Bonifilii per nos donatores, ab occiduo in ipsa Androna, de circio in domibus Sancti Petri cluniensis cenobii. Quantum autem iam dicti termini <sup>/<sup>b</sup></sup> concludunt ad integrum atque terminant totum, sic damus pleniter tibi prescripto Andree et aliis personis predictis pariter, cum omnibus earum ingressibus sive regressibus, ad faciendum et condirigendum ibi quodcumque tibi placuerit. Et de nostro <sup>/<sup>b</sup></sup> iure in vestrum tradimus dominium et potestatem tali quoque modo et ordine: ut tibi nec illis non sit licitum proclamare in hoc ullum alium senioreni nisi nos aut illos homines qui hoc habuerint per nos. Propter hoc quoque dedistis nobis in pretio <sup>/<sup>c</sup></sup> mancos XIII auri ipsius monetę Barchinone, que hodie currit, et per unumquemque annum dabis nobis tu et tue predictę persone, ad festivitatem Pentecosten, mancos II auri de octava, per censum istius nostre donationis, <sup>/<sup>b</sup></sup> unusquisque de predictis mancos de penso unius argencii. Si vero necesse fuerit vobis hoc vendere vel inalienare, non vendideritis ulli alii homini nisi nobis aut nostris successoribus, sicut a bonis hominibus iuste fuerit apretiatum <sup>/<sup>b</sup></sup> et legitime. Et si nos vel nostri, inter triginta dies quibus amoniti fuerimus, noluerimus emere, sicut superius insertum est, sive noluerint scilicet ad integrum totum hoc quod ibi habueritis constructum sive factum, postmodum <sup>/<sup>10</sup></sup> habeatis licentiam vendendi hoc et inalienandi ad homines vestros consimiles, qui nobis et nostris successoribus reddant censum supra dictum. Quisquis vero, tam videlicet donatorum quam acceptorum, hanc scripturam istius nostre donationis <sup>/<sup>11</sup></sup> temptaverit disrumpere vel infringere, componat alteri parti cui hoc fecerit iam dicta omnia in triplum. Et postmodum hec donatio maneat firma in perpetuum.

Factum est hoc IIII kalendas augusti, anno <sup>/<sup>12</sup></sup> XX<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup> regnante rege Philippo.

<sup>/<sup>13</sup></sup> \*Udalardus vicecomes\*.

\*S+ Guilabertus Udaldi\*. \*S+ Iohannis presbiter\*. <sup>/<sup>14</sup></sup> \*S+ Raimundi levite\*. \*S+ Bernardus levite\*. S+num Bernardi Udaldi. <sup>/<sup>15</sup></sup> S+num Raimundi Guitardi. S+num Raimundi Seniofredi. S+num Petri babtizati.

<sup>/<sup>16</sup></sup> S+ Mironis Donutii, qui hoc scripsit cum litteris rasis et emendatis in linea VIII<sup>a</sup>, die et anno quo supra.

## 1427

1083 setembre 9

*Guerau Sunifred i la seva muller Bonadona venen a Arbert i la seva muller Ermengarda nou peces de terra en alou que posseeixen en diferents llocs del Vallès, pel preu de 6 mancusos d'or de Barcelona.*

ACB, perg. 1-2-867. Original. Pergamí, 226 × 270 mm. Al verso: "1083"; "1-2-867" (JB).

*Hoc est translatum fideliter scriptum.*

*In Patris hecelsis nomine. Ego Gerallo Seniofrendi et uxor mea Bonadona venditores sumus tibi Arbertus et <sup>β</sup> uxori tue Ermengardis femina. Per hanc scriptura vendicionis nostre vendimus vobis alodem nostrum proprium franchum, idem sunt, pecias VIII de <sup>β</sup> terra, infra culta vel erema, separatas infra novem<sup>1</sup> locis. Et sunt infra comitatu Barquinona, in Valense, infra parrocia<sup>2</sup> <sup>α</sup> Sancti Christofori Licano Subteriore, in locum vocitatum in ipso plano ultra flumen Tenes, in ipsa pareiada que fuit de Orucio Dest, <sup>β</sup> condam, ipsa tertia parte; et in alio loco alia pecia qui est ubi dicunt Vineas Fexas; ibidem prope super ipsa via qui pergit <sup>β</sup> a Palacio Dalmanla, alia pecia; et in alio loco, alia pecia tertia parte, in una parciada ad ipsa Molera; quinta pecia <sup>γ</sup> pecia ad ipsa Buadela; et de alia parte flumen Tenes, contra Licano, super ipsos mulinos de Arbert comparato-<sup>δ</sup>re, pecias II: sexta et septima; et ibi prope ipsa via que pergit ad ipos mulinos, alia pecia, que laborat Remun-<sup>δ</sup>dus Goanes; et in alio loco, ad fossa de Revello, alia pecia de terra, qui est vineal. Et in alio loco in montem Olriolo <sup>α</sup> alias cultas vel eremas et in vineas complantatas, nostras hereditates. Que nobis advenit per genitorum et per com-<sup>α</sup>paracione sive per qualescumque voces et per decimum. Et affrontat, sicut superius scriptum est, a parte orientis in ipso <sup>α</sup> Collo vel in serra de Palaciolo, de meridie in ipsio palacio antigo vel in mulino de Reimo Guitardo, de occi-<sup>α</sup>duo in ipso Pontonal sive in valle Embolada, de vero circi in ipsa Buadella in terram de vos compara-<sup>α</sup>tores sive in montem Oriolo. Quantum iste afrontaciones abeunt vel circumcingunt, sic vendimus vobis: ista <sup>α</sup> terra nominata, sicut superius scriptum est, in totisque locis, ipsa nostra hereditate, quantum ibi abemus vel abere de-<sup>α</sup>bemus, ab omni integritate, ad vestrum plenisimum proprium legitimum et franchum, cum exis et regresis earum, <sup>α</sup> in propter precio uncias VI de auro Barquinona monete, manchusos quem currunt obtimos. Et nichil <sup>α</sup> exinde non remansit. Et est manifestum. Quem vero predicta hec*

*omnia de nostro iure in vestro trado dominio et potes-<sup>9</sup>tate, ad vestrum proprium. Quod si nos venditores ad ullusque homo qui contra ista carta vendicione venerit pro in-<sup>20</sup>rumpendum, non hoc valeat vendicare, set componat aut componamus vobis in duplo cum homne sua imelio- <sup>1</sup> racione. Et in antea ista carta firma sit omnique tempore.*

*Facta ista carta vendicione V idibus setimbris, <sup>22</sup> anno XXIII Pilipo rege.*

*Sig+num Gerallo, sig+num Bonadomna, qui ista vendicione <sup>3</sup> fecimus et firmavimus et firmare rogavimus.*

*Sig+num Guitard Oruolo. Sig+num Senio-<sup>4</sup>fredi Suniarii. Sig+num Gerallo Arnallo.*

*<sup>5</sup> Guadallo sacer, qui hoc scripsit die et anno quod sss supra.*

*<sup>6</sup> \*Guilelmi sacer sss\*. \*S+num Iacobi presbiteri\*. \*S+ignum Petri presbiteri\*. <sup>7</sup>*

*Sig+num Dalmacii, qui hoc translatum fideliter scripsi II nonas februarii, anno MCCVIII, die et anno quo supra.*

1. La o és una esmena de la u. 2. La segona r és una esmena de la a.

## 1428

1083 setembre 29

*Guillem Umbert i la seva muller Guillema venen a Guillem Bonfill unes cases amb una peça de terra i arbres al comtat de Barcelona, a la parròquia de Santa Maria de Palautordera, al lloc anomenat vila Pinells, pel preu de 12 unces d'or en moneda de Barcelona.*

ACB, perg. 4-102-134. Còpia, 1 juny 1287. Pergamí, 209 × 299 mm. Al verso: "Senyal verd, 103" (F-B). Caplletra "H": 2 ratlles.

*Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento, in principio sui corroso et in pluribus locis eiusdem attineato et in septima linea perforato, cuius tenor talis est.*

*In Dei nomine. Ego domnus <sup>2</sup> Guilemo Umberto et uxori mee domna Guilelma femina vindimus tibi Guilemi Bonifilii, emptoris. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus tibi chasas cum solos et superpositos, et pecia I <sup>3</sup> de terra culta et cum arbores que ibi sunt, nostrum proprium franchum. Advenit michi ad me Guilemo per genitores meos et ad me femina per decimum aut per ullasque voces. Et est hec omnia in chomi-<sup>4</sup>tatu Barchinona, in parrochia*

*Sancta Maria de Palacii Tordera, in locum que vocant Villa Pinellos. Affrontad hec omnia de oriente in ipsa strada publica qui pergit ubique, de meridie in alodio <sup>/5</sup> de Arnalli Gauceberty et eres suos, de occiduo in ipso torrente qui discurrit, de circi in alodio de Petro Gauceberty et suos eres. Quantum istas affrontationes includunt, sic vindimus et tibi: <sup>/6</sup> predicta omnia ab integrum, cum ingressibus et exitibus earum, propter precium uncias XII de auro monete Barchinone. Quod tu emptore nobis donastis. Et est manifestum. Quem vero <sup>/7</sup> predicta omnia, que nos tibi vindimus, de nostre iure in tuo tradimus dominio et potestate, ad faciendum quod volueris. Quod si nos vinditores<sup>1</sup> aut aliquis homo qui ista charta vindicione <sup>/8</sup> venerimus aut venerint pro inrumpendum, minime valeat, et insuper componamus aut componad tibi predicta omnia in triplo cum sua melioracione. Et in antea ista carta vinditione firma permaneat <sup>/9</sup> omnique tempore.*

*Actum est hoc III kalendas octubris, anno XXIII regni Philippi regis.*

*Sig+num Guilelmus +, sig+num domna Guilema, (sig+num)<sup>2</sup> nos qui ista charta vindicione <sup>/10</sup> fieri iussimus et firmamus et testes firmare rogamus.*

*Sig+num Ugoni Sendredi. Sig+num Arnalli Bernardi. Sig+num Guilemi Ugoni. Sig+num Guiceranno Isovardo. <sup>/11</sup> Ugo sacer. Isarns sacerdos ss.*

*Seniofredus subdiachonus scripsit die et anno quod supra sss.*

*<sup>/12</sup> S+num Romei de Marimundo, vicarii Barchinone, qui huic translato fideliter comprobato et sumpto a suo originali ex parte domini regis et nostram auctoritatem <sup>/13</sup> impendimus et decretum appositum, per manum mei Bernardi Ermengaudi, notarii publici Barchinone regentisque scribaniam curie vicarii eiusdem civitatis. <sup>/14</sup> In cuius notarii manu et posse dictus vicarius hoc translatum firmavit X kalendas iunii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> septimo, presentibus Petro de Medalia <sup>/15</sup> et Berengario de Bonastre. Et ideo ego dictus Bernardus Ermengaudi, notarius, hoc meum sig+num apposui.*

*<sup>/16</sup> Sig+num Nicholai de Samares, notarii. Sig+num Mathei Botela, notarii.*

*<sup>/17</sup> Sig+num Michaelis de Antiga, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali scribi fecit et clausit kalendas iunii, anno Domini millesimo CC<sup>o</sup> <sup>/18</sup> LXXX<sup>o</sup> septimo.*

<sup>/9</sup> *Commitio (?) fidei Michaelis de Antigua probationem II instrumentorum (?)*.

1. *Sota la i hi ha una e.*
2. *Repetit.*

**1429**

1083 octubre 5

*Guillem Bonuç i la seva muller Gueraula venen a Guillem Ramon, cabiscol, una peça de vinya que tenien pels seus pares, per delme conjugal i per altres raons, situada al territori de Barcelona, al terme de Monterols, prop de l'església de Sant Gervasi, pel preu de 45 mancusos de Barcelona.*

ACB, 1-4-286. Original. Pergamí, 120 × 494. Al verso: "1083" (Mas). Caplletra de 4 línies.

*In Christi nomine. Ego Guilielmo Bonucio et coniux mea Geralla femina venditores sumus tibi Guilielmo Raimundi, caputscole, emptori. Per hanc scripturam vendicionis nostre vendimus tibi peciam unam vinee, cum ipsa terra <sup>/2</sup> ubi est fundata, in territorio Barchinone, in terminio de Monterolos, prope aecclesiam Sancti Gervasii. Adve<nit> nobis iam dicta omnia per genitorum et per decimum et per ullasque voces. Et affrontad iam dicta omnia a circi in vinea <sup>/3</sup> de te emptori, de orient in torrente, de meridie et de occiduo in terras et vineas Sanctę Crucis Sancteque Eulalie. Quantum iste affrontaciones includunt, sic vendimus tibi: iam dicta omnia ad integrum, proter precium mancusos XLV auri monete <sup>/4</sup> Barchinone, que odie currit de octava. Quos tu emptor precium exinde nobis<sup>l</sup> dedisti et nos venditores manibus nostris recepimus. Et nichil de ipso precio aput te emptor non remansset. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia, que tibi vendimus, <sup>/5</sup> de nostrum iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ut quiquid exinde facere vel iudicare volueris, cum exios et regresios earum, ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque contra ista vendi-<sup>/6</sup>cione pro inrumpendum venerit, nil valeat, set componat aut nos componamus tibi iam dicta omnia in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista vendicio firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc <sup>/7</sup> III nonas octubris, anno XXIIII regni regis Philippi.*

*S+num Guilielmi s+num Geralla femine, nos qui hista vendicione fecimus et firmamus et testes firmare rogavimus. <sup>/8</sup>*

*S+num Remundo Od. S+num Od Od. \*S+ Raimundus le-  
vite.\*<sup>9</sup>*

*S+ Guilielmus sacer, qui hec scripsi et SSS die et anno quo  
supra.*

1. *Mot repetit.*

## 1430

1083 novembre 5

*Bonuç Vivà, per la salvació de la seva ànima i la del seu germà difunt  
Bonfill, dóna a la Canònica de la Santa Creu i de Santa Eulàlia,  
de la qual Bonfill va ser clergue i canonge, diversos béns, a canvi  
d'un cafis d'ordi i molts altres beneficis i serveis.*

ACB, perg. 1-1-2102. Original. Pergami, 250 × 390 mm. Al verso: "Carta Bonucii Vives de alodio quod dedit Kanonice in Bagneolis et Barchinona"; "Scripta XVI"; "CXXXI" (s. XIII-XIV); "Num... 2102" (s. XVII); "Antiquitatum IV N. 28"; "Diversorum A 2102" (Mas); "1083" (F-B). Caplletra "S": 4 línies.

ACB, LA. IV, n. 28, f. 9a-10b. Rúbrica: "Bonutius Vivani dedit Canonice alodium et domos etc." *Inter columnas verso*: "n. 28" (Caresmar). *Exterior recto*: "Anno Domini 1084" (s. XVIII). Caplletra "S": 4 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 161-162, n. 1034.

Ed.: FREUDENHAMMER, *Griechische*, p. 140-143.

*Sanccitum quoque ab antiquis patribus invenitur ut quecumque  
res per cuiuscumque fidelis hominis<sup>a</sup> donationem atque oblationem  
in sanctis Dei locis reperiantur esse collate atque oblate, ut in eorum  
iure sive dominio firma legum et<er>nitate per-<sup>9</sup>maneant irrevoca-  
bili modo. Quapropter ego Bonucius<sup>b</sup> Vivani ob anime mee et fratris  
mei nominati Bonifilii, iam defuncti, remedium et celestis patrie  
desiderium, in Dei sempiterni regis nomine, donator sum Domino  
Deo et Kanonice clericorum <sup>β</sup> Sancte Crucis Sancteque Eulalie, de  
qua ipse, dum vixit, clericus et kanonicus fuit. Sit etiam manifestum  
quia dono Domino Deo et iam dicte Kanonice<sup>c</sup> per hanc scripturam  
istius mee donationis omnem ipsam medietatem tocius alodii quod  
emimus <sup>α</sup> ego et frater meus predictus, \qui fuit/ de Iohanne Sen-  
dredi, scilicet, tam in ipsa turre ibi constructa de petra et calce quam  
in ipsis aliis domibus sive perticis atque apendiciis<sup>d</sup> sive curtibus  
et in ipsis earum solis et superpositis,<sup>e</sup> hostiis atque ianuis <sup>β</sup> sive pa-  
rietibus, guttis atque stilli\ci\diis,<sup>f</sup> sive in omnibus ipsis alodiis, cultis  
atque incultis, pratis atque pascuis, aquis cum earum ingressibus  
sive regressibus, et in cunctis aliis mobilibus vel immobilibus rebus*

ad predicta omnia pertinentibus. /<sup>6</sup> Iam dicta vero omnia<sup>g</sup> sunt in comitatu barchinonensi, in ipso territorio/ de Bagneolis. Et advenerunt mihi per laxationem quam frater meus predictus fecit mihi in diebus vite mee, et quod post meum obitum solide et delibere habuisset prescripta Kanonica.<sup>h</sup> / Item quoque dono Domino Deo et predictae Kanonice<sup>i</sup> ipsam petiam<sup>j</sup> terre que est subtus ipso<sup>k</sup> suburbio urbis Barchinone, ad plagam orientalem, latus ipsos molendinos de predicta Kanonica,<sup>l</sup> quam eodem modo mihi concessit frater meus, sicut /<sup>8</sup> supra dicitur. Iterum quoque sic dono domino Deo et predictae Canonice<sup>m</sup> modiatas tres terre in territorio de Provincialibus, cum duabus modiatas de vineis et earum terra in qua sunt plantate, que sunt ad ipsos Vineales, super ipsos molendinos de ipso Cloto. /<sup>9</sup> Cuncta vero, que superius sunt nominata de Bagneolis, habent terminos ab orientali parte in alodiis predictae Kanonice,<sup>n</sup> a parte quoque meridiana intus in maris littore, ab occiduo in alodio quod fuit Guiriberti Gimarani, de circio in /<sup>10</sup> ipso itinere. Terminatur quoque pecia ipsius alodii, que est latus ipsos vestros molinos, ab oriente in alodio Donutii<sup>o</sup> Mironis [espai en blanc: ±15], de meridie in alodio prescripte Kanonice, ab occiduo ultra ipsum regum ipsius /<sup>11</sup> aque, de circio in alodio Donutii<sup>p</sup> Mironis sive in parietibus ipsius orti. Predictae vero tres modiate de ipsa terra de Provincialibus affrontant ab oriente in alodio de me predicto Bonutio, de meridie in vineis que fuerunt Bernardi Iohannis, ab /<sup>12</sup> occiduo in alodio sive vineis predictae Kanonice<sup>q</sup> quas tenet Miro Guilelmi clericus, de circio in ipso itinere quod pergit ad Bisotium.<sup>9</sup> Iam dicte vero vinee habent terminos ab oriente et de meridie in vineis ipsius Kanonice<sup>r</sup> et Ricardi /<sup>13</sup> Guilelmi, ab occiduo in torrente, de circio in vineis predictae Kanonice et in alodio quod fuit Guifredi Iohannis. Quantum autem iam dictis<sup>s</sup> termini concludunt atque terminant, totum ad integrum, cum omnibus earum ingressibus /<sup>14</sup> sive regressibus, et cum cunctis aliis mobilibus rebus vel immobilibus ad iam dicta omnia pertinentibus, ego Bonucius predictus delibere et solide sic dono atque delibero Domino Deo et predictae Kanonice.<sup>t</sup> ob remedium anime mee et fratris mei predicti Bonifilii, /<sup>15</sup> qui hoc ibi post mee vite finem concessit atque dimisit. Et de meo iure atque dominio in dominium et potestatem predictae Kanonice<sup>u</sup> et ipsorum clericorum integriter sic trado atque delibero. Et illi per hanc meam donationem atque deliberationem quam /<sup>16</sup> Domino Deo et eis feci, dederunt mihi kaficium unum ordei ad legitimam mensuram, et multa alia beneficia atque servicia<sup>v</sup> que multociens habui et recepi ab ipsa Kanonica.<sup>w</sup> Iterum addo atque acresco huic donationi atque deliberationi



modiatam unam <sup>/7</sup> terre et vinee, que est ad ipsum Torrentem Profundum et detinet se cum aliis vineis prescripte Kanonice,<sup>x</sup> que advenit mihi et meo predicto fratri per vocem atque acquisitionem de predicta Kanonica,<sup>y</sup> sicuti ipse due predicte vinearum modiate de ipso Cloto fecerunt. <sup>/8</sup> Hanc vero scripturam istius mee donationis atque deliberationis si ego predictus Bonutius aut cuiuslibet generis homo, tam propinquus quam extraneus, voluero disrumpere vel infringere aut voluerit, componam domino Deo et predicte Kanonice<sup>z</sup> <sup>/9</sup> sive componat predicta omnia in triplum. Et postmodum hoc sic maneat<sup>aa</sup> in perpetuum firmum in potestatem et dominium predicte Kanonice.<sup>ab</sup>

Quod fuit factum nonas novembris, anno XX<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup> regni regis Filipy.<sup>ac</sup>

<sup>/20</sup> S+num Bonucij<sup>ad</sup> Vivani, qui hanc donationem sive deliberationem fecit et punctis firmavit et testibus subscriptis firmari rogavit.

S+num Berengarii Guondeballi. S+num Rai-<sup>/1</sup>mundi Guitardi babtizati. S+num Geralli Suniarii. \*S+ Guilelmi Raimundi levita\*. \*S+ Ardenchus levite\*.

<sup>/22</sup> S+ Mironis Donutii, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

LA. a. hominis fidelis. b. Bonucius. c. Canonice iam dicte. d. appendiciis. e. suprapositis. f. stilcidiis. g. omnia vero. h. Canonica. i. Canonice. j. peciam. k. ipso manca. l. Canonica. m. Canonice. n. Donucii. o. Donucii. p. Canonice. q. Bisotium. r. Canonice. s. predicti. t. Canonice. u. Canonice. v. servicia atque beneficia. w. Canonica. x. Canonice. y. Canonica. z. Canonice. aa. maneat sic. ab. Canonice. ac. Filipi. ad. Bonutii.

## 1431

1083 desembre 2

*Seguí Bellit i Ramon Seguí, fill seu, empenyoren a Bernat Otger un farraginal i uns horts amb arbres de diverses classes, situats al territori de Tiana, davant les cases que foren del pare del creditor, per un deute de cinc sesters d'ordi, que retornaran per Sant Feliu d'agost.*

ACB, LA.II, n. 448, f. 155c-d. Rúbrica: "In Tizana Berenguer Oggerii accepit pignore ferragenal et ortos". Exterior verso: "n. 448" (Caresmar). Inter columnas verso: "Anno Domini 1084" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 16 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 162, n. 1035.

*In Dei nomine. Ego Seguinus Belliti et Raimundus Seguini, filius meus, impignoratores sumus tibi Bernardo Odegarii. Sit etiam*

*manifestum quia acomodasti nobis sestarios V ordei nitidi et recipientis ad mensuram novam et legitimam. Propterea impignoramus tibi ipsum ferragenale et ortos cum diversis generis arboribus, quos in territorio de Tizana habemus, ante ipsas mansiones que fuerunt patris tui. Advenit nobis per vocem parentele nostre atque quolibet alio modo aut ordine. Habent autem predicta omnia terminos ab oriente in alodio Raimundi Mager, ab occiduo sive circio in alodio de te predicto Bernardo, de meridie in alodio Ermeniardis et in torrente. Quantum autem iam dicti termini concludunt atque terminant, totum ad integrum, sic impignoramus tibi: propter predictum debitum, in tali quoque modo et ordine: ut tu habeas inde totum ipsum expletum quod inde exierit, et quod ad festivitatem Sancti Felicis, quod celebratur per kalendas augusti, nos reddamus tibi iam dictum ordeum et tu nobis hanc scripturam. Et si in predictum terminum non habebamus tibi persolutum predictum debitum, ut postmodum habeas licentiam <sup>si</sup> vendere et dare predicta omnia et inde facere quicquid tibi placuerit. Hanc quoque scripturam si nos impignorores aut alius cuiuslibet generis homo dirumpere vel infringere voluerit sive voluerimus, componat tibi sive componamus predicta omnia in triplum. Et postmodum hoc maneat perhenniter firmum.*

*Factum fuit hoc IIII nonas decembris, anno XXIII regni regis Philippi.*

*S+num Seguini Belliti, s+num Raimundi Seguini, eius filius, qui hanc impignorationem fecimus et punctis firmavimus et testibus eam firmari rogavimus.*

*S+num Bernardi Aurucii. S+num Guilelmi Aurucii. S+num Bernardi Estefani.*

*S+ Mironis Donucii, qui hoc scripsit et subscripsit die et anno quo supra.*

**1432**

1083 desembre 3

*Berenguer, bisbe d'Osona, i els seus canonges confirmen a l'església de Santa Maria de l'Estany i als seus clergues actuals i venidors sota la regla de Sant Agustí, tot el que tenen i posseeixen.*

ACB, perg. 1-4-177. Original. Pergamí, 189 × 296 mm. Al verso: "Corroboratio bonorum ecclesie Stagna Maria per episcopum Vicense" (s. XIV); "nº 211" (s. XVII); "Carta episcopo" (s. XVII); "1083" (Mas).

Ed.: *Catalunya romànica*, vol. XI, p. 212.

*Sub Trinitatis nomine sacro. Ego Berengarius, gratia Dei ausonensis episcopus, cum assensu canonicorum meorum, confirmo ecclesiam Sancte Marię de Stagno <sup>ρ</sup> et clericos/ inibi Deo degentibus sub regula Sancti Augustini, quatenus ibi in perpetuum regulariter vivant. Et ad supra dictos/ clericos/, qui in presenti ibi sunt <sup>β</sup> vel in futuro erunt, qui firmiter tenuerint prelibatum ordinem, sive ad eandem ecclesiam concedo atque confirmo hoc quod hodie tenet et possidet, <sup>α</sup> sive quid possessura vel acquisitura est, preter ea que ad ius nostre Sedis pertinent vel pertinere debent. Si quis vero pretaxatam ecclesiam de suis <sup>δ</sup> facultatibus ditaverit, a Deo omnipotenti et ab eius Genitrice et a beato Petro, summo clavigero, et a me prelibato presule, et <sup>β</sup> a grege mihi comisso benedictionem percipiant, et in die magni iudicii sint abluti a sordibus suorum facinorum, et <sup>γ</sup> mereantur gaudere cum sanctis in regione vivorum. Quisquis namque tam malicius extiterit, ut hec, que superius pretaxavimus, <sup>β</sup> destruere sive ea que ad ius prefate ecclesie pertinent aut pertinuerint auferre voluerit, a iusto iudice et a summo pastore et ab uni-<sup>ρ</sup>verso agmine celesti et de me predicto presule sit ab enis ligneis/ nodatum et vinculo anathematis alligatum et cum Iuda Domini <sup>α</sup> proditore in inferno sepultum, usquequo fecerit exinde iudicium rectum.*

<sup>α</sup> Actum est hoc III nonas decembris, anno XXIII Philippi regis.

\*Borrellus sacer\*. \*Berengarius, gratia Dei ausonensis episcopus +\*<sup>α</sup>. <sup>α</sup> Bernardus archidiaconus sss. \*Oliba sacerdos sss\*.

<sup>α</sup> Testis Isarnus adest confirmans scripta fidelis sss. <sup>α</sup> \*Alamandus levita s\*. \*Guilelmus diaconus sss\*.

<sup>α</sup> \*Amatus subdiaconus, qui hoc scripsit die vel anno sss\*

<sup>α</sup> \*Heriballus kannonicus sss\*. <sup>α</sup> \*Berengarius sss\*.

### 1433

1083 desembre 6

*Berenguer Ramon i la seva muller Ermessenda empenyoren a Jofre Guislabert una casa situada al burg de la ciutat de Barcelona, als Arcs Antics, que tenen per compra i per delme conjugal, a causa d'un deute de sis sesterts i una mitgera d'ordi a la mesura*

*gran de mercat, que tornaran la festa de Sant Feliu de Girona vinent.*

ACB, perg. 1-4-287. Original. Pergamí, 161 × 284 mm. Al verso: "D.C.(b) 287 cap. 3"; "1083" (Mas). Caplletra "T": 3 línies.

*In nomine Domini. Ego Berengarius Remundi et uxori mea Ermessindis femina impignoro summus tibi Gacfredus Guilberti. Manifestum <sup>1</sup> est enim quia debitores summus tibi sestertium VI et migeria I de ordeo bono recipiente ad mensuram magnam de mercato. Et est manifestum. <sup>2</sup> Propterea impignoramus tibi chasa cum solo et supraposito, guttibus et stilliciniis, hosteos et ianuis. Et est hec omnia in burgo civi-<sup>3</sup>tatis Barchinona, ad ipsos Archos Anticos. Et advenit nobis prefata omnia per nostra comparatione et per decimum et per omnesque voces. Et <sup>4</sup> afrontat prefata omnia de parte aquilonis in domos de nos impignoro, de circi in chasa de nos impignoro, de me-<sup>5</sup>ridie in calle publico, de occiduo in curte de te prestatore. Quantum istas afrontaciones includunt, sic impignoramus tibi: supra scrip-<sup>6</sup>ta chasa cum suis pertinenciis ab integre, simul cum ingressibus et exitibus suis, et inter tantum nos teneamus per tuum benefitium et tu <sup>7</sup> per tuum pignus. Et in die quod erit festa Sancti Felicis Gerunda, ista prima veniente, ista proxima ventura, sic rendamus tibi prescriptum de-<sup>8</sup>bitum, ita sicut superius est scriptum, et tu rendas nobis ista scriptura sine mora. Quod si minime fecerimus et diem placiti tui non <sup>9</sup> adimpleverimus, tunc habeas licenciam prescripta chasa, que tibi impignoramus, haphrehendere, tenere, vindere, facere quod-<sup>10</sup>cumque velis, ad tua propria. Quod si nos impignoro aut aliquis homo sexus utriusque qui contra ista charta impignoracione <sup>11</sup> venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, set componat aut nos componamus tibi supra scripta <sup>12</sup> omnia in duplum cum sua melioratione. Et in antea ista charta impignoratio firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est <sup>13</sup> hoc VIII idus decembris, anno XXIII regni Philippi regis.*

*S+ Berengarius Remundi, s+ Ermessindis <sup>14</sup> femina, nos qui ista charta impignoracione fieri iussimus, firmamus et testibus firmare rogavimus. <sup>15</sup>*

*S+ Remundus Bofil. S+ Bernardus Arnallo. S+ Bonefilio Gonde mari. <sup>16</sup>*

*S+ Mironis presbiteri, qui hec scripsit die et anno quod supra.*

## 1434

1083 desembre 10

*Guislabert, la seva muller Bonadona, i el seu fill Umbert venen a Pedró Arnau, clergue, un planter de vinyes i arbres, dins d'un alou de Pedró, situat al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu de Palomar, al terme de Vilapicina, al lloc anomenat Tona, a canvi de tres sesters, una aimina d'ordi bo a mesura òptima, 4 sous de diners de moneda de plata de Barcelona i una perna que li devien del cens.*

ACB, LA.II, n. 220, f. 76c-77a. Rúbrica: "Carta mansi de Tonna in Villa Piscina". Exterior verso: "XXXIII" (s. XIII-XIV); "n. 220" (Caresmar). Interior verso: "Anno Domini 1084" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 6 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. XII, p. 285, n. 2676.

*In nomine Domini. Ego Guislibertus una cum filio meo Umberto et uxori mea de me Guislibertus venditores sumus tibi Petroni Arnalli clerici, em<sup>o</sup>tori. Per hanc quippe scripturam venditionis nostre sic vendimus tibi ipsum nostrum complanter, quam habemus factum super te et in tuo alodio tam de vineis quam de arboribus. Est autem iam dicta omnia in territorio Barchinona, in parrochia Sancti Andree de Palumbario, in termine de Villa Piscina, in loco vocitato ad ipsa Tonna. Et advenit nobis prefata omnia per nostra complantatione et per omnesque voces. Et affrontat prefata omnia per omnesque partes in tuo alodio et in via qua itur a Romaned vel ubique. Quantum isti termini dicunt vel ambiunt, sic vendimus tibi, ego Guislibertus et uxori mea Bonadonna femina et filio meo de me Guislibertus, Umberto: prescripta omnia, totum ab integre, simul cum ingressibus et exitibus earum, quantum ibi abemus vel abere debemus, propter precium sestarios III et emina I de bono ordeo ad mensura obtima, et solidos III<sup>or</sup> de dinarios monete argentee Barchinone, et pernam I, quas debemus tibi per tuum censum. Quos tu emptor precium nobis dedistis et nos venditores manibus nostris recepimus. Nichilque ex predicto precio apud te emptore non remansit. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia, que nos tibi vendimus, de nostrum iure in vestrum tradimus dominium et potestatem, ut facias exinde quodcumque velis facere, ad tuum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra ista carta venditione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, set componat aut nos componamus tibi supra scripta omnia in duplum cum sua melioratione. Et in antea ista carta venditio firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc IIII idus decembris, anno XXIII regni Philippi regis.*

*S+ Guislibertus, s+ Umberto, s+ Bonadomna femina, nos qui ista carta venditione fieri iussimus, firmamus et testibus firmare rogavimus.*

*S+ Poncius Arnallo. S+ Guilelmus <sup>h</sup> Guitardi. S+ Sendredus. S+ Reamballus levite. S+ Gaucefredus Sinner.*

*S+ Mironis presbiteri, qui hec scripsit die et anno quod supra.*

### 1435

1084 gener 13

*Umbert, bisbe de Barcelona, i els seus clergues, fan establiment a Jofre Aventí, a la seva muller Quíxol i als seus descendents, d'una peça de terra per plantar-hi vinya durant set anys, situada al territori de Barcelona, sota de la Celada, vora mar, amb el cens del quart i el delme.*

ACB, LA, I, n. 614, f. 226c-227a. Rúbrica: "Carta de vinea de Celata iuxta mare". Foli 226. Exterior verso: "n. 614" (Caresmar). Inter columnas verso: "Anno Domini 1084" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus [G/I ?]: 7 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 156-157, n. 1024.

*In Dei nomine. Ego Umbertus, annuente divino numine, sancte Sedis barchinonensis presul, et cuncta clericorum congregatio mihi subdita donatores sumus tibi Guaceberto Aventini et coniugi tue Chixoli vestreque posteritati atque omni vestre proieniei, cui vos hoc dederitis aut dimiseritis quocumque modo. Manifestum sit etiam quia damus vobis peciam unam terre ad plantandum ibi vineam et hedificandam. Que est in territorio barchinonensi, subtus ipsam Celatam, latus ipsa littora maris. Advenit autem nobis donatoribus per vocem nostre Kanonice vel ob collacionem quorumcumque fidelium. Habet autem terminos predicta pecia terre, quam vobis damus, a parte orientali in alodio cenobii Sancti Petri Puellarum, de meridie in ipso itinere et in maris littore, ab occiduo in regario et in alodio predicti cenobii, de septemtrione in alodio Stephani Adalberti clerici et in alio nostro alodio <sup>h</sup> quem Iohannes Cepola habet per nos. Quantum autem iam dicti termini concludunt atque terminant, totum ad integrum, cum omnibus eius ingressibus sive regressibus, sic damus tibi predicto Guaceberto tueque coniugi predictae vestreque posteritati omni atque vestre proieniei, sicut superior scriptum, est ad plantandam ibi vineam et hedificandam, in*

*tali quoque modo et ordine: ut ab hoc presenti anno usque ad VII annos, qui sunt veniendi, habeatis ipsam terram bene plantatam et advineatam atque quod eam laboretis<sup>1</sup> per unumquemque annum; et tribuatis nobis atque successoribus nostris ex omnibus fructibus, quos ibi dederit, ipsum quartum et decimam, atque ipse alie tres partes quod sint ad integrum vestre, excepto uno anno in quo accipiatis vestram advineationem ad integrum inter predictum terminum; et quod vobis non sit licitum faciendi aut aclamandi nullum alium senioraticum nisi nostrum aut successorum nostrorum. Insuper vero, si nobis vel vestris aliis personis predictis necesse fuerit hoc vindere aut inalienare, ut nobis vel successoribus nostris hoc faciatis, si per precium iuste a bonis hominibus apreciatum emere voluerimus. Si ergo inter spacium XXX<sup>a</sup> dierum, quibus a nobis ammoniti fuerimus, noluerimus emere, ut postmodum habeatis licenciam vendendi hoc et inalienandi aliis hominibus vestris similibus, qui nobis et decessoribus nostris tribuant et attendant hoc quod supra nominatur. Hanc quoque scripturam istius nostre donationis si nos donatores aut vos susceptores temptaveritis quolibet modo disrumpere aut infringere, componant alteri parti illi homines qui hoc dampnum facere voluerint predicta omnia in duplum. Et postmodum hoc nobis et vobis sic maneat semper firmum.*

*Quod fuit factum idus ianuarii, anno XXIIII regnante reie Philippo.*

*Umbertus episcopus +.*

*S+ Mironis <sup>h</sup> Donucii, qui hoc scripsit cum litteris supra positis in linea VII<sup>a</sup> et VIII<sup>a</sup>, die et anno quo supra.*

1. *Sota la l hi ha una b i la a està amuntegada al costat.*

## 1436

1084 febrer 23

*Adelaida, els seus fills Amat Joan i Ermengarda, i el seu gendre Geribert Sesmon empenyoren al clergue Ramon Dalmau una peça de terra situada al territori de Barcelona, a Montjuïc, a causa d'un deute de 70 sous en moneda de Barcelona i un sester d'ordi amb el seu lucre per quint, que retornaran la primeria de març de l'any vinent.*

ACB, perg. 1-2-1187. Original. Pergamí, 109 × 263 mm. Al verso: "In Monte Iudaico" (s. XI); "Num... 834" (s. XVII); "Mitja Escala, Arm. 2, n. 1167" (Caresmar); "1084" (F-B). Caplletra "I" que ocupa cinc ratlles.

*In nomine Domini. Ego Adalaidis femine una cum filio meo et filia, Amadus Iohannis et Ermeniardis, et ienere meo, Geribertus Sesium, impignoratores sumus tibi Reimundi <sup>1</sup> Dalmatii, clericus. Manifestum est enim quia debitores sumus tibi solidos LXX de diners, ad numerum monete Barchinone, \et sestarium I orde/, cum illorum lucro per quint. Propterea <sup>2</sup> impignoramus tibi peciam unam terre. Quod habemus in territorio Barchinone, in Montis Iudaici. Advenit nobis per ienitorum nostrorum et per decimum sive per ullasque voces. Terminatur <sup>3</sup> autem hec peciam terre a parte orientis in vinea de te susceptore(s),<sup>1</sup> a meridie in via qui pergit ad Sancti Iuliani, ab occiduo in vinea Reimundus Ermengaudi, a circii <sup>4</sup> in alodio Guannalgaudus Mironis et eres suos. Quantum iste affrontationes includunt, sic impignoramus tibi: iam dictam peciam terre ab integre, simul cum exios vel <sup>5</sup> regressios earum. Atque de nostro iure in tuum dominium et potestatem tradimus. Et inter tantum nos teneamus per tuum benefitium et tu per tuum pignus. Et in die quod erit kalendas marcii, <sup>6</sup> de istas ad alias venientes, isto anno revolvente, sic faciamus tibi rendere iam dictum debitum, quomodo superius resonat, et tu nobis rendere fatias ista scriptura sine mora. Quod si <sup>7</sup> minime fecerimus et tibi non persolverimus, tunc habeas potestatem predicta haec omnia, que tibi impignoramus, apreendere, tenere, vindere, commutare et omnia que volueris face-<sup>8</sup>re, ad tuum plenissimum proprium. Si vero nos impignoratores aut ullusque homo utriusque sexus qui contra hac ista carta impignoratione venerimus aut venerit pro inrum-<sup>9</sup>pendum, nil valeamus aut valeat vindicare, sed componamus sive componat tibi prefata hec omnia in duplo cum omnem suam melioratione. Et in antea ista charta impig-<sup>10</sup>noratione firma permaneat modo vel omnique tempore.*

*Actum est hoc VII kalendas marcii, anno XXIII regni regis Philippy.*

*S+ Adalaidis femine, <sup>11</sup> s+ Amadus Iohannis, s+ Ermeniardis femine, s+ Geribertus Sesium, nos qui hanc impignoratione fecimus et firmamus et testibus eam firmari rogavimus.*

*<sup>12</sup> S+ Guilelmus Salamonis. S+ Mironis Mulina. S+ Reimundi Guitardo.*

*<sup>13</sup> S+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra, "et sestarium I ordi" supra posito in linea <sup>14</sup> secunda.*

1. *Inici d'una s ratllada.*



## 1437

1084 març 12

*Seguí Bellit i el seu fill Ramon Seguí venen a Bernat Otger un alou situat al territori de Barcelona, a la parroquia de Sant Cebrià de Tiana, al lloc que anomenen Espinacera, sobre Mongat vell, pel preu de 100 sous en moneda d'argent de Barcelona.*

ACB, LA.II, n. 450, f. 156a-c. Rúbrica: "Item Bernardus Oggerii emit alodium apud Spinaceram, in Tizana, super Muntgat". Interior recto: "n. 450" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1084" (s. xviii). Caplletra "T" ornamentada, tipus B: 19 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 162-163, n. 1036.

*In nomine Domini. Ego Seguinus Belliti simul cum filio meo, Remundus Seguini, venditores sumus tibi Bernardus Odegarii, emptore. Per hanc denique scripturam istius nostre venditionis vendimus tibi alodium nostrum proprium, cultum vel incultum, in duobus locis. Quod habemus in territorio barchinonensi, in parrochia Sancti Cipriani de Tizana, in loco qui vocatur ad Spinacera, super Montegato vetulo. Advenit autem nobis predictum alodium per parentum nostrorum et per comparisonem vel aliis quibuslibet vocibus. Habet autem terminum medietatem de predictum alodium ab oriente in alodio Sancti <sup>b</sup> Cipriani, a meridie in alodio Sancti Cucuphatis martiris et Sancti Cipriani, ab occiduo in alodio Guifredi Felix heredumque suorum, a circio in alodio Bremundi Guilelmi heredumque suorum. Alia vero medietas terminatur ab oriente et meridie in alodio Sancti Cucuphati sive in alodio de filiis Ermetruit femina, ab occiduo in alodio Sancti Cucuphatis sive Ermengaudi Bernardi, a circio in alodio Sancti Cipriani. Quantum isti termini concludunt atque circumeunt, vobis ad integrum vendimus, propter precium centum solidos denariorum monete argenteae Barchinone, quas hodie currit. Quos tu emptor precium nobis dedisti et nos venditores manibus nostris accepimus. Nihilque ex predicto precio apud te emptore remansit, sicut satis est manifestum. Hanc quoque terram, quam tibi vendimus, de nostrum iure in tuum dominium et potestatem, ad integrum, tradimus, cum ingressibus pariter et egressibus suis, ut facias exinde quodcumque tibi placuerit, ad tuum plenissimum proprium. Si vero nos venditores aut utriusque sexus homo venditionem hanc disrumpere aut infringere seu rescindere vel in aliquo dimovere temptaverimus aut temptaverit, nil prosit, sed componamus sive componat tibi predictam terram in duplum cum omni sua illius melioratione. Et postmodum hec venditio per scripturam facta perhenniter maneat inconvulsa atque firma, secun-*

*dum legem illam qua precipitur ut scripture que diem et annum habuerint evidenter expressum, atque secundum legis ordinem conscripte noscuntur, seu conditoris vel testium fuerint signis aut subscriptionibus roborate, omni habeantur stabiles firmitate.*

*Facta carta<sup>1</sup> venditionis IIII idus marcii, an(n)no<sup>2</sup> XXIII regni Philippi regis.*

*S+m Seguinus Belliti, s+m Remundus Seguini, que hanc venditionem fecimus et punctis solitis roboravimus atque testibus eam firmari rogavimus.*

*S+m Poca femina, que hanc venditionem laudat eique auctoritatem tribuit atque illam confirmat.*

*S+m Salamoni Mironis. S+m Guadalli Remundi. S+m Compagni Atonis. S+m Marini Baronis. <sup>l</sup> S+m Guilelmi Bernardi.*

*S+ Poncii levite, qui hec scripsit cum litteris dampnatis in linea IIII et V et supra positis in linea VI et rasis, et sss subscripsit die et anno quo supra.*

1. *Abreviatura de m ratllada sobre ta.* 2. *n repetida.*

## 1438

1084 abril 11

*Miró Guillem, prevere, fa donació a l'hospital de la Canònica de Barcelona de les cases on viu, a la ciutat esmentada, de vinyes i terres situades a Monterols, a la Cort i altres llocs. També dóna diferents estris. Tot això li ho havia deixat Amalric amb la condició que ho tingüés en usdefruit i que elegís un clergue per atendre els pelegrins.*

*ACB, LA.I, n. 799, f. 293c-d. Rúbrica: "Mir Guilelmus presbiter dedit ospitali domos suas in Barchinona". Exterior verso: "[XLII]II" (s. XIII-XIV); "n. 799" (Caresmar). Inter columnas verso: "Anno Domini 1084" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus G: 9 línies.*

*Regest: Mas, Notes, vol. X, p. 163-164, n. 1037.*

*In nomine Domini. Ego Miro Guilelmi, presbiter, donator sum Domino Deo et hospitali Canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie ipsas meas domos, in quibus habito. Quas habeo per comutatione que feci cum ipsa Canonica supra dicta de ipsis domibus, que fuerunt de Amalrico presbitero. Et sicut ipse eas mihi dimisit ad hospitalem, sic ego istas dimitto hospitali supra dicto simul cum exitibus et regressibus earum. Terminantur autem predicte domus a parte ori<entis> in calle publico et in refectorio prenominate Kanonice,*

a meridie in pretaxata Canonica et in calle, ab occiduo et a circio in publicos calles. Quantum iste affrontationes includunt, sic dono: prefatas domos predicto hospitali, cum solos et superpositos, foveis et ianuis, guttis et stillicidiis, puteo et cloacas omnia integriter. Et iterum concedo prelocuto hospitali modiatas vinearum, cum terris in quibus sunt fundate, in locum <sup>1</sup> quem dicunt Monterols, et ad ipsam Curtem modiatam optimam terre, unam et aliam modiatam terre ad ipsum torrent, et ad ipsos Arens modiatas duas terre, quas ego dedi ad complantandum per precariam. Iterumque concedo prefato hospitali tonnam unam cum duos cubs, et barril unum, et cubellos duos, et portadores IIII, et cavags II, et pannos duos de lecto, et duas canadas, et scutellas VI, et sciphos II, et mapas unas, et duos lectos, caldariamque unam cum sartagine. Hec supra dicta omnia prelocutus Amalricus mihi dimisit, ut in diebus vite mee tenuissem et in diebus meis elegissem unum clericum, qui suscepisset peregrinos advenientes. Ego autem, eius preceptis obediens, eligo et dono Mironi Gultredi atque Reimundo Uzalardi hoc totum supra scriptum, tali videlicet conventu: ut hanc iussionem, que mihi predictus Amalricus fecit mihi ipso in vita mea adiuvent facere, post obitum vero meum teneant supra locuta omnia ad servitium et ad utilitatem prenominati hospitalis. Quod si ego donator aut aliquis homo utriusque sexus hoc disrumpere temptavero aut temptaverit, non hoc valeam aut valeat vindicare, set componam aut componat vobis predicta omnia in duplo cum omni sua melioratione. Et insuper hoc maneat firmum omne per evum.

Actum est hoc III idus aprilis, anno XXIII regni regis Philippi.

S+ Miro presbiter, qui hanc donationem feci et firmavi testibusque subscriptis firmari rogavi.

S+num Geralli Mironis. S+num<sup>1</sup> Guilelmi Sancii. S+m Guilelmi Odegarii. S+ Petri presbiteri. Signum Guenelmi presbiteri. S+ Arnalli Guilelmi presbiteri.

S+m Petri Girberti ipodiachoni, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Manquen els punts de subscripció.

**1439**

1084 abril 14

Domènec Bernat ven a Jofre Guislabert i a la seva muller Sança la meitat d'una terra i vinya, situada al territori de Barcelona, al

*terme de la Gavarra o d'Esplugues, a la Bassa, que té per compra feta a Pere Mir, pel preu de 105 sous de Barcelona.*

ACB, perg. 1-4-288. Original. Pergamí, 112 × 321 mm. Al verso: "Gavarra" (s. XIII-XIV); "1084" (Mas).

*In nomine Domini. Ego Domeneg Bernard venditor sum vobis Iaucfred Guilabert et uxori tue Sancia femine. Per hanc scripturam istius mee vindicio-<sup>ne</sup> vendi vobis ipsa medietate de terra et vinea, que comparavi de Pere Mir, mea propria. Que abeo in territorio Barchinona, in termine de ipsa Gava-<sup>ra</sup> sive de Esplugas, ad ipsa Basa. Advenit ad me Domeneg per comparacione vel per qualibet libet modis vocibus. Abet autem terminum <sup>ne</sup> predicta terra et vinea a parte orientis in estrada publica vel in allodio de Sancta Eulalia Sedis Barchinona, a meridie in vineas de Sancta <sup>ne</sup> Eulalia et de filiis Remun Ricolfi et de Ermengaudi Bernard vel suos eredes, a parte vero circii in terris et vineis de Sancta Eulalia, ab hocciduo <sup>ne</sup> in vineas de Sancta Eulalia et de Guitard Sancii vel suos eredes. Quantum predicti includunt, sic vindo vobis: ipsa hec omnia supra scripta ab integre, cum exiis <sup>ne</sup> et ingresibus earum, in propter precium solidos CV de Barchinona, comodo curunt. Quem vero predicta hec omnia, quod ego vobis vindo, de meo iuro in vestro <sup>ne</sup> trado dominium et potestate, ad vestrum plenisimum proprium. Quod si ego vinditore ad aliquis omo sexus utrius qui contra ista carta vindi-<sup>ne</sup> vicerint au<t> venerimus ad inrumpendum, nil prosit, set componamus au<t> componant ipsa omnia supra scripta a vobis in duplo cum omni sua inmelioracio-<sup>ne</sup>. Et in antea hista carta vindicione firma permaneat modo vel omnique tempore.*

*Facta ista carta vindicione XVIII kalendas madii, ano XX<sup>o</sup>III regni <sup>ne</sup> regis Philipi.*

*S+m Domeneg, ego qui hista carta vindicione feci et firmavi et testibus eam firmare rogavi.*

*S+m Bernard Faber. <sup>ne</sup> S+m Onofred Bernard. S+ Mir Seniofred. S+m Guitard Sancii. \*Sss Guilabertus sacer\*. <sup>ne</sup>*

*S+ Ermengaudi sacer, qui hoc scripsit et subscripsit die et anno quo supra.*

## 1440

1084 abril 18

*Seguí Bellit i el seu fill Ramon Seguí venen a Bernat Otger un alou situat al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Cebrià*

*de Tiana, al lloc anomenat Espinacera, sobre el castell de Montgat, pel preu de 122 sous en moneda de Barcelona.*

ACB, LA.II, n. 449, f. 155 d-156a. Rúbrica: "Bernardus Oggerii emit alodium apud Spinaceram, in Tizana, super castro Montis Gati". *Inter columnas verso*: "n. 449" (Caresmar) i *inter columnas recto*: "Anno Domini 1084" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 5 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 164, n. 1038.

*In Dei sempiterni regis nomine. Ego Seguinus Belliti et filius meus Raimundus Seguini venditores sumus tibi Bernardo Odegarii, emptori. Per hanc quoque scripturam istius nostre venditionis vendimus tibi alodium nostrum proprium, cultum atque heremum, in duobus locis positum. Quod habemus in territorio barchinonensi, in parrochia Sancti Cipriani de Tizana, in loco nominato Spinacera, super castrum de Monte Gato. Advenit autem nobis predictum alodium per vocem parentum nostrorum sive quibuslibet aliis modis aut vocibus. Pecia vero una de predicto alodio terminatur ab oriente in alodio Sancti Cipriani, de meridie in alodio Sancti Cucuphatis martiris et Sancti Cipriani predicti, ab occiduo in alodio Guifredi Felix heredumque suorum, de circio in alodio Bremundi Guilelmi et de suis heredibus. Aliam quoque petia de predicto alodio affrontat ab oriente in alodio Sancti Cucuphatis predicti, de meridie in alodio de filiis unius femine, nominate Ermetrit, ab occiduo in alodio Sancti Cucuphatis predicti et Ermengaudi Bernardi, de circio in alodio Sancti Cipriani. Quantum autem omnes isti predicti termini concludunt atque terminant, totum ad integrum, sic vendimus tibi predicto Bernardo: <sup>A</sup> iam dictum alodium, cum omnibus eius ingressibus atque regressibus. Et de nostro iure atque dominio sic tradimus in tuum dominium et potestatem, ad faciendum exinde totam tuam voluntatem, sicuti tibi placuerit. Dedisti nobis in precio istius nostre delibere venditionis CXXII<sup>os</sup> solidos denariorum ipsius monete barchinonensis, que hodie currit, quos nos habuimus et de te recepimus. Hanc quoque scripturam istius nostre venditionis si nos venditores aut alius utriusque ordinis homo propincus aut extraneus disrumpere vel infringere temptaverimus sive temptaverit, componat tibi Bernardo aut componamus predicta omnia in triplum. Et postmodum hoc sit maneat semper firmum.*

*Quod fuit factum XIII kalendas madii, anno XXIII regni regis Philippi.*

*S+num Seguini Belliti, s+num Raimundi Seguini, nos qui hanc venditionem fecimus et punctis firmavimus atque testibus eam roborari rogavimus.*

*S+num Poca femina, eius filie predicti Seguini, qui omnia mea directa istius predictae venditionis firmando et auctorizando in dominium et potestatem predicti Bernardi trado atque delibere integriter.*

*S+num Salomoni Mironis. S+num Guadalli Remundi. S+num Compagni Atonis. S+num Marini Baronis. S+num Guilelmi Bernardi.*

*S+ Poncii levite, qui hoc scripsit et subscripsit die et anno quo supra.*

### 1441

1084 juliol 4

*Guislabert Raimon empenyora a Guillem Ramon, cabiscol, unes cases amb hort, pou i arbres per un deute de 12 unces d'or, situat al territori de Barcelona, al terme de Quinçà.*

*ACB, perg. 1-2-1346. Original. Pergamí, 110 × 339 mm. "mitja escala armari 3, n. 1346" (s. xvii); "Num...1139" (s. xvii); "Quinciano" (s. xiii); "1085" (F-B). La caplletra té 17 mm.*

*In Dei omnipotentis nomine. Ego Bonucius Vivani, in meo iacens lectulo egritudine fatigatus, timens paveo ne mihi mors veniat subito. Atque mandans iubeo hunc facere testamentum litteris tantum conscriptum. Hac obsecrans mando ut sint elemosinarii mei, videlicet, Poncius Ermeri sacrista et Raimundus Geriberti et Raimundus Ademari et Guilelmus Guifredi. Precipio vobis prefatis elemosinariis meis quod, si ab ista egritudine mors mihi advenerit, potestatem habeatis<sup>1</sup> plenam omne meum mobile atque immobile <sup>2</sup> distribuere, sicut ego vobis hic iniungo. In primis<sup>2</sup> concedo Domino Deo et Canonice barchinonensi et Sancti Petri cenobii Puellarum ipsum meum alodium, terris scilicet et vineis, cultis vel incultis, cum domibus, quod habeo in Provincialis sive in Bagneolis, ita sicut resonat in ipsas cartas<sup>3</sup> quam olim fecit prescripte Canonice et Sancti Petri cenobii predictae. Concedo Sancti Martini de Provincialis ipsum meum alodium de Provincialis, terris scilicet et vineis, ita sicut resonat in ipsa carta quam ei feci. Concedo Sancte Salvatori cenobio de Breda modiatas III de vineas cum ipsas domos, quod habeo in Barchinona, ita sicut resonat in ipsa carta quam exinde feci. In alodio qui fuit pater meus sive mater mea, unde ego feci carta ad Ermeniardis, nepota mea, recognosco sorores meas et filiis eius ut habeant inde equaliter directum sicut ego, quia scio et recognosco quod pater meus obiit intestatum et propter hoc ita eis concedo sive recognosco. Concedo Sancia, nepota mea, ipsam domum, ubi stat Seniofredus Ferreoli, simul cum ipso columbario et ipsam terram qui in circuitu est, cum ortulo qui fuit Bonushomo atque ipso femorali. Et concedo Ermesindis, mea nuper baptizata, ipsam domum meam, quod habeo in Provincialis, simul cum orto et arbores qui infra sunt et terris et vineis. Ita eam predicta omnia sic concedo: ut in diebus suis teneat et possideat sine blandimentum de ullum hominem vel feminam, et post obitum suum concedo Berengario*

Gonballi, nepoti meo. Alium vero alodium meum, que habeo in Provincialis, qui non est testatum, concedo nepotes meos Guilelmus Guifredi et Bernardus Guifredi et Berengarius Gondeballi. Medietatem<sup>4</sup> vero ecclesiam Sancti Martini de Provincialis et pariliatam I de alodio, qui est in circuitu, concedo Remundo Geriberti et Remundo Ademari, ita sicut resonat in ipsa carta quam olim feci eis. Alodium vero meum, quod habeo in <sup>6</sup> Bagneolis, qui non est superius testatum, concedo Sancia terciam partem. Duas vero partes qui remanent, concedo inter Bernardum Guifredi et Guilelmum Guifredi et Berengarium Gondeballi. Concedo ipsa mea curte nepotes meos Remundo Geriberti et Remundo Ademari et Berengario Gondeballi, exceptus ipsam domum ubi stat Poncius, quas dimitto atque concedo Adaledi de Yspania, ut teneat et habitet in ea omnibus diebus vite sue, et post obitum suum revertatur ad predictos meos nepotes. Concedo Guilelmo, meo baptizato, ipsum ortum quam emi de filias Bonucius Bernardi. Concedo Petro baptizato modiatam I vinee cum ipsa terra in qua est fundata, ita sicut ille tenet et laborat. Bernardo baptizato concedo media modiatam vinee subtus rego, prope trilia Bellissima femina. Et iubeo vindere equa<sup>5</sup> I et ipsum precium reddere propter debitum libram I de plata ad Abraham ebreo. Et si aliquid inde minuerit, exeat de alium meum mobile. Concedo Canonicis barchinonensi omnes meos porcos. Concedo Sancti Petri cenobii puellarum mancos III per pisces in caritate, et eminam I tritico. Concedo Adaledi femina de Yspania sestarium I de milio, et ad Buluga I frumenti. Concedo Remundo Compagni petiam I vinee, qui est iuxta vineam Remundi Ademari, et eminam I ordei. Concedo Gerallo, meo nutricato, sestarium I de milio, et ad Buluga sestarium I de milio. Concedo Bernardo Remundo, sacerdoti, vaca I. Concedo Poncius scriptor vaca I. Concedo Ermengaudi, meo baptizato, ipsum meum lod quod habeo cum ipsas vacas. Concedo Petro Mozo sestarium I ordei et iubeo reddere meos debitos. Et ipsum meum alodium,<sup>6</sup> quam dedi Ermeniardis, nepota mea, non laudo eam neque auctorizo, nisi quod ego terminavi in presencia Poncius sacricustus et Mironis Guilelmi et Guitardus Boetii et aliorum bonorum hominum qui ibi aderant. Concedo Bonifilius Amalrici sestarios II ordei et somatas II vin-<sup>7</sup>demia. Alium meum mobile, qui non est textatum, qui remanet, mando vobis meos elemosinarios ut donetis ad Sancta Maria de ipsa Mare et ad Sancti Michaelis de ipso Faio et ad Sancti Cucuphatis cenobio Vallensi et ad clericos et pauperes, pro anima mea.

Actum est hoc XIII kalendas augusti, anno XXVII regni Philippi regis.

*S+num<sup>7</sup> Bonucius Vivani, qui hunc testamentum feci et firmavi et testes firmare rogavi.*

*S+num Ermengaudi Baptizato. S+num Petrus Moconi. S+num Bonifilius Amalrici. S+num Guilelmus Sisvalli.*

*S+ Poncii levite, qui hoc scripsit.*

*S+num Martini<sup>8</sup> Erucie. S+num Stephani Sancti Iacobi qui et sutor. S+num Ademari presbiteri. S+num Peregrini presbiteri, nos presentes adfuimus et transmutare vidimus fideliter hanc scripturam nobis relatum.*

*Quod est actum XIII kalendas iulii, anno XXII regni regis Ledoyci.*

*S+ Raimundi presbiteri, qui hoc translatum rescripsit die et anno quo supra.*

1. La segona a està molt esmenada. 2. A sota, lletres de difícil interpretació. 3. Sota la c hi ha una l. 4. Sota la primera m hi ha una o. 5. Sota la q hi ha una e. 6. Sota al hi ha od. 7. Des d'aquesta signatura fins la de Guilelmus Sisvalli manquen els punts de subscripció. 8. Sota la M hi ha una A.

## 1469

1086 juliol 26

*Bonfill Oliba i la seva muller Adelaida venen a Bernat Guillem unes terres i vinyes situades al territori de Barcelona, a la parroquia de Santa Eulàlia de Provençana, al lloc anomenat Quinçà, pel preu de 5 unces d'or de València i 2 mancosos.*

ACB, perg. 3-27-368. Original. Pergamí, 117 × 309 mm. Al verso: "Pabordia de Gener, St." (36-39); "Senyal verd, 97"; "1087" (F-B). Caplletra "I": 30 mm.

*In nomine Domini. Ego Bonefilii Oliba et uxori mea Adalaydis femina vinditores sumus tibi Bernard Gilielmi, emptore. Per hanc scripturam vindicionis <sup>l</sup> nostre vindimus tibi terras et vineas, cultum et eremum, et arboribus. Que abemus in territorio Barcinona, in parrocia Sancte Eulalie de Pro(ro)vinciana,<sup>1</sup> in loco vocitatu Cin<sup>l</sup>ciano. Qui nobis atvenit, at me Bonefilii, per voci uxori mea, et at me Adalydis femina per genitorum meorum sive per ullasque voces. Qui affrontat prefata hec omnia a parte <sup>l</sup> orientis in collo de Inforcadis, a circio in monte de Ursa, a meridie in littore maris, ab occiduo in flumine Lubricad. Quantum iste affrontaciones inclu<sup>l</sup>dunt, sic vindimus tibi: prefata hec omnia ab integre, simul cum exiis vel regresiis earum, propter precium uncias V de auro Valencie et mancosos II. Quod tu emptore pre<sup>l</sup>-cium nobis dedistis et nos*



*vinditores manibus nostris recepimus. Et nihil de ipso precio apud vos emptore non remansit. Et est manifestum. Quem vero predicta ec omnia, / que nos tibi vindimus, de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestate, quantum ibi abemus vel abere debemus, ab omni integritate, at tuum plenissimum proprium /<sup>8</sup> et exinde faciendum quicquid tibi placuerit. Quod si nos vinditores aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc ista vindicione venerimus aut venerit at inrumpendum, nil pro(ro)sit,<sup>2</sup> set componat aut componamus tibi prefata hec omnia in duplum cum omnem suam inmelioracione. Et in antea ista vindicio /<sup>10</sup>firmata permaneat omnique tempore.*

*Acta est ec vindicio VII kalendas agustas, anno XXVII regni rege Filippy.*

*S+gnum Bonefilii Olibe, s+gnum /<sup>1</sup> Adalaydis femina, nos qui ista vindicione fieri iuxsimus et firmamus et testes firmari rogavimus.*

*/<sup>2</sup> S+gnum Remon Faber. S+gnum Paulus Geribert. S+gnum Remon Petro. S+gnum Gilielmi Remon. S+gnum Holibe Mironi.*

*/<sup>3</sup> S+ Raimundi sacer, quis scripsit die et anno prefato.*

*1. ro repetit. 2. ro repetit.*

## 1470

1086 agost 21

*Quíxol i el seu fill Guillem donen a Dalmudina una mujada de vinya i una feixa de terra al coll d'Enforcats, al territori de Barcelona.*

*ACB, perg. 1-2-637. Original. Pergamí, Fragment, 86 × 429 mm. Al verso: "1-2-637" (JB); el segell de "Restauració n°". Mutilat. Grans fragments perduts, especialment a l'inici del document i a tota la banda dreta del pergamí, que no permet indicar el nombre de lletres perdudes, tot i que la xifra de 40 creiem que s'ajusta bastant a la realitat. Restaurat als serveis tècnics de l'Arxiu el 1990. A més, presenta taques avinagrades fosques, especialment fortes al centre del document, que dificulten o fins i tot impedeixen la lectura del text. Caplletra "T": 35 mm, aproximadament.*

*I[n nomine Domini.] [±60] repetatur a donatore. Quapropter in Dei nomine ego Chixol femina et filio meo Guilelmus [±8] ir donatores sumus tibi Dalmudina femine. M[+- 40] /<sup>2</sup> [±5]nis nostris et pre[±18] [q]uogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et espontanea [tibi elegit] cum D[e]o bona voluntate, ut tibi cartam donationis fecissemus aliquid de proprietate nostra sic[ut ±40] /<sup>3</sup> [±20] modiatam vineam, cum ipsa terra ubi est fundata, ipsam quam plantavit Olibani Isarni [forat] montis auda [±4] modiatam [aliam]*

terre in collo de Enforcatos. Iterum autem donamus tibi fexam unam t[er]re] [±40] <sup>A</sup> [±10] supra scripta in territorio Barchinone in terminios iam dictos. Advenit nobis per ienitorum nostrorum et per aliis quibuslibet [vocibus] sive modis. Terminatur autem modiatam vineam a parte orientis in tor[rente ±40], <sup>B</sup> a circii in vineis Guanalgandus Mironis, ab occiduo in vineis Reimundi Bonefilii, qui est condam. Et affrontat modiatam [ter]re] qui est ad collum de Enforcatos, a parte orientis [in alo]dio Reimundi Bonefilii, a [±40] <sup>B</sup> Petri, a circio in strata. Iterum autem affrontat ipsam fexam terre qui est in Bagneolis, a parte orientis in alodio Sancti Iacobi, a m[er]idie] in alodio canonice Sancte Crucis, ab occiduo in alodio Gi[±40] <sup>C</sup> Bernardi Reimundi. Quantum iste affrontationes includunt et prefati termini terminant, sic donamus tibi [omnia ±1] hec omnia \propter tu [±4]/ ab integrum [±8] cum exios vel regresios earum at [±40] [inte-] <sup>D</sup>gritate, ad omnia que volueris facere, ad tuum plenissimum [±8] [con]rarietates [±30] homo utriusque sexus qui contra hac [donatione ±40] [inrum-] <sup>E</sup>pendum sive infringendum, non hoc valeat, sed componamus aut componat tibi [±50]. [Et in ant]ea ista carta donationis firma et [stabilis permaneat omni tempore].

<sup>A0</sup> Actum est hoc XII kalendas septembris, anno XXVII regni regis Phil[ipi].

[±50] [qui] hac donatione firmavi et firmare [rogavimus]. <sup>A1</sup>

S+ Ramo Sinfre. S+ G[u]ad Adalberti. <sup>A2</sup>

S+ Iohannis presbiteri qui hec scripsit [±60] [su]pra.

## 1471

1086 setembre 15

*Guillem Escafred permuta amb la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia i tots els seus clergues un alou situat al territori de Barcelona, als Vinyals i Parets Antigues, per una peça de terra en un lloc no especificat, tal com consta en la carta que fa a Guillem.*

ACB, perg. 1-1-2314. Original. Pergamí, 200 × 244 mm. Al verso: "Carta Guilielmi Iuscafredi"; "LVIII" (s. XIII-XIV); "Num...2314" (s. XVIII); "Liber II Antiquitatum n. 57 / Diversorum A 2314" (Mas). Caplletra "I": 23 mm.

ACB, LA, II, n. 57, f. 20c-d. Còpia de mitjan segle XIII. Encapçalament de foli: "Serriani". Rúbrica: "Carta / quod Guilielmus Escafre comutavit Canonice suas / vineas apud Vinnals et ad Parietes Antiquos". Exterior verso: "LVIII" (s. XIII-XIV); "n. 57" (Caresmar); "Anno Domini / 1087" (s. XVIII). Caplletra "I": 23 mm.

Regest: *MAS, Notes*, vol. X, p. 169-170, n. 1052.

*In<sup>a</sup> Dei nomine. Ego Guilelmus Eschafredi comutator sum vobis omnibus clericis Sancte Crucis Sancteque Eulalie et eiusdem Kannonice.<sup>b</sup> Sit etiam <sup>l</sup> manifestum qualiter comuto vobis alaudem meum proprium, scilicet vineas cum terra ubi sunt fundate, separatim positas. Que sunt in territorio<sup>l</sup> barchi-<sup>l</sup>nonensi, in loco vocitatos Vinealis sive ad Parietes Antiquas. Advenerunt autem mihi per meam comparacionem<sup>c</sup> vel per ullas voces. Terminantur <sup>l</sup> autem prefate<sup>2</sup> vineę ab oriente in vineis Sancti Michaelis, a meridiei et circei partibus in itineribus publicis, ab occidente in torrente Parietis <sup>l</sup> Antiquis. In<sup>3-d</sup> quantum predicti termini concludunt, comuto vobis sive predictę Kanonice: predictas vineas, quas ibi habeo, ad integrum, propter <sup>l</sup> petiam<sup>e</sup> unam terre, quam mihi in comutacionem<sup>f</sup> sive per comutacionem<sup>g</sup> datis, sicut resonat in carta commutacionis<sup>h</sup> a vobis mihi tradita.<sup>4</sup> Prefatas vero vineas, <sup>l</sup> quas vobis comuto, de meo iure in vestrum trado dominium et potestatem, ut faciat exinde quicquid vobis placuerit, sicut de aliis munificenciis<sup>i</sup> prefate <sup>l</sup> Kannonice<sup>j</sup> solide et delibere, cum ingressibus vel regressibus<sup>5</sup> earum, absque ullius contrarietatis obstaculo. Si ego comutator aut aliquis homo <sup>l</sup> utriusque sexus hanc comutacionem<sup>k</sup> disrumpere voluero<sup>6</sup> sive voluerit, nil prosit, sed componam aut componat vobis et prefate<sup>7-1</sup> Canonicę hec omnia <sup>l</sup> in duplum cum omni sua<sup>8</sup> melioracione.<sup>m</sup> Et postmodum hoc maneat semper firmum.*

*Quod est actum XVII kalendas october, anno XXVII regni regis <sup>l</sup>1 Phylipi.<sup>n</sup>*

*\*Guilelmus levite\*, qui hanc comutacionem<sup>o</sup> fecit et propriis manibus firmavit testibusque subscriptis firmari rogavit.*

*<sup>l</sup>2 \*S+num Isarni [raonensis<sup>9-p</sup>] abbatis\*. \*S+ Gauceberti presbiter\*. S+num Ermengaudi. <sup>l</sup>3 \*S+ Raimundi levite\*. \*S+ Mironis sacerdotis\*. S+num Benedicti. S+num Adalberti. <sup>l</sup>4 \*S+ Pere Sinfred\*.*

*<sup>l</sup>5 S+ Berengarii levite, qui et caputscole, qui hoc scripsit die et anno quo supra.<sup>10</sup>*

1. Sota la primera o hi ha una e. 2. Abreviatura supèrflua. 3. Potser sobrer. A sota hi ha una q. 4. Sota l'última a hi ha una e. 5. Sota la b es llegeix is. 6. Sota la segona o es llegeix it. 7. Sembla una o. 8. Sota la a hi ha una e. 9. Sota la r hi ha una c. 10. Abreviatura supèrflua.

LA. a. Manca la caplletra i. b. Kanonice. c. comparacionem. d. Manca. e. peciam. f. comutationem. g. comutationem. h. commutationis. i. munificentis. j. Canonicę. k. comutationem. l. prefato. m. melioracione. n. Phylippi. o. comutationem. p. caonensis.

1086 octubre 29

*Bonjudà i la seva muller Belor, jueus, venen a Bernat Ermengol dues peces d'hort amb arbres i pou, situades al burg de la ciutat de Barcelona, a prop de l'església de Santa Maria del Mar, pel preu de 100 mancusos d'or.*

ACB, LA.I, n. 87, f. 42b-c. Sense rúbrica. *Inter columnas recto*: "n. 87" (Caresmar). *Exterior verso*: "Anno Domini 1087" (s. xviii). Caplletra "T" ornamentada, tipus E: 9 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 170, n. 1053.

*In Christi nomine. Ego Bonaiuda hebreo et coniux mea Belauro hebreo venditores sumus tibi Bernardus Ermengaudi, emptori. Per hanc scripturam venditionis nostre vendimus tibi petiolas duas, orto qui se tenet, et arboribus et puteo. Et est hec omnia in burgo civitatis Barchinone, prope ecclesiam Sancte Marie de ipsa Mare. Qui nobis advenit iam dicta omnia ad me Bonaiuda per mea comparatione, et ad me Belauro per meum dot(e)\u/m<sup>l</sup> et per ullaque voces. Et affrontat unam petiam maior de ipso orto a circi in alaude Aurumbela, qui fuit et viro suo condam Bernardus Madarefo, et habet dextros V minus palmos tribus, de oriente in orto de nos venditores, de meridie in orto de te emptori et in unam peciunculam minore, tibi vendimus, et habet dextros III<sup>or</sup> et palmo unum, de occiduo in orto de nos venditores (de meridie in orto de).<sup>2</sup> Et affrontat iam dictam peciunculam minorem a circi in ipsam petiam maiorem, qui tibi vendimus, et habet dextro unum et palmos III, de oriente in orto de nos venditores, de meridie in via et habet dextro unum et palmos III, de occiduo in orto de te emtori. Quantum iste affrontationes includunt, sic vendimus tibi: iam dicta omnia ad integrum, propter precium mancusos C auroals bonos sine engan, quos tu emptor nobis dedisti et nos venditores manibus nostris recepimus. Et nichil de ipso precio apud te emptore non remansit. Et est manifestum. Prescripta quoque omnia, que tibi vendimus, de nostrum iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ut quiquit ex inde facere vel iudicare volueris, cum exios et regresios earum, ad tuum plenissimum proprium. Quod <sup>l</sup> si nos venditores aut aliquis homo sexus utriusque contra ista venditione pro inrumpendum venerit, nil valeat, sed componat aut nos componamus tibi iam dicta omnia in duplo cum omni sua melioratione. Et in antea ista venditio firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc IIII kalendas novembris, anno XXVII regni regis Philippi.*

*S+ Iohannes Sesmundi. Sig+num Geraldus presbiter. S+ Bernardi Marcutii. S+ Guilelmi levite, qui et capudscole, qui nomina prefatorum testium hic inpressi. S+ Mir.*

*S+ Guilelmus sacer, qui hoc scripsi et sss die et anno quo supra.*

1. e expuntuada. 2. Expuntuat.

### 1473

1087 març 4

*Pere Arnau, prevere, fa donació a favor de Déu i de l'església de Santa Eulàlia de Vilapicina d'un alou que conté cases, terres, vinyes i arbres, situat al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu de Palomar, al terme de Vilapicina, al lloc que anomenen la Tona.*

ACB, LA.II, n. 221, f. 77a-c. Rúbrica: "Petrus Arnalli dedit ecclesie de Villapiscina alode, domos, terras, vineas in manso de Ventosa et cetera". Interior recto: "n. 221" (Caresmar). Exterior recto: "Anno Domini 1087" (s. XVIII). Vegeu una altra redacció d'aquesta donació al document núm. 1474, efectuat el mateix dia. Caplletra "T" ornamentada, tipus F: 8 línies.

Regest: Mas, Notes, vol. X, p. 120-122, n. 949 i p. 170-172, n. 1055.

*In nomine Domini. Ego Petrus Arnalli presbiter donator sum Domino Deo et ecclesia Sancte Eulalie Villepiscine. Per hanc scripturam donationis mee dono ad iam dictam ecclesiam Sancte Eulalie Merite quoddam alodium meum cum ipsa mansione qui ibi est, cum terris et vineis, tam cultum quam eremum, et omnes arbores qui infra sunt. Quod abeo in territorio Barchinone, in parrochia Sancti Andree de Palumbario, in termine Villepiscine, ubi dicunt ad ipsam Tonniam. Advenit mihi per genitori meo et per comparatione vel per (ulla) omne/sque<sup>1</sup> voces. Affrontat predicta omnia a parte aquilonis in via qua itur ad Barchinona et in alia via qui vadit ad Romaned contra villam Orta vel ubique, a meridie in ipsa ras vel in margine et in alodio quod pater meus dedit ad chanonicam sedis Barchinone, ab occiduo in iam dicto margine et in via qua itur ad ipsam Tonniam et in puteum Montedellus et in vineis qui fuerunt Ermengaudus Goltredi, a circio in vineis quod ego dedi Gilie sorori mee et in via. Quantum isti termini includunt, sic dono Domino Deo et iam dictam ecclesiam Sancte Eulalie: predicta omnia, toto ab inte-*

gre, cum exiis et regresiis earum, exceptus ipsa plantatio quam Umberto fecit in ipso alodio, sicut resonat in sua precharia, quam dono ad fratrem meum Poncium I modiatam I vinee, tali modo: ut teneat quamdiu vixerit et post suum obitum revertatur eadem vinea cum ipsa terra ad iam dictam ecclesiam solidus atque delibere. Aliud quod super est, ad iam dictam ecclesiam sine ulla diminutione. Et, sicut supra scriptum est, sic dono Domino Deo et iam dictam ecclesiam: pro anima mea et anima pater meus et mater mea et fratribus et sorores meas, qui mihi diffinierunt et evacuaverunt iam dictum alodium propter alium alodium <sup>b</sup> quod ego diffinivi eis, quod pater meus dimisit inter nos invicem fratres et sorores, sicut est in suo testamento sive iudicio corroboratum. Et hec dono ad prenominatam ecclesiam ad luminaria concinanda et ad omnia utensilia quod ad ipsa luminaria pertinet, per omne tempus et annos, sive ad constructionem et operimentum et ad omne opus quod ad ipsam ecclesiam pertinet et necesse sit. Et abeat et teneat iam dicte ecclesia ipsum sacrarium qui fuit Argimirus, quod ego emi, qui est ante hostium iam dicte ecclesie; et petiam I vinee quod plantavit Petrus Suniarii ex meo avere, qui est iuxta via qui vadit ad domus Gerbertus Primi, qui se tenet cum vinea et alodio quod est petiam I terre qui est Berengarius Donucii; et aliam petiam terre qui est iuxta via qua itur ad Barchinona, quod Petrus Suniarii laborabat, qui se tenet cum alodio Poncius Geriberti et Rodlendis femine; et aliam petiam terre qui est iuxta riera qui venit de Orta, quod laborat Guilelmus Galindi, quod est infra alodio Poncius Geriberti. Quod si ego donator aut ullus homo utriusque sexus, sive episcopus vel prepositus aut clericus aut ullius ordinis homo vel laicus, qui hanc donationem ad iam dictam ecclesiam abstulerit aut diminuerit vel ad infringendum venerit aut in aliquo mutaverit per ulleque modo atque ingenio, ad nichilum deveniat, sed componat ad iam dictam ecclesiam omnia in duplo. Et in antea ista donatio firma permaneat in perpetuum. Et insuper qui hanc iniuriam facere presumpserit vel fecerit aut consentierit, excommunicatus et maledictus a Domino Deo et sanctis suis permaneat, in inferni baratro cum diabulo sine fine demergat. Amen. Et postea accipiant et abeant fratres et sorores et consangineis meis iam dictum alodium.

Facta ista carta donationis IIII nonas marcii, anno XXVII regni regis Philippi.

S+ Petrus Arnalli presbiter, ego qui hanc donationem feci prompto animo et bona voluntate et testes firma-<sup>r</sup>e rogavi.

*S+ Guilelmus Guitardi. S+ Miro Guilelmi. S+ Guilelm Galin. S+ Mir Bonofilii. S+ Iohan Sendret. S+ Guilabert de ipsa Tonna. S+ Umbert Guilabert. S+ Bernardus Petri. S+ Guadal Reimon.*

*S+ Petrus presbiter, qui hec scripsit cum litteras supra positas in linea XV et in linea XVIII et XX, die et anno quo supra, et raras sive emendatas in linea XVII, sub die et anno prefixo.*

1. *ulla expunctuat.*

## 1474

1087 març 4

*Pere Arnau, prevere, fa donació a favor de l'església de Santa Eulàlia de Vilapicina d'un alou amb casa, terres, vinyes i arbres, situat al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu de Palomar, al terme de Vilapicina que anomenen la Tona.*

ACB, LA.II, n. 212, f. 74b-d. Rúbrica: "Petrus Arnalli de Orta dedit ecclesie Villepiscine alodium et mansum apud Tonam, in Villapiscina". *Inter columnas recto: "n. 212" (Caresmar). Exterior verso: "Anno Domini 1087" (s. XVIII). Vegeu una altra redacció d'aquesta donació al document precedent, efectuat el mateix dia. Caplletra "H" ornamentada, tipus A: 8 línies.*

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 172, n. 1056.

*Hec est translatio de ipsa scriptura donationis que fecit Petrus Arnalli de Orta ad ecclesiam Sancte Eulalie Villepiscine.*

*In nomine Domini. Ego Petrus Arnalli, presbiter, donator sum Domino Deo et ecclesiam Sancte Eulalie Villepiscine. Per hanc scripturam donationis mee dono ad iam dictam ecclesiam quoddam alodium meum, cum ipsa mansione qui ibi est, cum terris et vineis, tam cultum quam eremum, et omnes arbores qui infra sunt. Quod habeo in territorio Barchinone, in parrochia Sancte Andree de Palumbario, in termine Villepiscine, ubi dicunt ad ipsam Tonniam. Advenit mihi per genitori meo et per comparatione et per omnesque voces. Affrontat predicta omnia a parte aquilonis in via qua itur ad Barchinona et in alia via qui vadit ad Romaned contra villa Orta, vel ubique; a meridie in ipso margine, et in rasa et in alodio quod pater meus dedit canonicam sedis Barchinone; ab occiduo in iam dicto margine, et in via qua itur ad ipsam Tonniam et in puteum Montedellus, et in vineis qui fuerunt Ermengaudus Goltredi; a circi <sup>l</sup> in vineis quod ego dedi Guilelme sorori mee, et in via. Quantum isti termini includunt, sic dono ad iam dictam ecclesiam Sancte*

*Eulalie: predicta omnia, toto ab integre, cum exiis et regressiis suis earum, exceptus ipsa plantatio quam Umbertus fecit in ipso alodio, id est, modiatam unam quam dono ad fratrem meum Poncium, tali modo: ut teneat quamdiu vixerit, et post obitum suum revertatur eadem vinea cum ipsa terra ad iam dictam ecclesiam solide atque delibere. Aliud quod superest, ad iam dictam ecclesiam sine ulla diminutione ad luminaria concuranda et ad omne opus quod ad ipsam ecclesiam pertinet et necesse sit. Et hoc dono pro anima mea et parentum meorum et fratribus et sororibus meis, qui mihi definiunt et evacuaverunt propter alium alodium quod ego definiui eis. Et dono I sacrarium ad iam dictam ecclesiam, quod ego emi de Argemir, qui est ante ostium iam dicte ecclesie; et peciam I vinee, quod plantavit Petrus Suniarii ex meo avere; et petiam I terre, qui est iuxta riera qui venit de Orta; et aliam petiam terre, quod laborabat Petrus Suniarii, qui est iuxta via qua itur ad Barchinona. Quod si ego donator aut aliquis homo utriusque sexus sive episcopus aut prepositus aut ullius ordinis clericus sive laicus, qui hanc donationem ad iam dictam ecclesiam abstulerit aut diminuerit, vel ad infringendum venerit, aut in aliquo mutaverit per ulleque modo vel ingenio, ad nichil deveniat, sed componat ad iam dictam ecclesiam omnia in duplo. Et in antea ista donacio firma permaneat in perpetuum. Et insuper qui hanc iniuriam facere presumpserit vel fecerit aut consentierit, excommunicatus et maledictus a Domino Deo et sanctis suis permaneat et inferni baratro cum diabolo sine fine demergat. Amen. Et postea accipiant et habeant fratres et sorores sive consanguineis meis iam dictum alodium sine ulla inquietudine.*

*Facta ipsa carta donationis IIII nonas marcii, in anno XXVII regni Philippi regis.*

*Signum Petrus Arnali presbiter, qui ipsam <sup>1</sup> donationem, prompto animo et bona voluntate, fecit et firmavit et testibus firmare rogavit, id est, Guilelm Guitard et Mironi, filio suo, et Guilelmus Galindi et Mirone Bonefilii et Iohan Sendred et Guilabertus de ipsam Tonnam et Umbert Guilabert et Guadal Reimon et Bernardus Petris.*

*Et ipse Petrus, qui hanc donem fecit, sicut donavit, manibus suis scripsit et firmavit sub die et anno quo supra. Et iussit ut, si hanc donationem in aliquo muterata fuerit, accipiant parentes sui ipsum alodium ad tenendum et possidendum et toto ab integre sine ulla diminutione.*



## 1475

1087 març 11

*Testament del vescomte Ramon Folc de Cardona, jurat sobre l'altar de Santa Anastàsia, situat a la Guàrdia, en el qual fa deixes a la seva esposa Ermessenda, al seu fill Bernat, presoner, al seu germà Folc, vescomte, i a altres persones, així com a l'església de Cardona, a Sant Pere de Vic, a la Canònica de Barcelona, etc., de béns mobles i immobles situats a Cardona, amb els seus castells i tots els que en depenen, a Girona, Osona, etc.*

ACB, perg. 4-17-102. Original. Pergamí, 398 × 449 mm. El document presenta diversos forats. Al verso: "Iudicium Raimundi Fulconi" (s. xi); "Iudicium Raimundi Fulconii, vicecomitis Cardone" (s. xv); "Testamentum R. Cardona, CII" (s. xvi); "XVII Stancia testamentorum Piae Elemosinae, CII" (s. xvii); "102" (s. xviii). Tres lletres capitals fora de caixa, al marge esquerre. Caplletra "I" ornamentada: 54 mm.

*In nomine Dei Patris omnipotentis. Haec est iudicialis condicio seu publicatio ultimę voluntatis cuiusdam defuncti vicecomitis, nomine Reimundi Fulconis, cardonensis, quam p[u]blicant sui manumissores seu helemosinarii <sup>β</sup> per scripturam sui testamenti ab eo ordinati et electi, id sunt, coniux eius Ermessindis vicecomitissa atque Fulco vicecomite, frater eius, et Reimundus Amati necne Miro Guilel[mi si]ve Guilelmus levita, qui scripsit suo testamento pre-<sup>β</sup>phati defuncto.*

*Nos prescripti Fulco et Ermessindis et Miro Guilelmi iurando testificamus supra altare Sanctę Anastasię, quod situm est Guardę, quia vidimus et audivimus, qua[ndo] prephatus defunctus vicecomes Reimundus vole-<sup>a</sup>bat pergere in hoste cum comite barchinonensi, ante quam ipsum iter cepisset, in suo plenu sensu et memoria integra ordinavit per scripturam sui testamenti, quem ipse proprio ore suo dictavit et, nobis/ videntibus, sua manu propria subscripsit et roboravit, qualiter eius possessio dari posse sive distribui post eius ob[itum]. In inicio suę ordinationis iussit esse manu-<sup>β</sup>missores seu distributores suarum rerum iam dicta vicecomitissa et prefatus vicecomes, frater eius, atque Eribaldus Bonifilii et Bernardus Amati et Mironis Guilelmi et Bernardus [Erm]engaudi atque Reimundus Reimundi de Sancta <sup>β</sup> Columba et Reimundus Amati. In primis dimisit Domino Deo Omnipotenti et ad ospicium quod est situs in Cardona, videlicet, iuxta ecclesiam Sancti Micahelis, ipsas vineas quas habebat in Marbuscha, cum quantum ibi habebat in <sup>l</sup> (in)<sup>l</sup> Dominicum, simul cum ipsa pariliata terre quam habebat ad ipsa Ferrera, eo videlicet modo: ut omni tempore fideliter habeat omnem expletum, quod inde exierit, predictum ospitale sine aliqua diminutione. Suas autem vineas, que <sup>β</sup> habebat in Begurcii de complantariis*

de Sancte Marie de Serratex, modiatas duas, dimisit pro animas genitori sui et pro redemptionem anime sue. Relinquit etiam Sancte Marie Solstone duas modiatas vinee de ipsis complantariis quos habebat <sup>9</sup> cum Durando Guadaldi. Dimisit etiam ad cenobium Sancti Petri de Castroseris medietatem de suum alodium de Mirambel, quod fuit de Reimundo Seniofredi. Aliam vero medietatem iussit tenere iam dicte vicecomitissa diebus <sup>10</sup> vite sue; post suum vero obitum, solidum concessit predictum alodium ad iam dictum cenobium pro animabus illorum, simul cum pariliata una optima de terra, quam habebat in Valle Vibrera. Concess[it] etiam Sancti Petri sedis Vici ipsam suam pariliatam <sup>11</sup> terre, quam habebat in Calaph, in loco vocitato Villare Antiquo, eo videlicet modo: ut omni tempore ardeat unam lampadam omnibus diebus ac noctibus ante altare Sancti Petri sedis Vici. Ecclesie vero Sancte Marie de Tagamanent iussit <sup>12</sup> reddere terciam partem eiusdem parrochie, quam ipse recognovit quod iniuste ei abtulit, eam quam tenet Arnallus Guifredi, et mandavit ut ita fuisset de ipsa capellania, sicut fuit in diebus parentibus suis. Item dimisit ecclesie iam <sup>13</sup> dicte Sancte Marie ipsas suas mansiones, quas habebat in Congusto, cum alodiis et vineis, quas habebat in ipsa insula Lordmanesca, iuxta vinea Fulconis Reimundi. De suum autem castrum de Amallano, medietatem dimisit <sup>14</sup> cardonensis ecclesie Sancto Vincentio seniori suo solide et libere, eo videlicet modo: ut prescripta eius coniux Ermessindis teneat in vita sua; et post obitum prephate vicecomitisse, iussit tenere predictum castrum Deusdedit, generi suo, et <sup>15</sup> eius coniux Ermessindis atque Bernardus Amati, nepos iam dicti vicecomitis, in servicio iam dicti Sancti Vicentii. Et habeat iam dictus Sanctus Vincentius in iam dicto castro districtum et mandamentum et in suis terminis et in ipsis castellis, qui ibidem sunt vel <sup>16</sup> in antea erunt. Et post obitum iam dicte vicecomitisse, habeat Sanctus Vincentius de ipsa dominicatura duas partes. Tercia vero pars Deusdedit dimisit et eius coniux prescripta et prephato suo nepoti, sub ea videlicet ratione ut ipsi hedificent iam <sup>17</sup> dictum castrum et adiuvent eum tenere contra paganos et contra christianos. Et ad edificamentum de iam dicto castro seu ad edificamentum ecclesie eiusdem loci dimisit medietatem tolonei ex salis Cardone, ut tandiu habeat iam <sup>18</sup> dictum castrum ipsum toloneum, usque sit hedificatus et con\structus et bene munitus et ecclesia eius. Et dimisit ad Sanctum Benedictum de Bages ipsa pariliata, que est iuxta Amallanel, simul cum iam dicta Ermessindis, coniuge sua, a parte vero meri-<sup>19</sup>diana cum paria bobus pro redemptione animarum suarum. Suum autem

alodium, quod habebat in Palaciolo, inter Sanctum Petrum Castrumseris et Sanctum Vicentium cardonensis equaliter dimisit. Cenobio vero Sanctę Marię rivipollensis modiatas duas <sup>20</sup> vineę in plano de Begure dimisit. Et Sanctę Marię sedis urgellensis dimisit ipsam parrochiam de Tenes, cum fisco quod tenet Guilelmus Sancii et Guilelmus Geralli cum suas vineas de Cleriana. Suas autem vineas de Podiolo Rogio cum <sup>21</sup> ipso<sup>2</sup> servicio et districto et mandamento quod habebat de domo Mironis Rigualli, iam dicto Sancto Vincentio rel[in]quid. Suum autem castrum de Cardona cum suis terminis et adiacentiis et eorum castris quę ibidem sunt, videlicet Gurridan <sup>22</sup> et Cleriana et Matamargon et ipsum castrum de ipsa Molsosa et Mirambillo, exceptus ipsum alodium quod fuit de Reimundo Seniofredi, et ipsum castrum de Pugalt, et cast[rum] Sancti Mathei, et castrum Sancti Martini de Sevedano, <sup>23</sup> et castrum Talamanca et Savassone, cum ipsum castrum de Rupid, et hoc quod habebat in castro de Solerols, et ipsum castrum de Coloneg, et ipsum castrum de Gavar, omnes iam d[ictos] castellos cum illorum terminis et adiacentiis et ecclesiis <sup>24</sup> eorum, cum decimis et primiciis, cum ipsis dominicaturis et baiuliis, hoc totum dimisit Ermessindis, coniugi suę, et Fulconi, fratri suo, exceptus hoc quod superius Deo dimisit et sanctis suis; [pos]it obitum vero iam dicte vicecomitisse, prescripta <sup>25</sup> omnia solide et libere dimisit iam dicti fratri suo; post suum vero discessum, prefata omnia filię suę Ermessindis et filiis suis nepotis ei d[im]isit. Et ipsum castrum de Calaph ita c[on]ces[sit] eis sicut aliud suum honorem, ut teneant eum in <sup>26</sup> servicio Sancti Petri sedis Vici et donent per unumquemque annum, in die Sanctum Paschę, cannonicis Sancti Petri iam dicti optimam refectionem, sicut ipse solebat facere. Et ipsum cas[tr]um de Castello Talato et hoc quod habebat in Minorisa <sup>27</sup> et castrum de Tagamanent, cum hoc quod habebat in Vico et in Gerunda, cum castrum de Farner, et ea omnia quę habebat in comitatu gerundensis, totum dimisit prescripte uxori suę et iam dicti fratri suo, ut habeant <sup>28</sup> in servicio comitum seniorum suorum; post obi[tum] vero iam dicte uxori suę, iussit remanere iam dicto Fulcone; post discessum vero eius, Ermessindis, filię suę, et nepotibus iam dicti vicecomitis in servicio seniorum suorum dimisit, <sup>29</sup> videlicet ad illis nepotibus qui sunt filiis de iam d[ic]te Ermessindis, filię suę. Et ipsam ecclesiam de [T]abernolis, cum ipsa ecclesia de Savassona, cannonici Sancti Petri sedis Vici dimisit. Et ipsas parrochias, quas habebat de Sancta Cruce <sup>30</sup> per fevum in comitatu barchinonensis, Cannonice eiusdem Sanctę Crucis et Sanctę Eulalie dimisit. Et ipsam ecclesiam de Cischer, quod

habebat per fevum Ermengaudi comitis, iam dicte vicecomitisse dimisit, ut habeat eam in servi-<sup>β1</sup>cio iam dicti comitis; post obitum iam dicte vicecomitisse, iussit eam tenere illum qui tenuerit Amallan. Iterum dimisit ad cenobium Sanctum Petrum \Castrum/serris suum alodium, quod habebat in Luciano, cum baiuliis, cum hoc quod habebat <sup>β2</sup> in ipsis vallis, quod tenuit avia eius; et capitis et filo de sua spata quod habebat in Cardona, et mandavit exinde calicem fieri ad opus Sancti Petri Castriserris. Et ad Sanctum Vincentium seniore suum XII uncias auri puri <sup>β3</sup> ad pensum concessit, quas habebat Reimundus Guisaldi, et medietatem de suo cacemino. Et iussit dare ipsum caceminum per aurum et precepit inde calicem fieri cum iam dictas XII uncias auri ad opus Sancti Vincentii Cardone. <sup>β4</sup> Aliam vero medietatem de iam dicto cacemino uxori suę iam dicte dimisit. Omnem autem suum mobilem alium, quod habebat in cunctis locis, medietatem dari iussit pro anima sua. Medietatem vero de equabus suis dimisit inter <sup>β5</sup> Sanctum Petrum<sup>3</sup> Castrumserris et Sanctum Vincencium equaliter. Medietatem vero de pane et vino et de suis vasculis maioribus et minoribus sive suis suppellectilis, quę habebat de/Lupricato usque ad finem de Amallan et de Minorisa (usque ad <sup>β6</sup> Minorisa)<sup>4</sup> usque ad Cleriana, tercia parte de iam dicta medietate cannonici Sancti Vincentii dimisit per missis; aliam vero terciam partem ospi-cium, quem<sup>5</sup> ipse hedificavit in Cardona, dimisit; alia vero tercia pars Sanctę Ma-<sup>β7</sup>rię serratexensis et Sanctę Marię Selsone equaliter dimisit. Iterum dimisit cannonicę Sancti Petri sedis Vici et cenobium Sancti Petri Castrumserris medietatem de pane et vino et ex vasculis, quę habebat de collo Spina, <sup>β8</sup> in antea usque ad castrum Rupid, et de Tagamanent usque in flumine Teder, ut clerici et monachi illorum locis equaliter dividant inter se. Precepit etiam de pane et vino, quod habebat in comitatu gerun-<sup>β9</sup>densi, de sua medietate tres porciones fieri et iussit unam dari cannonice Sanctę Marię Iherunde, aliam vero cannice Sancti Felicis dimisit, terciam vero monachi Sancti Petri Gallicantu dari iussit. Aliud suum mobi-<sup>β10</sup>lem, ubicumque inventum fuerit a suis manumissoribus, qui in suo testamento scriptum non est, precipit eis dare pro anima sua in missis et in sacrificiis et in helemosinis. Et iussit ut per omnes suos debitos, qui in veritati fuerint <sup>β11</sup> inventi, ut coniux eius vicecomitissa et Bernardus Amati tenuissent tantum ipsum toloneum, qui venit ad ipsum sal de Cardona, usque dum redditos habuissent suos debitos a maiore usque ad minore.

Post hęc pre-<sup>β12</sup>cepit ut, si voluntas Dei esset ut filius eius Bernardus revertisset a captivitate, omnem suum honorem solide et libere ei dimisit, exceptis hoc quod dimisit sanctis Dei et ecclesiis

et pauperibus. Equos autem, quos habebant suos mili-<sup>43</sup>tes per suam comendationem, eis dimisit. Loricis vero et spatas, quas habebant suis hominibus per ipsum, ita iussit eis habere per vicecomitissa et per Fulconem, fratrem eius, et per Bermundum, filium suum, si venerit. Insuper etiam <sup>44</sup> mandavit et rogavit suis hominibus, qui t[e]nent suum honorem, ut post mortem vicecomitisse iam dicte et fratrem eius Fulconem non donent potestatem alicui homini de suo honore usquequo Sanctum Petrum et Sanctum Vicentium <sup>45</sup> atque omnibus aliis locis superius scriptis habeant hoc quod ipse eis dimisit, pro anima sua, fideliter et sine diminutione. Et hoc totum, sicut superius insertum est, dimisit in baiulia et in potestate Dei omnipotentis atque omnibus sanctis suis. <sup>46</sup> Postquam autem hec omnia superius scripta a prephato vicecomite ita ordinata fuit, sicut superius scriptum est, perrexit in ipsa hoste in qua cupiebat ire et inde postea reversus fuit sanus et triennio et amplius vixit et, <sup>47</sup> anteaquam fecisset aliud testamentum nec aliter suam voluntatem mutasset, ex hoc subito a sarracenis interfectus, ab hac vita discessit, inmutata hac voluntate. Ideoque ego Fulco vicecomes et Ermessindis <sup>48</sup> vicecomitissa et Miro Guilelmi, qui in testamento ipsius vicecomitis rogati ab eo manumissores et firmatores accessimus, voluntatem ordinationis eius infra spacium sex mensium post eius obitum permulgamus <sup>49</sup> coram sacerdotibus et iudicibus et testibus superius anotati. Et ut indubitanter a cunctis credatur, nostris propriis manibus, ordinante et recipiente Bernardo Guifredi iudice, iuramus quia in hac condicio nulla fraus impressa scimus, <sup>50</sup> sed secundum voluntatem prescripti defuncti scripta esse videt et nostris propriis manibus presenti conditione firmamus et manu iudici firmari fecimus.

Lata sacramentalis condicio V<sup>o</sup> idus marci, anno XX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup> Philippi <sup>51</sup> regis.

Sig+num Fulchonis vicecomitis. Sig+m Mironis Guilelmi. Sig+m Ermessindis vicecomitissa. Sig+m Berengarii levite. Sig+m Raimundi Hono-<sup>52</sup>fredis. Sig+m Reimundi Guilelmi de Midiona. Sig+m Bernardi Berengarii. Sig+m Ugonis presbiteri. Sig+m Stephani monachi. Sig+m Ermengaudi <sup>53</sup> Guisaldi.

\*+ Bernardus, iudex et caputscole\*.

Ego Ricardus, sacrista et lator iuris, hoc corroboro sss.

<sup>54</sup> Guilelmus levita, qui hoc scripsit et sub sss cum litteris supra positis in III<sup>a</sup> linea vel in ceteris lineis.

1. Repetit. 2. Sota la o hi ha una e. 3. Sota la r hi ha una lletra il·legible. 4. usque ad Minorisa ratllat. 5. Sota la e hi ha una a.

1087 març 14

*Joan Cep ven a Ponç Geribert, levita, una peça de terra situada al territori de Barcelona, dins la parròquia de Sant Andreu de Palomar, a Vilapicina, al lloc que anomenen la Ventosa, pel preu de 28 mancosos d'or vell de València.*

ACB, LA.II, n. 185, f. 65c-d. Rúbrica: "Carta quod Iohannes Ceba vendidit Poncio Giriberti levite I petiam terre in Villapiscina, apud Ventosam, in Palomar". Exterior verso: "n. 185" (Caresmar). Inter columnas verso: "Anno Domini 1087" (s. XVIII). Caplletra "T" ornamentada, tipus F: 8 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 172, n. 1057.

*In nomine Domini. Ego Iohannes Cepe venditor sum tibi Poncius Geriberti, qui et levite, emptori. Per hanc quoque scripturam istius mee venditionis vendo tibi petiam I terre. Quod habeo in territorio barchinonensi, intra parrochiam Sancti Andree de Palumbare, in Villapiscina, loco vocitato ad ipsa Ventosa. Advenit autem mihi peciam terre per comparationem vel aliis quibuslibet vocibus. Habet autem affrontationem predictam petiam terre a parte orientis in terra Sancte Marie cenobio rivipollensis sive Sancti Cucuphatis cenobio Vallensi, a meridie in terra Rodlendis femine, ab occiduo et circio in terra Guilelmus Bernardi et filii eius sive in platea qua itur ad urbe iam dicta. Quantum prescripta\\$/ affrontatione\\$/ includunt et predicti termini ambiunt, tibi ad integrum vendo, simul cum ingressibus et regressibus earum, adinerato et definito precio XXVIII<sup>o</sup> mancosos auro bono vetulo Valencie. Quod tu emptor precium michi dedisti et ego venditor manibus meis acce<sup>pi</sup> integriter. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia, que ego tibi vendo, de meo iure in tuum dominium et potestatem ad integrum trado, ad tuum proprium, quodcumque tibi placuerit faciendum. Quod si ego venditor aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc venditionem venero aut venerit ad inrumpendum, non hoc valeam<sup>l</sup> aut valeat vendicare, sed componam aut componat tibi predicta omnia in duplum cum sua melioratione. Et in antea ista venditio firma permaneat omni tempore.*

*Quod est actum II idus marcii, anno XXVII regni Philippi regis.*

*S+m Iohannes Cepe, qui hanc venditionem feci et scribi iussi et firmavi et testibus firmare rogavi.*

*S+ Remundi Seniofredi levita. S+ Iohannis presbiteri. S+ Guilelmi levite, qui et capud scole. S+ Miro levita.*

*S+m Arnallus Berengarii, qui hoc scripsit cum litteris supra positis in linea VII die et anno quo supra.*

1. *Sota la m hi ha una t.*

## 1477

1087 abril 7

*Testament sacramental de Miró Pere, sacerdot, jurat sobre l'altar de Sant Feliu de l'església de Sant Just, en el qual fa deixes a la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia, a la seva família i altres persones tant laiques com eclesiàstiques, entre elles el bisbe de Barcelona.*

ACB, LA, I, n. 445, f. 169b-d. Rúbrica: "Sacramentalis Mironis Petri presbíteri qui dimisit Canonice vineas apud Monterols et in Villam Trade". Exterior recto: "CCCCVI" (s. XIII-XIV). Exterior verso: "n. 445" (Caresmar). Inter columnas verso: "Anno Domini 1087" (s. XVIII). Caplletra "H" ornamentada, tipus B: 5 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 173, n. 1059.

*Hec est sacramentalis conditio ac legalis publicatio hultime voluntatis cuiusdam viri, nomine Mironis Petri, sacerdotis, cuius ordo actus est infra VI mensium spacium quoram sacerdote et testibus, sicut Libri Iudicialis lex adfirmat ubi dicit: "Moriencium extrema voluntas." Unde nos testes sumus, ego Poncii Arnalli et Vivani subdiachoni atque Bernardus Guilelmi sive Pascuale iuramus primitus per Deum, in substancia unum et in personis trinum, deinc per altare Sancti Felicis martiris, quod cernitur esse constructum intra ecclesia Sancti Iusti martiris, cuius ecclesia sita est intra muros civitatis Barchinone, quod etiam altare has condiciones baiulando manibus nostris contingimus, quia nos vidimus (et audivimus)<sup>1</sup> oculis et auribus audivimus tunc temporis quando predictus Mironis Petri iussit scribi et fieri suum testamentum, iacens in lectulo suo in egritudine, unde obiit, et iniuncxit voluntatem suam manumissoribus suis, videlicet Poncius sacriscustus et Guilelmus Reimundi capudscole atque Ermengaudus Bernardi sive Raimundi Geriberti, et precepit nobis testificari hanc suam hultimam voluntatem quam ordinavit, nobis videntibus et audientibus.*

*Primum namque dimisit Domino Deo et Chanonicam Sancte Crucis Sancteque Eulalie ipsas suas vineas quas habebat in Monterols. Et item dimisit aliam peciam vinee, quam habebat in Villam Trade, simul cum ipsas domos qui fuerunt patris sui et matris, cum illorum pertinenciis, ad duabus neptes suas; et si unam ex illas obie-rit, antequam infantem abuissent de legitimo coniugio, revertisset*

*ad alia ipsius porcio. Et dimisit ut fuisset venditum ipsum suum ortum et de ipso precio iussit ut fuissent persolutos omnes suos debitos; et de alium qui remansisset, dimisit ad suos manumissores singulas uncias; et ad omnes presbiteros de Barchinona, ad unumquemque, II<sup>bus</sup> mancosos; et ad episcopum iam dicte civitatis, II<sup>as</sup> /<sup>d</sup> uncias. Aliud qui remansisset de ipso precio, dimisit pro anima sua in sacrificiis et in quo melius vidissent suos manumissores. Aliam quoque mansionem, ubi ille iacebat, cum aliquid de ipsa sua curte, que est ante ipsa domo, sicut fuit de prescripto orto, dimisit ad Bonafilia femina, solide atque delibere, simul cum cubo I meliore et tonna I maiore. Ad iam dictas suas neptas, singulos cubos totidemque tonnas. Aliud quoque quod remansisset, ubicumque invenissent, dare fecissent pro anima sua. Et dimisit ad Bernardum, virum nepte sue, duos cubos suos minores et ipsa tonna qui fuit matris sue, et fuisset Deus inter illum et illos. Hoc totum ita precepit predictus testator. Et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde, ingravescente langore, discessit ab hoc seculo in mense marcii, anno XXVII regni regis Philippi,<sup>2</sup> immutata hac voluntate.*

*Quod est actum VII idus aprilis, anno XXVII regni prefati regis.*

*S+<sup>3</sup> Poncius Arnalli, s+ Bernardus Guilelmi, s+<sup>4</sup> Pascuale, nos sumus huius rei testes et iuratores.*

*S+ Vives subdiachoni, s+ Riguallus Seniofredi, s+ Poncius Ellemar, s+ Ardenchus levite, nos qui presentes adfuimus.*

*S+ Guilelmi levite qui et capudscole, s+ Raimundus levite, s+ Poncii sacricustos, nos sumus manumissores.*

*S+ Remundi levite qui et iudicis. Ermengaudus levita +.*

*S+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris supra positis in linea I et rasis atque emendatis in linea III et XI, die et anno quo supra.*

1. Expuntuat. 2. Març de 1087. 3. Manquen els punts de subscripció.  
4. Manquen els punts de subscripció.

## 1478

1087 juliol 28

*El vescomte Guislabert [II] de Barcelona i la seva mare Guisla, vescomtessa, donen a Andreu Guislabert, a Pere, batejat, a llurs mullers i a llur descendència uns solars situats dins la ciutat de Barcelona, sota el Miracle, a l'Espatular, a canvi de 10 man-*



*cusos d'or de València i el cens anual de 2 mancusos d'or d'octava per la festivitat de Pentecosta.*

ACB, perg. 3-38-8 (a). Original. Pergamí, 188 × 334 mm. El document presenta un important forat a la part superior esquerra i dos més a la part inferior, un a l'angle esquerre i l'altre al centre. Al verso: "28" (s. xvii); "Prapositura novembris, St. 28, n° 8 (a)" (1936-1939); "Senyal vert, 8 (a)" (F-B). Caplletra "I" ornamentada: 50 mm.

*In Christi nomine. Ego Guisliberti v[icecome]s Barchinone et mater mea Guilia femina, vicecomitissa. Sit etiam manifestum quia damus vobis Andree Guisliberti <sup>β</sup> et Petrus Babtizato et uxor[es vestres] et progenies atque posteritatis vestre<sup>1</sup> solarios cum solos et superpositos, guttas et stillicinios, ostios, ianuas atque limites. <sup>β</sup> Et est hec omnia infra urbis Barchi[nona], subtus ipso Miraculo, pro ipso Spatulario. Que affronta<sup>2</sup> prelibata omnia a circi in domos Sancti Petri cluniensis cenobii, <sup>α</sup> de oriente in via, de meridie in domos de te Petrus, de occiduo in curte de nos donatores. Quantum iste affrontaciones includunt, sic damus vobis et progenies atque posterita-<sup>β</sup>tis vestre: iam dicta omnia, sub tali conveniència: ut habitetis ibi et faciatis vestram volumptatem \omni tempori/. Accipimus quoque a vobis propter hanc donacionem mancusos X auri rroals <sup>β</sup> de Valencia. Deinde vero donetis vos et progenies atque posteritatis vestre, omni tempus, nobis et succesores nostros mancusos II auri de octava, per censum, ad festivitatem Pentecosten, <sup>γ</sup> habsque ullius contrarietatis obstaculo. Et non habeatis licenciam propter predicta omnia alium seniozem neque senioraticum facere nisi nos donatores aut succesores <sup>β</sup> nostros. Et habeas tu, pre-nominatus Andree, in supra dicto solario ad pa\vr/te circi tantum quantum tenet ipso solo et parietes quas tu habes et tenes. Et advenit nobis supra dicta omnia per genitorum <sup>β</sup> et per decimum et per ullasque voces. Alium solario fiat de supra dicto Petro et coniux sue et personis vestre iam dicte, \et habeat intradas et exidas per portam que tenet Raimundi Sutor/. Quisquis autem ex utraque parte, tam vicelicet donatorum quam acceptorum, <sup>α0</sup> donacionem hanc sive scriptura in alico sollicitare ausus fuerit sive recindere in alico dimovere, componat, illi parte<sup>3</sup> cui fuerit ausus iniuriam inferri, \li/bram unam <sup>α1</sup> auri puri. Atque postmodum scripturam hec rrobur obtineat perenniter valiturum.*

*Quod est actum V kalendas agusti, anno XXVIII regni regis Philipi.*

*<sup>α2</sup> S+m Guisliberti, s+m Guilia femina, nos qui hista donacione fecimus et firmamus et testes firmare rrogavimus.*

*<sup>α3</sup> S+m Berna\vr/dus Udalardi. S+m Balluvino Od. S+m Arnallo Iohan. S+m Raimundi Seniofredi.*

<sup>A4</sup> S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi cum litteras super positas in linea V et in nona, et sss die et anno quo supra.

1. Hi ha una s final interlineada. 2. affronta escrit sobre quelcom de raspat. 3. Sota la p hi ha una c.

## 1479

1087 octubre 9

*Geribert Ató i el seu germà Guillem renuncien a favor de Bernat, ardiaca de Barcelona, els drets que tenien d'una heretat a Sant Andreu de Palomar, al camí que va cap a Barcelona.*

ACB, perg. 1-2-593. Original. Pergamí, 217 × 174 mm. Al verso: "Nº 240", "mitja escala 2, n. 593"; "Carta Bernardi Johaniis (?) ardiachonus" (s. xvii); "concordia ab lo qual Girbert Atoniis renuncia los drets en tenia una heretat à Stº Andreu de Palomar à favor de Bernat Ardiaca y de la cononge de la Seu de Barcelona" (s. xvii); "Antiquitatum II, 139"; "1087" (F-B).

ACB, LA.II, n. 139, f. 52b-c. Rúbrica: "Carta de duabus modiatas terre supra Sanctum Andream de Palumbario". Interior recto: "anno Domino 1087".

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 173, n. 1060.

*Notum sit cunctis presentibus et futuris qualiter placitum actum est inter Bernardum, barchinonensem <sup>β</sup> archidiaconem, et Girbertum Atonis et fratres eius de quodam alodio quod pater et mater prefati Girberti et <sup>β</sup> fratrum eius vendiderant matri predicti archidiaconi,<sup>a</sup> quod ipse archidiaconus possidens tenebat. Quamobrem <sup>A</sup> multoties<sup>b</sup> venerunt ad placitum, Et archidiacono<sup>c</sup> ostendente cartam trigesimę et amplius suę possessi-<sup>β</sup>onis, nichil directi prefatus Girbertus et fratres eius potuerunt assequi in ipso alodio. Archidiaconus vero, volens retinere <sup>β</sup> prefatum Girbertum ad suum servicium,<sup>d</sup> amore eius dedit ei duas<sup>e</sup> modiatas terre, \excepta decima/, supra ecclesiam Sancti Andree <sup>γ</sup> de Palumbario, iuxta viam que pergit Barchinonam, in tali modo et pacto: ut ipse teneat eam et uxor <sup>β</sup> eius Bordolona et duo infantes ex ambobus procreati, quibus ipse dimiserit testamento aut verbis; et <sup>β</sup> isti omnes teneant prefatam terram usufructuario, quamdiuu<sup>f</sup> vixerint; post obitum vero eorum, re-<sup>A0</sup>vertatur prelocuta terra cum omni sua melioratione, ad integrum, absque ullius contrarietatis obstaculo, <sup>A1</sup> ad predictum archidiaconum, si vivus fuerit, sin autem ad Canonicam Sanctę Crucis Sanctęque Eulalię. <sup>A2</sup> Ob hanc donationem ego Girbertus Atonis et frater meus Guilelmus evacuamus et pacificamus et definimus <sup>A3</sup> tibi Bernardo archidiacono per fidem sine ullo engan, sicut melius humano ore potest dici, omne alodium <sup>A4</sup> quod pater nostrer et mater*

vendiderunt matri tuę, et omne directum et voces quas ibi abemus vel habere <sup>/15</sup> debemus qualicumque modo, ut deinceps nullus ex nobis vel propter nos audeat aut temptet te inquietare de <sup>/16</sup> hoc. Hanc quoque evacuationem sive pacificationem et definitionem si quis ex nobis vel propter nos vel alius <sup>/17</sup> utriusque sexus inquietare aliquo modo temptaverit, nil prosit talia presumendi, set componat tibi aut successori <sup>/18</sup> tuo alodium prefate diffinitionis in duplum cum omni sua melioratione. Et postmodum maneat hoc <sup>/19</sup> perhenniter firmum.

Actum est hoc VII idus octobris, anno XXVIII regni regis Philippi.<sup>g</sup>

<sup>/20</sup> S+ Girberti Atonis. S+ Guilelmi Atonis, nos qui hanc difinitionem facimus et firmamus testibusque subscrip-<sup>/21</sup>tis firmari rogamus.

S+ Bordolenę femineę. S+ Bernardi Arnalli. <sup>/22</sup> \*S+Remundi levite\*. <sup>/23</sup> S+ Bernardi Bernardi. S+ Bernardi Isarni. S+ Dalmatii Mironis. <sup>/24</sup> S+ Trebug.

<sup>/25</sup> \*S+Ollegarii clerici, qui hoc scripsit cum literis supra lineam VI, die et anno quo supra.

LA. a. archidiaconi. b. nultocies. c. archidiacono. d. servitium.  
e. II<sup>es</sup>. f. quamdiu. g. Philippi.

## 1480

1087 octubre 27

*Raquel dóna al seu fill Ponç tots els seus drets sobre els béns mobles i els alous que foren del seu marit Geribert, pare de Ponç, situats dins els termes de la parròquia de Sant Andreu de Palomar.*

ACB, LA.II, n. 169, f. 61c-d. Rúbrica: "Carta quod Richel dedit Poncio filio suo quicquid iuris habebat in honore patris sui Girberti in Palomar". Exterior verso: "n. 169" (Caresmar); "Anno Domini 1088" (s. XVIII). Caplletra "I" ornamentada, tipus I: 7 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 173-174, n. 1061.

*In Dei omnipotentis nomine. Ego Richel femina donatrix sum tibi Poncio, filio meo. Manifestum est enim quia dono tibi omnes meos directos quos habeo, vel qualicumque modo habere debeo, in om<n>i mobile sive in omnibus alodiis qui fuerunt patris tui, Geribertis nomine, infra terminum parrochie Sancti Andre apostoli de Palumbare, tam de heremis quam de cultis, cum omnibus suis pertinenciis. Advenit mihi Richel supra scripta omnia per vocem viri mei supra scripti et per alias voces. Quem vero supra scripta omnia, que ego tibi dono, de meo iure in tuum trado dominium et potestatem, cum ingressibus et eorum regressibus, ad tuum plenissimum*

*proprium, ut facias exinde quodcumque volueris. Quod si ego donatrix aut ullus homo vivens utriusque sexus venero aut venerit ad inrumpendum, nil valeat, sed componam aut componat tibi supra scripta omnia in triplum cum omni sua melioratione. Et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.*

*Quod est actum VI kalendas novembris, anno XXVIII regni Philippi regis.*

*S+m <sup>1</sup> Richel femina, qui hanc donationem feci et firmavi et testes firmare rogavi.*

*S+m Guilelmi Guitardi. S+m Guadalli Remundi. S+m Ermesindis femina. S+m Bellissendis femina, sorori (femina)<sup>1</sup> sua. S+m Remundi Galindi.*

*S+m Poncii levite, qui hoc scripsit cum litteris supra positis in linea II et sub sss scripsit die et anno quo supra.*

1. *Anul·lat mitjançant subratllat.*

## 1481

1087 novembre 7

*Testament sacramental de Ramon Domnuç, que morí essent monjo de Sant Llorenç del Munt, jurat sobre l'altar de Sant Climent de l'església de Sant Llorenç de Llaceres (avui Sant Llorenç Savall), en què fa deixes a diferents entitats religioses, entre elles la Canònica de la Santa Creu i Santa Eulàlia de Barcelona, i també a familiars i altres persones, tant laiques com eclesiàstiques.*

ACB, LA, I, n. 574, f. 214c-215c. Rúbrica: "Sacramentalis Raimundus Dunitii qui dimisit Canonice totum suum alodium Martoreles". Foli 214. Exterior verso: "[DXXXI]III" (s. XIII-XIV); "n. 574" (Caresmar). Foli 215. Inter columnas recto: "Hospital" (s. XVI-XVII ?). Exterior recto: "Anno Domini 1088" (s. XVIII). Caplletra "H" ornamentada, tipus B: 12 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 174, n. 1062.

*Hec est sacramentalis conditio hac legalis publicatio ultime voluntatis cuiusdam defuncti nomine Reimundus Donnucii, cuius ordo actus est infra sex mensium spacium coram sacerdote et testibus, iuxta modum legis gotice que continetur in secundo Libro censorum, De ultimis voluntatibus morientium, scripturis confectis. Unde nos testes sumus Bonifilius Mironis et Guilelmus Guilaberti et Reimundus Guilelmi, iurantes \et/ pariter testificantes in presencia Mironis iudicis primitus per Deum patrem omnipotentem, qui est trinus et unus, et super altare Sancti Clementis, quod cernitur esse*

*constructum in chomitatu barchinonensi, intra ecclesiam Sancti Laurentii, infra terminos Lacarie. Supra cuius quoque sacrum ac venerabile altare has condiciones nos iam dicti testes, manibus nostris iurando, corroboramus quia nos vidimus et audivimus et sub nostra presencia actum fuit tunc, quando iam dictus defunctus Reimundus erat iusta turrem Lacarie egritudine detentus, unde obiit, sensu atque memorie iungens, iussit scribere suum testamentum et suam ultimam voluntatem Gauzberto sacerdoti et firmavit eum manu propria. Et voluit ut fuissent sui elemosinarii Berengarius frater eius, et <sup>A</sup> Reimundus Amati et Guilelmus Guilaberti. Precepit illis ut, si mors ei advenisset de ipsa egritudine qua detinebatur, sicut et fecit, antequam aliud testamentum fecisset, quod minime fecit, plenam potestatem abuissent iam dicti sui elemosinarii distribuendi pro anima sua omne suum mobile vel immobile, ubicumque eum invenire potuissent, sicut ipse eis iniunxit in predicto testamento.*

*In primis concessit Domino Deo et Kanonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie omne suum alodium quod habebat in Martorellas, totum suum directum, integriter. Et concessit ad cenobium Sancti Cucuphatis suam medietatem de ipso manso de Petrafitia. Et concessit ad cenobium Sancti Laurentii de Monte unciam I cum omne suo alodio que cum ipsis mansis quod abebat in Vallem Muri, cum illorum terminis vel pertinenciis. Et ad cenobium Sancti Benedicti unciam unam, et ad cenobium Sancte Cecilie unciam I, et ad Sanctam Mariam Montis Serrati unciam unam, et ad Sancto Sebastiano de Gurgitibus unciam I, et ad cenobium Sancti Petri Puellarum unciam I, et Sancto Michaeli de Fallio unciam I. Et concessit ad Sanctum Laurentium de valle Lacarie ipsum suum mansum, quod fuit de Guifredo Maxedexi, cum medietate de suis vineis de Torrente Malo. Et iussit ut fuisset factum calicem de plata ad opus Sancti Laurentii iam dicti de precio ipsius mule. Et concessit ad Berengarium, fratrem suum, ipsam turrem de Lacaria, cum suis terris et mansis et cum suis omnibus pertinenciis et cum ipsis fevis, quos tenebat per seniore suum Guerallum Alamanni et per Sanctum Laurentium, simul cum ipso manso de Fexis. Item concessit ad Berengarium iam dictum suum alodium de ipsa Mora, cum ipso manso et cum ipsis molinis et cum <sup>A</sup> ipso alodio quod fuit Guilelmi Toreti et fratrum suorum, integriter et sinceriter. Similiter concessit ad prelocutum Berengarium ipsam turrem de Palaciolo, cum ipsis alodiis et mansis qui ibidem sunt, simul cum ipsis alodiis et mansis que fuerunt Dalmatii Gueriberti. Et concessit ad prelocutam sedem Barchinone modiatam unam terre in Villam*

*Piscinam. Item dimisit ad Berengarium, fratrem suum, medietatem suarum domorum de Barchinona, cum medietate de malleolis, simul cum ipso manso de Villa Piscina, in tali conventu: ut tenuisset hoc in vita sua, post obitum vero suum reman(e)sisset<sup>1</sup> ad pretaxatam Kanonicam Sancte Crucis Sancteque Eulalie. Et concessit ad hospitale Sancte Crucis unciam I, et ad clericos Sancti Laurentii de Lacaria mancos quatuor. Et concessit ad ebdomodarios Sancte Crucis sedis Barchinone mancos octo. Et concessit ad Berengarium clericum, nepotem suum, unciam I. Et Dominico suo baptizato sextarios duos ordei et sextarios II de vino, et ad Bonifilium similiter, et ad Iohannem Lover sextarium unum ordei et alium vini, et ad Remundum Arnalli porcos II. Et concessit ad Mironem Goltredi unciam I. Et concessit Sancto Petro Rome unciam I. Et dimisit ad Iohannem, suum clavigerum, sextarios II ordei et sextarios II vini. Et concessit ad Vivanum Bonucii unciam I, et ad Remundum Amati unciam I cum ipso manso quod tenebat Miro Arnalli. Et concessit medietatem de ipso mulo, quem tenebat Guilielmus Guilaberti, ad prefatum Guilelmum, aliam medietatem redemisset quomodo precia fuisset per directum, et ipsum precium fuisset datum ad prescriptos [sacerdos?]<sup>2</sup> per iam dictas uncias. Et concessit ad Berengarium Bernardi polletrum unum equinum; et Petro, que vocatur Kamallionem, sextarium unum ordei <sup>b</sup> et sextarios II vino. Et dimisit ad Dalmatium presbiterum pelles suas coopertas de guala bruno. Et concessit ad Ermessindem, sororem suam, omne suum alodium que abebat in Obagolis, totum ad integrum, cum suis terminis et pertinenciis; et ad Gauzbertum clericum birrum unum. Et dimisit ad Guiliam, nepotam suam, sextarium unum ordei et sextarios VI de vino; et ad Ardinannum, porcos II; et ad Reimundum Guilelmi, sextarios II de ordeo et sextarios II vini; et ad Karbonellum, sextarios II de vino et sextarium unum ordei. Et dimisit ad Chixonem oves II. Et iussit ut veraciter fuissent recognita sua debita et fuissent solut\a/(i).<sup>3</sup> Et precepit suis elemosinariis ut dedissent alia omnia que remansissent de suo mobile et de prescriptis elemosinis, sanctis Dei ecclesiis et sacerdotibus et clericis et pauperibus et in sancta liminaria. Et rogavit eos per Deum et premium vite eterne ut ita distribuissent et fecissent pro anima sua, sicut superius detinetur; et si hoc non fecerunt et preceptum eius non obedierint, requisisset hoc illis Deus in omnibus seculis. Postquam hec ante dicta omnia prenominatus testator, V<sup>o</sup> nonas octobris, anno XX<sup>o</sup>VIII<sup>o</sup>, regnante Philippo rege,<sup>4</sup> ordinavit coram nobis prolatis testibus, voluntate hanc suam ultimam non mutavit testamento confecto, set hoc omne*

*laudavit. Deinde fuit monachus Sancti Laurentii de ipso Monte, et ib<i> discessit ab hoc seculo in mense prelocuto. Nos vero testes prefixi hec que iuramus vera esse profitemur, nos elemosinarii sepe dicti qui as conditiones legaliter confirmamus et scienti nostro ulla fraus vel malum ingenium a nobis nec ab aliis hic impressa non est. Et quantum isti testes in hoc testificati sunt, omnino nobis est cognitum et scienti nostro verum per ante dictum <sup>℞</sup> iuramentum in Domino.*

*Late condiciones VII idus novembris, anno XXVIII regni prefati regis.*

*[Sig+i?] Bonefilii Mironis, sig+i Guilielmi Guilaberti, sig+i Reimundi Guilelmi, nos sumus huius rei testes et iuratores.*

*Sig+i Berengarii Donnucii, sig+i Reimundo Amati, sig+i Guilielmi Guilaberti, hii sunt elemosinarii superius inserti.*

*Sig+i Girberti Primi. Sig+i Vivani Bonucii. Sig+i Dalmatii Reinardi. Sig+i Isarnus Suniarii. Sig+i Petro Mironi. Signnum Dalmad sacer ss. Sig+snum<sup>5</sup> Mironis iudicis.*

*Gauzbertus sacer, qui has condicione rogatus scripsit sss, die et anno quo supra.*

1. *La segona e expuntuada.* 2. *Per la mena d'abreujament també podria ser sanctos.* 3. *i expuntuada.* 4. *3 d'octubre de 1087.* 5. *Signatura de difícil interpretació, amb barreja de signe de subscripció, que hem transcrit com una s després de la creu.*

## 1482

[1087]

*Pere Arnau, prevere, fa acte de confessió i de reconeixement de culpabilitat per haver donat en feu a Ramon Isarn, nebot seu, un sagrer deixat pel prevere a l'església de Santa Eulàlia de Vilapicina i una vinya que havia plantat Sunyer, i atès que havia estat enganyat pel nebot decideix que els referits béns tornin a l'esmentada església. Posat cas que Ramon encara vulgui retenir-ho, demana que sigui maleït i excomunicat ell i els que li donin adutori o li permetin aquestes accions.*

*ACB, LA.II, n. 233, f. 80b-c. Rúbrica: "De ipsa ecclesia Ville Piscine". Inter columnas recto: "n. 233" (Caresmar). Caplletra "E" ornamentada, tipus A: 3 línies.*

*Datació: document sense data. Vegeu l'estudi cronològic de la introducció.*

*Regest: MAS, Notes, vol. XII, p. 285, n. 2677.*

*Ego Petrus Arnalli, presbiter, reus et peccator culpabilem me recognosco coram Deo et sanctis suis et universis omnibus. Feci quod*

*facere non debui, quia assensum prebui Reimundus Isarni, nepotem meum, de unum sacrarium quod ego dedi ecclesiam Sancte Eulalie Ville ⁊ Piscine et peciam I vinee quod plantavit Petrus Suniarii. Et in hoc multum<sup>1</sup> peccavi, quia assensum prebui iam dictus Reimundus Isarni, ut tenuisset per fevum propter suam fidem factam et convenienciam quem mihi dixit et fecit, unde hoc totus mentitus est mihi. Et multum vereor et conturbo quid quod datus sum sanctis Dei, postea ullius hominis dare possim neque prebuissem assensu per ulloque modo. Et quod maius amandus et timendus<sup>2</sup> est Deus et sanctis suis quam ullo omine, iubeo et concedo ut revertatur hec omnia ad iam dictam ecclesiam solide atque delibere. Quod si predictus Reimundus volet retinere vel abere iam dicta omnia per ulloque modo vel ingenio, non possit facere, set maledictus ex parte Dei et excommunicatus sive condempnatus permaneat, non solum ipse set illis qui in adiutorium vel qui consentierint ei, et in inferni baratro cum diabulo maneant in perpetuo. Amen. Rogo vos clerici sive laici et omnes fideles Dei per vestram fraternitatem non aspiciatis ad meam stulticiam, set retineatis ipsam donationem quam feci ad iam dictam ecclesiam propter Deum et anime vestre remedium.<sup>3</sup>*

1. *Abreviatura supèrflua.* 2. *Sota la d hi ha una t.* 3. *Aquest document acaba així.*

## 1483

1088 gener 3

*Esplanunia i el seu fill Gaucefred Ponç venen a Jucef, hebreu, i al seu germà Sulam la tercera part d'un alou situat al territori de Barcelona, al terme de Torterola, pel preu de 45,5 mancosos roals d'or.*

ACB, perg. 1-4-296. Original. Pergamí, 150 × 228 mm. Restaurat. Al verso: "1082" (Mas). Caplletra "T" que ocupa 5 ratlles.

*In Christi nomine. Ego Esplanunia femina et filio meo Gaucefredus Poncio venditores sumus vobis Iucefo ebreo et fratri tuo Sulam, ⁊ emptoribus. Per hac scripturam vendicionis nostre vendimus vobis aluadem. Et est ipso alaude in territorio Barchinone, in terminio de <sup>β</sup> ipsa Torterola. Que nobis advenit iam dicto alaude per genitorum et per decimum et per ullaque voces. Et affrontad ipso alaude de circi in via, <sup>⁊</sup> de orient in alodio Mir Foget, de meridie in alodio de vos emptoribus, de occiduo in alodio prefatus Mir Foget et de vos emptoribus. Quantum iste affron-<sup>⁊</sup>taciones includunt, sic vendimus vobis: in iam dicto alodio ipsa nostram terciam partem ad integrum,*



*propter precium mancosos XLV et medio auri de ro-<sup>β</sup>als bonos sine engan. Quod vos emptores precium nobis dedistis et nos venditores manibus nostris recepimus. Et nichil de ipso precio aput vos emptor-  
/res non remansit. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia, que vobis vendimus, de nostrum iure in vestrum tradimus dominium et potestate, ut quidquid <sup>β</sup> exinde facere vel iudicare volueritis, cum exios et regresios earum, ad vestrum plenissimum proprium. Quod si nos venditores aut aliquis homo <sup>β</sup> sexus utriusque contra ista vendicione pro inrumpendum venerit, nil valeat, set componat aut nos componamus vobis iam dicta omnia in <sup>Λ0</sup> duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista vendicio firma permaneat omnique tempore.*

*Actum est hoc III nonas ianuarii, <sup>Λ1</sup> anno XXVIII regni regis Philippi.*

*S+num Esplanunia, s+num Gaucefredus, nos qui hista vendicione fecimus <sup>Λ2</sup> et firmamus et testes firmare rogavimus. <sup>Λ3</sup>*

*S+num Guilabertus Bonucio. \*S+ Estefanus\*. \*S+ Poncius Remundi\*. <sup>Λ4</sup> \*S+ Guilielmus levite, qui et capustscolle/\*.*

*<sup>Λ5</sup> S+ Guilielmus sacer, qui hec scripsi et sss die et anno quo supra.*

## 1484

1088 gener 23

*Guisla i la seva mare Esplanunia venen als germans Sulam i Jucef, hebreus, un alou situat a Torterola, que tenen pels seus pares i pel delme conjugal, pel preu de 6 unces d'or roals.*

*ACB, perg. 1-4-297. Original. Pergamí, 114 × 257 mm. Al verso: "circi in via koper[to] alodio qui fuit Adalberti iudice et Mir Foget, et meridie in alodio de Mir Foguet et de vos emptores, de occiduo in torrent et vos emptores" (s. xii). Caplletra "I": 50 mm.*

*In Cristi nomine. Ego Guilia femina et mater mea Esplanunia femina venditorices sumus vobis Sulam et fratri tuo Iucefo hebreois, <sup>β</sup> emptoribus. Per hanc scripturam vendicionis nostre vendimus vobis alodio. Et est ipso alodio in terminio de ipsa Tortorola. <sup>β</sup> Qui nobis advenit iam dicto alodio per genitorum et per decimum et per ullaque voces. Et affrontad iam dicto alodio de circi in via, <sup>Λ</sup> de oriente in alodio qui fuit Adalbertus iudice et Mir Foget, de meridie in alodio de vos emptoribus et predicto Mironi, de occiduo <sup>β</sup> in torrent et in terra de vos emptores. Quantum iste affrontaciones includunt, sic vendimus vobis: in iam dicto alodio ipsam <sup>β</sup> terciam partem ad integrum, propter precium uncias VI de auro roals bonos sine engan. Quod vos emptore[s] pre[ci]um nobis dedis-<sup>Λ</sup>tis et nos vendito<res>*

*manibus nostris accepimus. Et nichil de ipso precio apud vos emptores non remansit. Et est manifestum. <sup>β</sup> Prescripta quoque omnia, que vobis vendimus, de nostrum iure in vestrum tradimus dominium et potestatem, ut quiquit exinde <sup>ρ</sup> facere vel iudicare volueritis, cum exios et regresios earum, ad vestrum plenisimum proprium. Quod si nos venditrices <sup>/10</sup> aut aliquis homo sexus utriusque contra ista vendicione pro inrumpendum venerit, nil valeat, set componat aut <sup>/11</sup> nos componamus vobis iam dicta \terra/ in duplo cum omni sua melioracione. Et [in a]ntea ista vendicio firma permaneat <sup>/12</sup> omnique tempori.*

*Actum est hoc X kalendas februarii, anno XXVIII regni regis P[hilip]i.*

*S+num Guilia, s+num Esplanunia, <sup>/13</sup> no\s/ qui hista vendicione fecimus et firmamus et testes firmare rogavim[us].*

*S+num Berna\r\dus Arnallo. S+num Ferreolo. <sup>/14</sup> S+ Gaucefredus Poncii. S+num Berengarii Guilel<mus>. <sup>/15</sup> \*S+Pere Sinfre\*. S+ Guilelmi levite, qui caput s[chole].*

*<sup>/16</sup> S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi cum litteras superposita\s/ in linea .X[I. et] sss die et anno quo supra.*

## 1485

1088 gener 25

*Bonfill Sendred i la seva muller Em venen a Petroni Arnau, sacerdot, mitja mujada de vinya amb la terra on és plantada, situada al territori de Barcelona, a la parròquia de Sant Andreu de Palomar, al terme de Vilapicina, a la Conamina, pel preu de 3 unces d'or de València.*

*ACB, LA.II, n. 228, f. 79b-c. Rúbrica: "Carta de Conamina in Villapiscina". Inter columnas recto: "n. 228" (Caresmar). Exterior verso: "Anno Domini 1088" (s. xviii). Caplletra "I" ornamentada, tipus F: 8 línies.*

*Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 175, n. 1064.*

*In nomine Domini. Ego Bonefilii Sendredi et uxori mea Em femine venditores sumus tibi Petroni Arnalli sacerdoti, emptore. Per hanc scripturam istius carta venditionis vendimus tibi mediam mediatam vinee cum ipsa terra in qua est fundata. Quod abemus in territorio barchinonense, in parrochiam Sancti Andree de Palomar, in termine Villepiscine, ad ipsa Connamina. Advenit nobis per nostra complantatione sive per ullahque voces. Terminatur autem per omnesque partes in tuis vineis et in ipso torrente. Quantum iste affrontationes includunt, sic vendimus tibi: iam dictam vineam, cum*

*ipsa terra in qua est fundata, et omnes arbores qui infra sunt, ab integre, simul cum exiis vel regressiis earum, propter precium uncias III auro Valentie obtime in rem valentem. Quod tu emptore precium nobis dedisti et nos venditores manibus nostris recepimus. Et est manifestum. Predicta quoque omnia, que nos tibi vendimus, de nostrum iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ab omni integritate, ad omnia que volueris facere, ad tuum plenissimum proprium. Si vero nos venditores aut ullusque homo utriusque sexus qui contra hac ista carta venditione venerimus aut <sup>f</sup> venerit pro inrumpendum sive infringendum, nil valeat, sed componat aut nos componamus tibi prefata hec omnia in duplo cum omnem suam melioratione. Et in antea ista carta venditione firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.*

*Actum est hoc VIII kalendas februarii, anno XXVIII regni regis Philippi.*

*S+ Bonefilii Sendredi, s+ Em femine, nos qui hanc venditione fecimus et firmamus et testibus eam firmari rogavimus.*

*S+ Petroni Suniarrii. S+ Guilelmus Guitardi. S+ Bernardus Petri. S+ Bernardus Bunucii. S+ Guilelmus Galin.*

*S+ Iohannis presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

## 1486

1088 febrer 9

*Guillem Bernat amb els seus germans Guifré, Joan i Ermessenda i el marit d'aquesta, Marcús, venen a Joan Eldemar i al seu germà Ponç un hort situat al burg de Barcelona, prop del Merdança, que tenen pels seus pares, per compra i per permuta, pel preu de 258 mancusos d'or de València.*

ACB, perg. 1-2-1385. Original. Pergamí, 124 × 298 mm. "mitja escala armari 3, n. 1385" (s. xvii); "Num ...897" (s. xvii); "Hec sunt carta Poncii Ollomarii" (s. xvii); "Hec sunt carte Poncii Ollomari" (s. xvii); "1088" (F-B). Caplletra "T": 2 línies.

*In nomine. Ego Guilelmus Bernardi una cum fratribus meis nomine Guifredi atque Iohanes et nostra sorore Ermessindis et Marcucio, viro suo, nos simul in unum, venditores sumus vobis Iohanes Eldemari et tuo fratri Poncii, emtoribus. <sup>f</sup> Per anc scriptura vendicionis nostre vendimus vobis ortum nostrum proprium. Quod abemus in burgo civitatis Barchinone, non longe a Merdanciano. Advenit' nobis iam dicto orto per vocem genitorum nostrorum vel per comutacione <sup>β</sup> atque per comparacione <sup>l</sup>et per ullasque voces./*

*Affrontat namque iam dicto orto ab aquilonari parte in orto de \me Guilelmo/ (no\s/)<sup>2</sup> venditore(s)<sup>3</sup> et abet dextros novvem minus palmos/ \duos/; a meridie in casa et in orto de Bonaviuda et Bernardi Ermengaudi, <sup>4</sup> et abet dextros tridecim et palmos quinque; de occiduo in orto Mironi Guilelmi et in pariete Bonucii Belliominis, et abet dextros sexi \parte/ et palmos/ duos; a parte vero circii in gutas et in orto de Eldemari sueque <sup>5</sup> uxori nomine Eg, et abet dextros/ tridecim et quinque palmos/. Quantum istas quatuor afrontaciones includunt atque circumeunt, simul cum parietes que ad iam dictum ortum pertinent, et cum arbores vvariis generis <sup>6</sup> que infra sunt edificati, sic vendimus vobis, et nostro iure tradimus in vestrum dominium ac potestatem, ad vestrum plenissimum proprium, et quodcumque ex inde velitis faciati\s/, propter precium mancosos ducentos/ quinquaginta hocto de au-/ro Vvalencie de rovals bono atque recipiente, qos vos emtores nobis dedistis et nos venditores manibus nostris recipimus, ut est manifestum. Quod si nos vvenditores au aliquis homo utriusque sexus <sup>7</sup> contra ac vvendicione venerimus aut venerit pro inrumpendum vel infringendum, nil valeat nobis nec illis, set componant aut nos componamus vobis iam dicta omnia hec, que vobis<sup>4</sup> vvendidimus, in duplum <sup>8</sup> cum omni sua melioracione. Et in antea ista vendicio firma permaneat omne per evum.*

*Actum est hoc V<sup>o</sup> idus febroarii, ano XXVIII<sup>o</sup> regni regis Filipi.*

*<sup>10</sup> S+ Guilelm Bernardi. S+ Guifredi Bernardi. S+ Iohannes Bernardi. S+ Ermesendis Bernardi. S+ Marcucio, nos qui ista carta vendicione fieri iusimus, <sup>11</sup> firmavimus et testes firmare rogavvimus.*

*S+ Poncius Durandi. S+ Constancius Aimes. S+ Perus Dominicus. \*S+ Martinus presbiter\*. <sup>12</sup> \*S+ Estefanus\*. \*S+ Mir\*.*

*<sup>13</sup> S+ Guilelmi levvitè, qui et caputscole qui hec scrisi cum litteris suprapositus et fuis atque rasis in linea III<sup>a</sup> et IIII<sup>a</sup>, sub die et anno prefixo.*

1. Sota la i hi ha una e. 2. Ratllat. 3. Ratllada. 4. Sota la v hi ha una n.

1088 febrer 23

*Amat Pastor i la seva muller Tedlenda venen a Ramon Gonmar, que anomenen Escrivà, una terra situada al territori de Barcelona, a la pujada de Montjuïc, que tenen per carta precària, pel preu de 387 mancosos d'or.*

ACB, perg. 1-2-1353. Original. Pergami, 139 × 317 mm. Al verso: "de Monte Iudaico" (s. XIII); "mitja escala armari 3, n. 1353"; "num... 1138" (s. XVII); "1088" (F-B). Caplletra "I": 4 línies.

*In nomine Domini. Ego Amadus Pestor et uxori mea Tedlendis femine venditores sumus tibi Reimundi Gonmari, que vocant Scrivano, eptore. Per hanc scripturam istius carta <sup>ρ</sup> venditionis vendimus tibi vineis nostris cum ipsa terra ubi sunt fundatas. Quod abemus in territorio Barchinone, in ascensu Montis Iudaici. Advennerunt nobis per complantationem sive <sup>β</sup> per cartam precariam, quam nobis exinde fecit Bernardus Reimundi una cum coniuge sua Ermeniardis, atque per comparatione et per aliis quibuslibet vocibus sive modis. Terminantur autem <sup>α</sup> hec vineis a parte orientis in alodio Bernardus Reimundi et de Ruben Belliti hebreo, a meridie in vineis Bernardus Reimundi quas plantavit Guilelmus Mironis,<sup>1</sup> <sup>ρ</sup> ab occiduo in via qui pergit ad fossar iudaici, a circii in alodio Maia-sindis femine. Quantum iste affrontationes concludunt et prefati termini terminant, sic vendimus <sup>β</sup> vobis: in iam dictas vineas ipsa medietate, cum ipsa terra in qua sunt fundatas, ab integre, simul cum exiis vel regressiis earum, propter precium mancosos CCCC mens XIII auro <sup>ρ</sup> de rovalles recipientes sine engan. Quod vos eptores precium nobis dedisti et nos venditores manibus nostris recipimus. Nihilque ex ipso precio apud vos emptores non remansit, sicut est <sup>β</sup> manifestum. Predicta quoque omnia, que nos tibi vendimus, de nostri iure in tuum tradimus dominium et potestatem, ab omni integritate, ad omnia que volueris facere, ad <sup>ρ</sup> tuum plenissimum proprium. Si vero nos venditores aut ullusque homo utriusque sexus qui contra hac ista carta venditione venerimus aut venerit pro inrumpendum sive <sup>α0</sup> infringendum, nil valeat, sed componat aut nos componamus tibi prefata hec omnia in duplo cum omnem suam melioratione. Et in antea ista carta venditione firma <sup>α1</sup> et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.*

*Actum est hoc VII kalendas marcii, anno XXVIII regni regis Philippy.*

<sup>α2</sup> *S+ Amadus Pestor, s+ Tedlendis femine, nos qui hanc vendicione fecimus et firmamus et testibus eam firmari rogavimus.*

<sup>α3</sup> *\*S+ Guilaberti levite\*. \*S+ Pere Ramon\*. \*S+Raimundus levite\*. S+Guilelmi levvite qui et caputscole. \*S+ Petroni Rodbert\*. <sup>α4</sup> S+Bernardus Reimundus. S+Ermeniardis femine. S+ Guilelmus Bunucio. S+ Guilabertus Bunucio. S+ Bernardus Petral.*

<sup>α5</sup> *S+ Iohanis presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.*

1. Sota l'última i hi ha una o.

1088 febrer 26

*Guillem Ot i la seva muller Ermengarda venen a Bertran Eriball l'heretat d'un alou que fou del seu pare, amb terres, vinyes, garrigues i arbres de diferents espècies, situada al comtat de Barcelona, a Sant Joan Despí i al terme de Gelida, pel preu de 10 unces.*

ACB, perg. 1-4-298. Original. Pergamí, 90 × 210 mm. Restaurat. Aquest pergamí presenta al bell mig dos petits forats que afecten les ratlles deu i onze. Al verso: "Tudi" (s. XIII-XIV); lletres il·legibles (s. XVI-XVII); "1088"; "Diversorum C (b) 298 / Capsa 3" (Mas). Caplletra "I" ornamentada: 29 mm.

*In nomine Domini. Ego Guiliem Od et uxor mea nomine Ermengards vinditores sumus vobis Bertrandi <sup>β</sup> Eriball, emtore. Per ahnc scriptura vindicionis nostra vindimus tibi ipsa mea ereditate de ipsum <sup>β</sup> allodem<sup>1</sup> qui fuit pater meus. Et est ipso alodem, id sunt, terras vel vineas cultum vel ermas et garicis cum <sup>α</sup> diversis generi arbori(bori)bus.<sup>2</sup> Qui nobis adveni de ienitorum per ullaque voces. Et est ec<sup>3</sup> omnia in co-<sup>β</sup>mitatum Barchinona, qui est ad Sancti Ioanis de ipso Pino vel in terminio de Ielidda. Et adfrontat ec<sup>4</sup> omnia <sup>β</sup> de parte oriente ad ipso Collo qui vocant Gavara, et de meridie ad Eremprunano, de ociduo a Subira<sup>α</sup>ds/, <sup>γ</sup> et de circii in Monte Serato. Quantum in istas IIII<sup>or</sup> afrontaciones includunt, sic vindimus tibi: ipsa <sup>β</sup> ec omnia supra scripta et nomineta,<sup>5</sup> totum ab integrum, cum exiis et regresiis earum, in propter precium uncias <sup>β</sup> X in rem vallentem. Et est manifestum. Quem vero predicta ipsa ec<sup>6</sup> omnia de nostro iuro in tuo tradimus do-<sup>α0</sup>minio et potestate, ad omnia faceret quod voluerit[i]s. Quod si ego nos vinditores aut ullusque omo vel <sup>α1</sup> femina cui contra<sup>7</sup> anc ista carta vindicione vener[i]t p[ro] inrumpendum, non oc valeam vindicare, set componat <sup>α2</sup> aut componamus tibi in triplo cum omnem suam inmelioracione. Et in antea ista carta vindicione fir-<sup>α3</sup>ma permaneat modo vel omnique tempore.*

*Facta ista carta vindicione V<sup>o</sup> kalendas marcii, ano XXVIII re-<sup>α4</sup>gni Filipi regi.*

*S+num Guiliem Od, s+num Ermengards, qui ista carta vindicione fecit scr<i>bere et tes-<sup>α5</sup>te firmare firma et rogare.*

*S+num Ermengod Guifred. S+num Bereger Enard. S+num Reimon <sup>α6</sup> Guitardi.*

*@Petrus@ sacer, qui ista vindicione scr<i>psit ss die et ano quod s\u/pra.*

1. Abreviatura supèrflua. 2. Repetit. 3. Abreviatura supèrflua. 4. Abreviatura supèrflua. 5. Pernominata. 6. Abreviatura supèrflua. 7. Abreviatura supèrflua.

## 1489

1088 març 25

*Pere Arnau, prevere, dóna a Guillem Galind i a la seva muller Ledgarda dues mujades de terra situades al terme de Vilapicina, prop de l'església de Santa Eulàlia, perquè hi plantin vinya, amb la condició que passats set anys la dividiran en dues meitats, una per al donador i l'altra per als plantadors.*

ACB, perg. 1-1-1908. Original. Pergamí, 174 × 244 mm. Al verso: "Villa Piscina" (s. XIII-XIV); "Num... 1908" (s. XVIII); "Lib. II Antiquit. N. 234"; "Diversorum A. 1908" (Mas); "1088" (F-B). Caplletra "T": 7 línies.

LA.II, n. 234, f. 80c-d. Rúbrica: "Carta de Villapiscina". Exterior verso: "n. 234" (Caresmar). Inter columnas verso: "Anno Domini 1088" (s. XVIII). Caplletra "T": 8 línies.

Regest: Mas, Notes, vol. X, p. 175, n. 1065.

*In Christi nomine. Ego Petrus Arnallo presbiter donator sum vobis Guilelmus Galindi et uxori tue Ledgardis femina. Manifestum est enim quia dono vobis<sup>a</sup> /<sup>b</sup> et progenies atque posteritatis vestre/ modiatas II et amplius de terra causa precaria<sup>b</sup> plantandi. Et est ipsa terra in territorio Barchinone, in termi-<sup>b</sup>nio de Villapicina,<sup>c</sup> prope ecclesiam Sancta Eulalia. Qui mihi advenit ipsa terra per genitori meo et per ullaque voces. Et affrontad<sup>d</sup> iam dicta terra /<sup>a</sup> de orient in via, de circi et de meridie et de occiduo in terras et vineas de me donatori. Quantum iste affrontaciones<sup>e</sup> includunt, sic dono /<sup>b</sup> vobis et progenies<sup>f</sup> atque posteritatis vestre iam dicta terra sub tali conveniencia:<sup>g</sup> ut eam obtime plantetis et advineetis de bonas vites /<sup>b</sup> et hoc habeatis<sup>h</sup> factum usque ad VII annos primos venientes; et infra isto termino prescripto, de ipsius frugibus que inde exierint, detis mihi /<sup>l</sup> quartam partem fideliter, reliquas vero partes sint vestras, exceptus unum annum quod vobis damus ipsam expletam per vestram vineadem, qualem vos acci-<sup>l</sup>pere volueritis; et quando fuerit expletum prefatum terminum septem annorum et obtime fuerit advineatam prefata terra, tunc dividere /<sup>b</sup> faciamus iam dicta terra et vinea per medium: una medietas<sup>l</sup> sit mea, alia vestra, ita tamen ut vestram partem non sit vobis licitum vindere nec /<sup>l0</sup> alienare nisi me donatori aut successores meos. Et si ego nec illos noluerimus comparare vestram partem quomodo iuste precia-<sup>l1</sup>ta fuisset bonis hominibus, infra XXX dies postquam amonitis fuerimus, licitum sit vobis vindere, exceptus militibus et hebreis, /<sup>l2</sup> aut facere quodcumque volueritis faciatis. Quod si ego donator aut aliquis homo qui hoc rumpere<sup>l</sup> voluero aut voluerit, nil va-<sup>l3</sup>leat, set com-*

ponam<sup>k</sup> aut ego<sup>l</sup> componam vobis in vinculo uncias VII auri puri. Et insuper hoc maneat firmum omnem per evum. <sup>l4</sup> Quod si nos laboratores minime fecerimus aut si no\|s/ habstraxerimus de supra dicto conventum,<sup>m</sup> similiter componamus tibi in vin-<sup>l5</sup>culo uncias VII auri puri. Et in antea hoc ad impleamus quod spondimus.

Facta ista carta precaria VIII kalendas aprilis, <sup>l6</sup> anno XXVIII regni regis Philipi.

\*S+ Petrus sacer, ego qui ista carta precharie <sup>l7</sup> donacionis<sup>n</sup> fecit et firmavit et testes firmare rogavit.\*

<sup>l8</sup> S+num Geribertus Querater.º S+num Geribertus Dominico. S+num Gerbertus Guitardi. S+num Ferreolus Sendre.

<sup>l9</sup> S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi et sss die et anno quo supra.

LA. a. vel. b. precharia. c. Villapiscina. e. affrontationes. d. affrontat. f. proienies. g. convenientia. h. abeatis. i. una medietas per medium. j. irrupere. k. componat. l. ego manca. m. conventu. n. donationis. o. frater.

## 1490

1088 març 27

*Guillem Jovany, la seva muller Beleica, Guifré Jovany i la seva muller Gelsena venen al monestir de Santa Maria de l'Estany un alou situat al comtat de Manresa, a la parròquia de Sant Feliu de Terrassola, que consta de dues peces de terra localitzades a les Valadades i una altra al cap de l'Estany, pel preu d'11 sous de moneda de Vic òptima.*

ACB, perg. 1-4-180. Original. Pergamí, 108 × 401 mm. Restaurat. Al verso: "Cartes de Iocaran"; "Valadades"; "De Cumbis de Rouders / de Terracola"; "Vide hic qui Guilelmus Iohan vendidit priori Stagno / aliquas peciolas terre in capud Stagno" (s. XIII-XIV); "Nº 62" (s. XVIII); "1088"; "Diversorum C (b) 180 / Carpe-ta 1" (Mas). Vegeu el doc. núm. 1712, de 22 d'abril de 1088. Caplletra "T": 15 mm.

*In nomine Domini. Ego Guilelm Iovan et uxor sua Beleica et Guifre Iovan et uxor sua Gelsena venditores sumus domino Deo et Sancte Marie de Stagno. Per hanc scripturam ven-<sup>l</sup>ditionis nostre vendimus vobis predicte ecclesie Sancte Marie aloudium nostrum proprium, quod habemus in comitatu Minorise, infra parrochiam Sancti Felicis de Terracola, id sunt, pecias tres <sup>l</sup> de terra francha: pecia una est in caput Stagno, alias duas ad ipsas Valadades. Advenit nobis per comparatione vel per ullasque voces. Et affrontat hec*



omnia de oriente <sup>4</sup> in strata publica, de meridie de nos venditores, de occiduo in monte Embrouino, de parte vero circii in alaudio de Guilelmi Raimundi in caput Stagnum. Quantum <sup>5</sup> istas quatuor affrontaciones includunt, sic vendimus vobis predictae ecclesie et clericis eiusdem loci et hoc vendimus pro necessitate famis, totum ab integrum, quod ibi abemus vel abere <sup>6</sup> debemus, cum exiis vel regressiis earum, in propter precium solidos XI monete Vici obtime. Et est manifestum. Que omnia de nostro iure iam dicte tradimus ecclesie ad suum (tradimus)<sup>1</sup> <sup>7</sup> proprium alaudium tradimus, sicut superius est scriptum. Quod si nos venditores aut ullusque homo disrumpere voluerit, nullo modo facere possit, set in duplo componat. Et hec <sup>8</sup> carta firma permaneat.

Hactum est hoc VI kalendas aprilis, anno XXVIII regis Philippi.

Sig+num Guilelm Iovan, sig+num Beleica, sig+num<sup>2</sup> Guifre Iovan, <sup>9</sup> sig+num Gelsena, nos qui hanc cartam venditionem scribere iussimus et firmavimus firmarique rogavimus.

Sig+num Goceran. Sig+num Guitard Gerard. <sup>10</sup> Sig+num Guilelm Compan. \*Sig+num Ramon Compan\*.

Gerallus, qui partem meam firmo, sig+num.

<sup>11</sup> Berengarius levita ss, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Ratllat. 2. Sota la creu hi ha una n.

## 1491

1088 abril 24

*El vescomte Guislabert [II de Barcelona] i la seva mare Guisla, vescomtessa, donen a Ermengarda, a la seva filla Guisla, al marit d'aquesta Robert, que anomenen Xalví, i a llur descendència un solar amb parets i sostre, situat [a Barcelona,] sota el Miracle, a canvi de 8 sous d'argent i d'un cens anual d'1 mancús d'octava per la festivitat de Pentecosta.*

ACB, perg. 3-38-8 (e). Original. Pergamí, 159 × 281 mm. Al verso: "82" (s. xvii); "Prapositura novembris, St. 38, n° 8 (e)" (1936-1939); "Senyal vert, 8 (e)" (F-B). Caplletra "I" ornamentada: 23 mm.

*In Christi nomine. Ego Guislibertus vicecomes let mater sua<sup>1</sup>/ donator sum vobis Ermeniardis femina et filia tua Guilia femina et viro suo Rodbertus, que vocant Xalvino, et progenies atque posteritatis vestre. <sup>2</sup> Manifestum est enim quia dono vobis solaro cum parietes et sostre, cum super positas guttas et stillicinios. Et est hec*

*omnia subtus ipso Miraculo. Qui mihi advenit prelibata omnia per genitori meo <sup>β</sup> et per ullasque voces. Et affrontad iam dicta omnia de circi et de occiduo in domos et curtes et solario de vos emptores, de oriente in via, de occiduo in domos de Petrus babtizado. Quantum iste affron-<sup>α</sup>taciones includunt, sic damus vobis vestreque progenie atque posteritatis prelibata omnia. Accepi <sup>α</sup> vobis propter hanc donacionem solidos VIII de bona plata mera. Deinde vero donetis mihi <sup>β</sup> vos et successores vestros<sup>3</sup> et ad successores meos omni tempore per unumquemque annum ad festivitatem Pentecosten macuso<sup>4</sup> I \de octava/ per censum, habsque ullus contrarietatis obstaculo. At si vobis ne\c/ssitas <sup>β</sup> fuerit prelibata omnia vendendi vel colibet modo alienandi, non vobis licitum erit hoc facere militibus set vicinis vestris, set talibus viris qui rendant nobis per unumquemque annum /<sup>γ</sup> superius comprehensum censum, et non habeatis licenciam propter predicta omnia alium senioraticum facere nisi me donator aut successores meos. Quisquis autem ex utraque parte, tam vide-<sup>β</sup>licet donatorum quam acceptorum, donacionem hanc sive scriptura in alico sollicitare ausus fuerit sive recindere in alico dimore, componat illi parte cui fuerit ausus <sup>β</sup> iniuriam inferre libram unam auri puri (au puri).<sup>5</sup> Atque postmodum scriptura hec rrobur obtineat perenniter valiturum.*

*Quod est hactum VIII kalendas madii, anno XXVIII <sup>α</sup>0 regni regis Philipi.*

*S+m Guisliberti vicecomes, qui ista donacione feci et firmavi et testes firmare rrogavi.*

*<sup>α</sup>1 S+m Guila vicechomitissa.<sup>6</sup>*

*<sup>α</sup>2 S+m Berengarii Bonefilii. S+m Petrus Dominico. S+m Guilelmus Pereioculari. S+m Raimundi Senfre. <sup>α</sup>3 S+m Simeon. S+ Bernar Dominico.*

*<sup>α</sup>4 S+ Guilelmus sacer, qui hec scripsi cum literas super positas in linea V et sss, die et anno quo supra.*

*1. et mater sua escrit amb una altra tinta. 2. A sota es llegeix mus. 3. A sota es llegeix meos. 4. Segueix una V titllada. 5. Repetit. 6. S+m Guila vicechomitissa escrit amb una altra tinta.*

## 1492

1088 abril 28

*Ramon Sunifred estableix a Guifré Isarn i a la seva muller Ermengarda la quadra del Codony, situada al comtat de Barcelona, al terme*

*del castell del Montmell, a l'extrem de la Marca, i també el castell de Calders i de Mura, al comtat de Manresa, sota diverses condicions.*

ACB, LA.IV, n. 422, f. 177b-d. Trasllet de 14 març de 1193. Rùbrica: "Item stabilimentum quadre de Codoin et honoris de Calleri et de Muredine". *Inter columnas recto*: "n. 422" (Caresmar). Caplletra "I" ornamentada, tipus B: 15 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 175-176, n. 1066.

*In Christi nomine. Ego Raimundus Seniofredus donator sum vobis Guifredo Isarno uxorique tue Ermengardis femina. Manifestum est enim quia dono vobis ipsa quadra de ipso Codoin, quomodo terminatum est in ipsam cartam Guilelmi Poncii, avunculi mei, et cum decimis. Et in alio loco in comitatu Minorise sic dono vobis medietatem de ipsum meum directum de ipsum alodium que ibi habeo vel habere debeo. Et est supra dictum Codon in comitatu Barchinone, in termini castri Montis Macelli extremum marchie. Et alium alodium, qui est in comitatu Minorise, est in terminum opidi Callers vel castrum Murede. Advenit michi supra dicta omnia de parentorum meorum vel per qualesque voces. Habet autem terminum supra dictum Codonium ab oriente in monte Pendititio et in colle Brugoso, a meridie in serra de Gualafredi et in alodio qui fuit de Guifredi Maioli, ab occidente ad ipsum Fitor et ad ipsam guardiam de Valle Longa, a circio ad ipsam serram de Navarro que est in terminum castri Celme et in monte de Albano et ad collem de ipsa Archa. Quantum prenominati ꝛ termini concludunt, vobis ad integrum dono, cum ingressibus pariter et egressibus suis, et quartam partem decimi ipsam medietatem per franchum alodium, cum medietate de supra dictum alodium qui est in comitatu Minorise vel in terminum de Callers vel de Murede, cum molino et molinario, et cum rego et capudrego. Quomodo supra dictum est, sic dono vobis supra dicta omnia medietatem per franchum alodium, et aliam medietatem, qui remanet, retineo ad meum opus. Et ipsa medietas que vobis dono tali modo vobis eam dono atque concedo: ut supra dictam quadram mecum condirigatis et hedificetis per medietatem et adiutorium faciatis michi a tenere et ad habere et a/ aguadadare et ad defendere contra cunctos homines vel feminas, et non sit vobis licitum vendere nec alienare vos nec posteritas vestra hec quod supra scriptum est nisi ad me vel posteritas mea. Et si ego Raimundus Seniofredi nolero emere aut posteritas mea noluerint per directum, postquam moniti fuero aut fuerint, infra XXX dies, tunc habeat licentiam Gifredus supra scripti aut posteritas*

*tua a vendere et alienare ad suos similes qui faciant a me Raimundo aut posteritas mea ipsa omnia quod superius resonat in ista carta. Et si minime feceritis et de hoc quod superius scriptum est vos abstraxeritis, hec omnia que vobis dono revertatur in mea potestate vel dominio absque ullius co<n>trarietatis obstaculo. Si vero ego donator aut cuiuslibet sexus vel ordinis homo donum hoc disrumpere temptavero sive temptaverit, nil prosit, sed componam sive componat vobis vel posteris vestris hoc quod supra scriptum est in duplo. Et postmodum hoc maneat perhenniter firmum.*

*Actum est hoc IIII kalendas maii, anno XXVIII regni regis Philippi.*

*Sig+num Raimundi Sifre, qui istum donum feci et firmavi atque testibus illud firmare rogavi.*

*Sig+ Poncii levite. Sig+num <sup>l</sup> Petri Mironi. Sig+num Berengarii Conan. Sig+num Compan Bernardi. Sig+num Arberti Eribal. Sig+num Berengarii Bertranni. Sig+num Poncii Geralli. Sig+num Elliardis femina. Sig+num Guilelma femina.*

*Petrus presbiter, qui hanc cartam scripsit die et anno quo supra.*

*+ Berengarii levita, qui hoc translatum scripsit II idus marcii, anno Domini MCXCII, die et anno quo supra.*

### 1493

1088 maig 4

*Renard Boeci empenyora a Adalgarda, muller d'Albert Berenguer, una mujada de vinya situada al territori de Barcelona, a Provençals, al terme de Sant Martí, per un deute que té amb ella de 14 mancosos d'or de moneda de Barcelona, que ha de tornar la festa de Sant Bartomeu vinent, a més de set somades de verema per Sant Miquel.*

ACB, perg. 1-1-2422. Original. Pergamí, 123 × 380 mm. Tinta força malmesa. Al verso: "In Provincialibus" (s. XIII-XIV); "Num...2422"; "2422" (s. XVIII); "Diversorum A 2422" (Mas). Caplletra "I": 28 mm.

*In nomine Domini. Ego Renardus Boecii impignorator sum tibi Adalgardis mulieri Arberto Berengarii. Manifestum est enim quia debitor sum tibi mancosos XIII auro vel <sup>l</sup> penso atque monete que hodie currit Barchinonam, quas tu mihi prestasti eis. Et est manifestum. Propterea impignoro tibi modiatam unam vinee, cum ipsa*

terra <sup>β</sup> in qua iacet. Quam habeo in territorio barchinonensi, in Provincialis, in terminio Sancti Martini. Qui mihi advenit per vocem paternam vel per ullasque voces. Habet <sup>α</sup> autem terminum predictam vineam a parte circi et ab aquilone seu ab occiduo in terris et vineis de me impignorate, a parte meridie<sup>1</sup> in alaude Guitar-<sup>β</sup>dus Boetii frater meus. Quantum iste affrontaciones includunt, sic impignoro tibi: predicta modiatam vinee integriter, simul cum exiis vel regresiis <sup>β</sup> earum, et de meo iure in tuo trado dominium et potestatem, ab omni integritatem, et inter tantum ego teneam per tuum beneficium et tu per tuum pignus. <sup>γ</sup> Et in die quod erit festivitas Sancti Bartolomei, ista prima veniente, sic faciam tibi dare somadas septem vindemie bonas recipientes sine ullo engann, <sup>δ</sup> et ad festivitatem Sancti Micaelis sic faciam tibi reddere predictos mancosos sine mora, ad ista prima veniente. Quod si minime fecero et die placitis mei <sup>δ</sup> non adimplevero, tunc abeas predicta omnia licenciam aprehendere, tenere, vindere et omnia facere quodcumque [espai en blanc: ±5] volueris, ad tuum plenissimum et proprium. <sup>ε</sup> Quod si ego impignorator aut aliquis homo sexus utriusque qui contra hanc impignoratione venero aut venerit ad inrumpendum, nil valead, sed componad <sup>ζ</sup> aut componam tibi predicta omnia in duplum. Et postmodum hoc manead firmum omne per evum.

Quod est actum IIII nonas madii, anno XXVIII regni regis Phylippi.

<sup>η</sup> S+ Renardus Boecii, ego qui hanc impignorationem feci et firmavi et testibus firmare rogavi.

S+ Reimundo Captivelli. <sup>θ</sup> S+ Onofredi.

<sup>ι</sup> S+ Arluvinus sacer, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Escrit sobre raspat, a sota hi ha unes lletres il·legibles.

## 1494

1088 agost 29

*Maressenda dóna a la seva filla Adelaida dues peces de terra que anomenen Ballavídua, una figuera i la meitat d'un alou, consistent en terres, vinyes, arbres fruiters, cases i un molí amb rec i cap-rec, que té a Bigues, Cànoves i Castell, situats al comtat de Barcelona, als termes de Montbui, Montseny, Provençana i Sant Boi.*

ACB, LA.III, n. 321, f. 125a-b. Rúbrica: "Carta Bellavidua et in Biges, in Canoves et in Castello". Interior recto: "n. 321" (Caresmar). Caplletra "I" ornamentada, tipus D: 9 línies.

Regest: MAS, Notes, vol. X, p. 176, n. 1067.

*In Dei nomine. Ego Madrisinda femina donatrice sum tibi Adalaidis, filia mea. Manifestum est enim quia placuit animis meis et placet, nullus cogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria expontanea michi elegit ut cum Deo bona voluntas carta donatione fecissem, sicuti et facio. Dono namque tibi prenominata Adalaidis femina, filia mea, aliquid de proprietate mea, id sunt, petias duas de terra que dicunt Ballavidua, et alia at ipsa ficulnea et medietate de ipso alodio que habeo in Biges et in Canoves et in Castello, id sunt, terras et vineas, cultum vel heremum, prunum et planum, aquis et pascuis et arboribus de diversis generis, et domos constructos et destructos, et molino cum rego et caput rego. Que habeo in comitatu Barchinona, in termine Montebino et in Montesigno et in Provinciana et in termino Sancti Baudili. Que mihi advenit per genitorum meorum et per comparatione vel per omnimodas voces. Prenominata quoque omnia, que ego tibi dono, Adalaydis femina, filia mea, de meo iure in tuo trado dominium et potestatem, simul cum exiis vel regressiis earum, cum illorum affrontationes, simul cum quantum infra et extra pertinet at prelocuta omnia, meum directum, que ibi habeo vel habere debeo per qualicumque voces, ab omni integritate, ad tuum proprium alodium et exinde faciendum quicquid tibi placuit facere de ipsa medietate, sicut superius resonat. Quod si ego donatrice aut aliquis homo set utriusque qui contra hanc ista carta donatione venero aut venerit ad inrumpendum, nil prosit, sed componat aut compo- no tibi placita hec <sup>o</sup> omnia in duplo cum omnem suam inmeliorationem. Et in antea ista donatione firma permaneat modo vel omnique tempore.*

*Acta est hec donatio IIII kalendas septembris, anno XXVIII regni rege Philippi.*

*S+m Madrisinda femina, ego qui ista donatione feci et firmavi et testes firmare rogavi.*

*S+m Guanalgot Geribert. S+m Raimundi Seniofre faber. S+ Guilelmi levite, qui et caput scole.*

*S+ Raimundi Duran et presbiter, qui ista carta donatione scripsit die et anno quo supra.*